This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

1817
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

THE GIFT OF
John S. Lawrence
Estate

878
C74L
D2
1723

Cicero, Marcus Tullius

M. TULLII CICERONIS
DE
NATURA DEORUM
LIBRI TRES.

CUM NOTIS INTEGRIS

PAULLI MANUCII, PETRI VICTORII, JOACHIMI CAMERARII, DIONYS. LAMBINI, FULV. URSINI, & JOANNIS WALKERI.

Recenſuit, ſuiſque ANIMADVERSIONIBUS ILLUSTRAVIT ac EMACULAVIT

JOANNES DAVISIUS.

EDITIO SECUNDA,
EMENDATIOR ET AUCTIOR.

CANTABRIGIÆ:

TYPIS ACADEMICIS.

Sumptibus CORNELII CROWNFIELD, Celeberrimæ Academiæ Typographi. Proſtant apud JACOBUM KNAPTON, ROB. KNAPLOCK, & PAULLUM VAILLANT, Bibliopolas LONDINENSES. MDCCXXIII.

John S. Lawrence Estate
9-11-1925

878
C7di
D26
1723

VIRO SUMMO

RICHARDO BENTLEIO

S. P. D.

JOANNES DAVISIUS.

SI laudibus effundendis deſtinata fuerat hæc Epiſtola; vel ob eam cauſſam Tuum, Vir præſtantiſſime, nomen præſcripſiſſem: non quòd præclariſſimæ Tuæ dotes meo careant præconio, ſed quòd nemo me jure poſſet adulationis incuſare, licèt eas exquiſitiſſimis encomiis celebrâſſem. Apud bonos enim in confeſſo eſt, æterna illa limatiſſimi Tui judicii, miri acuminis, & in variorum generum literis eximiæ doctrinæ monumenta, ut à peſſimis hic illic carpi queant ingeniis, ab optimis exæquari vix poſſe.

Verùm alia res erat, quæ hoc tempore non ſolum non omittenda, ſed potiſſimùm agenda videbatur. Nimirum Tu, litera-

tiſſime Bentlei, univerſo quidem orbi erudito ſummum virum, mihi porro fidiſſimum Amicum, Te probâſti. Quamvis ergò voci publicæ meam lubens adjunxerim; Tua tamen ſingularis in me bonitas flagitat, ut me tibi privatim eſſe devinctiſſimum & prædicem & glorier. Tu me modis omnibus ornaſti; Tu me continuis proſecutus es officiis; &, quod rei caput eſt, non quotidiano fatigatus convitio, ſed ultrò, nec rogatus, effuſiſſimam in me benevolentiam tam rebus quàm verbis oſtendiſti. Ingratus igitur eſſem, ſi tantam comitatem, indulgentiam tantam, mihi ſanè perhonorificam, Tibi, ſpero, non ignominioſam, ſilentio præterirem, nec tibi gratias & haberem & agerem maximas.

Id equidem ſimpliciter ac ſine fuco jam nunc facio, nec facere deſinam; hujus autem animi mei pignora, Ciceronis libros de Natura Deorum, meâ cura non indiligenter, ut opinor, illuſtratos & emendatos, Tibi, Vir ornatiſſime, conſecro. Quòd ſi benignam nimis opinionem de opere

pere meo conceperim; in eo tamen non fallor, Te, quod pro eruditione Tua laudare non poteris, pro humanitate Tua condonaturum.

Quodcunque verò de meis lucubrationibus feratur judicium, Tuæ certè rectiſſimò ſtant talo, & ut, quæ olim edidiſti, doctiores omnes legunt avidiſſimè, ita, quæ apud Te premis, exſpectant cupidiſſimè. Honeſtiſſimis igitur eorum deſideriis noli, quæſo, repugnare; ſed tum alios egregios animi Tui fœtus, tum Novum præcipuè Testamentum integritati ſuæ priſtinæ reſtitutum, è ſcriniis expromas; ut eâ ratione Tu denuo ſummam gloriam, nos ampliſſimos fructus conſequamur. Vale, Vir laudatiſſime, & iis omnibus, quæ Deus O. M. pretioſiſſima largiatur, in hac vitâ diu, in alterâ ſemper fruâre.

Dabam è Muſeo noſtro a. d. VII.
Kal. Auguſt. MDCCXVII.

LECTORI

S. D.

JOANNES DAVISIUS.

CICERONIS *de Naturâ Deorum libros à me recenſitos, illuſtratos, & emendatos, tibi, benevole Lector, in manus trado. Labores tuis uſibus exanclatos, ſi probes, candidè laudabis; ſin minus, certè tui juvandi voluntas, errorum mihi veniam impetrabit.*

Sed operis hujuſce ratio particulatim eſt reddenda, nè, quid à me ſit exigendum, neſcias. Primò igitur operam dedi, ut ea, quæ Temporis longinquitas & Librariorum ſocordia corruperant, nitori priſtino reſtituerem. Huic rei peragendæ ſubſidia, partim ex Codicibus manu exaratis, partim ex ingenio ſuppetebant. Uſum editionis Stephanicæ *cum duobus optimis MSStis collatæ dedit ſummus mei, dum in vivis erat, Patronus, idemque Vir optimus, humaniſſimus, & erudítiſſimus,* JOANNES MORUS, *nuper Elienſis Epiſcopus. Is maximo ſtudio nec impenſa minore pretioſiſſimam collegerat librorum ſupellectilem; quam, poſt ejus fata, ingenti pecuniæ vi redemptam, Academiæ Cantabrigienſi donavit munificentiſſimus & potentiſſimus Monarcha* GEORGIUS. *Si immenſis illis opibus à magno Britannorum ſoſpitatore conceſſis impigrè utamur, & in literarum ſtudia diligenter incumbamus almæ Matris Filii; gratias ei, niſi fallor, quantas poſſumus maximas ex animo referemus. Nam quo quiſque peritior eſt & animi defæcatioris, eo ſe clementiſſimo Regi noſtro fideliorem præſtabit; cùm ſolo poſt* DEUM O. M. *illius præſidio ſtent jura noſtra tàm Civilia quàm Eccleſiaſtica: quæ quidem utraque, probis & ſapientibus, utut apud improbos*

& im-

& imperitos vileſcant, maximè ſunt cordi curaque. Verum, hiſce miſſis, eos quos dixi MSStos, à me nominatos Elienſes, *excipit Codex membranaceus in Bibliotheca* Regia *Londini ſervatus, cujus mihi copiam fecit* RICHARDUS BENTLEIUS, *literatæ Britanniæ Decus. Alium etiam in pergamenâ ſcriptum mutuò dedit Medicorum coryphæus & vir in omni doctrina eruditus* RICHARDUS MEDUS. *Sed & Reverendis doctiſſimiſque viris* RICHARDO LAUGHTONO *ac* JOSEPHO WASSIO *multum debemus; hic enim libri* Cantabrigienſis, *ut &* Lincolnienſis *apud* Oxonienſes, ἀντιβολὴν, *ille verò veterem editionem, quæ* A. D. MCCCCXCIV. *Bononiæ prodiit, amiciſſimè mecum communicavit.*

Licet autem, præeuntibus his exemplaribus, multas, quæ Tullio *inhæſerant, mendas ſuſtuliſſem; multæ tamen reſtabant, in quibus profligandis conjecturæ ſolius ope fuit nitendum. Nec in hac parte, niſi me fallit animus, omni ſucceſſu caruimus; nam, quod præfiſcine dictum ſit, aut MSStorum aut ingenii ſubſidio, hunc* Ciceronis *fœtum pluribus liberavi vitiis, quam omnes omnino, qui præiverant, Interpretes. Cum autem eum à me uſque adeo purgatum non ſomniarem, ut aliorum acumini nullus locus eſſet reliquus, (cur enim ea mihi ſperaretur felicitas, quæ ne præſtantiſſimis quidem Criticis nunquam contigit?) adjunxi* JOANNIS WALKERI *notas: qui, cum tribus hiſce libris emaculandis animum adjeciſſet, ſua cum meis edere non gravatim ſuſcepit. Hanc eruditiſſimi illius viri facilitatem tu, Lector, ingentis beneficii loco mecum habe; nam quæ protulit, acuti ſunt, & perſpicacis ingenii. Haud autem mirum putabis, ſi nonnulla forte ſint, quæ veri magis ſimilia judices, quam vera: conjecturas enim noſtras pro demonſtrationibus nec ille nec ego venditamus.*

Præter Ciceroniani textûs *emendationes, quicquid videbatur intellectu difficile, quatenus ex aſſiduâ veterum lectione fieri potuit, explicavimus; integras etiam* Paulli Manucii,

Petri

Petri Victorii, Joach. Camerarii, D. Lambini, Fulv. *denique* Urſini *notas adjecimus. Præterea nonnullas animadverſiones, quas ad nos pro ſumma ſua humanitate vir literatiſſimus* JOANNES CLERICUS *tranſmiſit, immiſcuimus; varias etiam virorum celebrium hariolationes expendimus, &, cum falſas arbitraremur, non carpendi, ſed alios monendi gratia, refutavimus. Poſtremo cum alias veteres editiones, tum* Aſcenſianam *&* Victorianam *conſuluimus; quæ præcipuo fuerunt uſui.*

Nihil aliud monendum ſupereſt, niſi quod, poſt hujus operis editionem primam, lucem viderit elegans verſio Gallica, cui notas ſuas adjunxit ampliſſimus Senatûs Divionenſis Præſes J. Boherius. *Cum doctiſſimus ille vir meorum nonnulla recte reprehendiſſe videretur; ea vel ſuſtuli vel correxi: & tantum abeſt, ut politiſſimo ſcriptori propter cenſuram, quam tulit, male velim, ut ei propterea maximas habeam atque agam gratias. De eo viciſſim bene mereri ſum conatus: omnia tamen, quæ minus placebant, nè memoravi quidem, multo minus ad vivum reſecui; quippe qui memor fuerim, me non aliorum refellendorum, ſed* Ciceronis *explicandi purgandique provinciam ſuſcepiſſe. Vale.*

M. TUL-

Pag. 171. col. 1. lin. ult. poſt *ſideribus* adde: *Boëtius* Conſ. Phil. lib. V. Metr. 2.

Quem quia reſpicit omnia ſolus,
Verum poſſis dicere Solem.

Ad quem locum videatur *Theod. Sitzmannus.*

M. TULLII CICERONIS

DE

NATURA DEORUM,

AD

M. BRUTUM.

LIBER PRIMUS.

CUM multae res in philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatae ſint, tum perdifficilis, Brute, (quod tu minime ignoras,) & perobſcura quaeſtio eſt de natura Deorum; quae & [1] ad agnitionem animi pulcherrima eſt, & ad moderandam religionem neceſſaria. 1

1 *Ad* agnitionem *animi pulcherrima eſt*] MSS. duo *Wower.* habent *cognitionem*, quo modo reponendum cenſuit *D. Lambinus*; nihil autem opus eſt, cum hæ voces paſſim inter ſe confundantur. Hinc Philoſophia, quæ eſt τῶν θείων ἐπίγνωσις, *AGNITIO rerum divinarum* vocatur *Macrobio* in Somn. Scip. lib. I. cap. 8. Idem cap. IX. *Delphici vox hac fertur oraculi, conſulenti ad beatitatem quo itinere perveniret; ſi te, inquit,* AGNOVERIS. *Homini---una eſt* agnitio *ſui. Caſſianus* lib. IV. de Incarn. cap. 2. *Æquum eſt igitur, ut de* AGNITIONE *illius* (Dei) *ipſi credamus---quia* agnoſci *utique Deus ab homine non poteſt, niſi* AGNITIONEM *ſui ipſe tribuiſſet.* Non aliter *Salvianus* ac alii. Vide & *Servium* ad *Virgilii* Æn. VIII, 155. Senſus tamen paullo obſcurior videri poſſit; quapropter eum paucis explicabo. Cum multi Philoſophi mentem, divinam eſſe cenſuerint; ait *Tullius*, hanc diſputationem animo cognoſcendo fore utilem; quod, indagatâ Deorum naturâ, ſimul eluceſceret mentis humanæ ratio. Vide Tuſc. lib. I, 26, 27. & *Philonem* de Opif. Mundi pag. 25.

ceſſaria. De qua tam variae ſunt doctiſſimorum hominum tamque diſcrepantes ſententiae, [1] ut magno argumento eſſe debeat, [2] cauſſam, id eſt, principium

25. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. VII. cap. 9. *Quod ſi Deos eſſe credunt; qui ſi ſunt, utique ſunt expertes corporum; neceſſe eſt humanas animas eâdem ratione ſubſiſtere; quoniam ex ipſa ratione & providentiâ intelligitur eſſe quædam in homine ac Deo ſimilitudo.* Similiter *Varro* apud *Auguſtinum* C. D. VII, 5. ut eos prætermittam qui Pythagoricorum Platonicorumque dogmatum de animo meminêrunt. Haud diſpari ratione multi veteres Hæretici animam humanam ex Dei ſûbſtantiâ natam ſtatuêre. Adi nos ad *Tuſcul.* V, 13. Hinc liquet à ſcopo prorſus aberrâſſe *M. A. Muretum*, qui AGITATIONEM *animi* reſcribebat; uti docet etiam *Hadr. Turnebus* Adverſ. XIV, 14. *Davies.*

1. *Ut magno argumento eſſe debeat cauſam*, &c.] Hunc locum docti aliquot viri putant mutilum ac lacerum, partim corruptum. Ego ſuum cuique judicium liberum, ut par eſt, relinquam: ſed non dubitabo profiteri, mihi videri integrum eſſe & explicari poſſe. Hoc idem enim dicit, opinor, *Cicero*, quod *Ariſtoteles* lib. I. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ cap. 2. Ὥστ' εἴπερ διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἄγνοιαν ἐφιλοσόφησαν, φανερὸν ὅτι διὰ τὸ εἰδέναι, τὸ ἐπίστασθαι ἐδίωκον, καὶ οὐ χρήσεως τινὸς ἕνεκα. Id eſt, *Itaque ſi, propterea quod fugerent inſcientiam, philoſophati ſunt: perſpicuum eſt, eos, eò ut ſcirent, ſcientiam perſecutos eſſe, non utilitatis alicujus gratia.* Illa *Ariſtoteles*. Hæc Cicero; *cauſa, id eſt, principium, philoſophiæ eſt ſcientia*; id eſt, homines ingenio excellentes ſcientiæ causâ philoſophati ſunt: hoc eſt, ſcientia, ut finis, cujus gratia quærere cœperunt naturam rerum, impulit eos, ut philoſopharentur. Ita ſcientia, & principium & finis eſt philoſophiæ; finis, quia ejus causâ philoſophati ſunt homines; principium, quia impulit & commovit eos ad philoſophandum. *Lambinus.*

Ibid. *Ut magno argumento eſſe debeat prudenter Academicos à rebus incertis aſſentionem cohibuiſſe*] Ita legitur hic locus in MSto. cum in aliis ſit, *ut magno argumento eſſe debeat*, cauſam, id eſt, principium philoſophiæ, eſſe ſcientiam, *prudenterque Academicos* &c. *Urſinus.*

2. *Cauſam, id eſt, principium philoſophiæ eſſe ſcientiam*] Niſi enim ſcientiæ nobis amor à natura eſſet inſitus, non erat cauſa, cur philoſopharemur. Scientiam autem philoſophiæ cauſam & originem eſſe, inde cognoſcitur, quòd de natura Deorum non modò variæ ſunt doctiſſimorum hominum opiniones, verum etiam diſcrepantes; cujus rei cauſa eſt ſcientiæ cupiditas. Cur autem nonnulli hanc lectionem adeò non probaverint, ut corruptum exemplar ſequi maluerint, non intelligo; niſi ſi ea, quæ in ſuo libro MSto non vident, ex ingenio & conjectura eſſe omnia in animum induxerunt. *P. Manucius.*

Ibid. *Cauſam, id eſt, principium philoſophiæ eſſe* inſcientiam] Sic MS. *Elienſis*, ac ita dudum ediderat *Aldus* Nepos. Noſter Acad. Quæſt. lib. I. cap. XI. *Si ita erat comprehenſum, ut convelli ratione non poſſet*, SCIENTIAM; *ſin aliter*, INSCIENTIAM *nominabat.* Vide & lib. I. de Divin. cap. 52. *Principium* verò philoſophiæ dicitur *inſcientia*, quod ejus ſit ἡ ποιητικὴ αἰτία, ut loquitur *Nemeſius* de nat. Hom. cap. XXX. pag. 230. Et hoc

principium philoſophiae, eſſe inſcientiam, prudenterque Academicos à rebus incertis adſenſionem cohibuiſſe. [3] Quid eſt enim temeritate turpius?

hoc eſt quod *ἀρχὴν αἰτιώδη* dixit *Sextus Empiricus* Pyrrh. Hypot. lib. I. cap. VI. De *ἀρχῆς* & *αἰτίας* poteſtate conſulas licet *Ariſtotelem* Metaph. lib. IV. capp. 1, 2. & *Simplicium* in Phyſ. lib. I. pag. 3. Vult igitur *Cicero*, ignorationem rerum in cauſſâ fuiſſe, cur homines ſeſe philoſophiæ dederint; id quod ex diſcrepantibus Philoſophorum ſententiis rectè colligitur; quoniam, *ſi res liquido ſciretur, una eſſet omnium vox, & in ejuſdem ſententia finem cunctorum pergeret & conveniret aſſenſio*, ut verbis utar *Arnobii* lib. III. pag. 121. Idem lib. II. pag. 48. *Qui, dum alter alterius labefactant, deſtruunt, convelluntque decreta, cuncta incerta fecerunt, nec poſſe aliquid ſciri ex ipſa diſſenſione monſtrarunt. Juſtinus Martyr* Cohort. ad Græcos cap. 5. Εἰ δὲ καὶ τούτους (Platonem & Ariſtotelem) μὴ συμφωνοῦντας ἀλλήλοις εὕροιμεν, ῥᾴδιον οἶμαι καὶ τὴν τούτων ἌΓΝΟΙΑΝ γινώσκειν σαφῶς. Idem Apol. II. cap. 13. Οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες οὐκ ἐπιστήμην τὴν ἌΠΟΠΤΟΝ καὶ γνῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. Ἄποπτος eſt ἀσφαλὴς, βέβαιος, ut interpretatur *Heſychius*; & fruſtra fuit Metaphraſtes, qui ἄπτωτον repoſuit. Sed nec res melius *Grabio* ceſſit, qui *ſublimiorem ſcientiam* vult intelligi. *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 6. Οἱ μεγαλοφυεῖς τῶν ἀνθρώπων ταρασσόμενοι διὰ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν ἀνωμαλίαν, καὶ ἀποροῦντες τίσιν αὐτῶν χρὴ μᾶλλον συγκατατίθεσθαι, ἦλθον ἐπὶ τὸ ζητεῖν, τί τε ἀληθές ἐστιν ἐν τοῖς πράγμασι καὶ τί ψεῦδος. Vide ſis etiam cap. XII. noſtrum lib. IV. Acad. Quæſt. cap. 8. *Xenophontem* Ἀπομν. lib. I. cap. I, 13. & *Boëtium* Conſ. Philoſ. lib. V. Proſ. 3. Præprimis autem huc faciunt *Ariſtotelis* verba Metaphyſ. lib. I. cap. 2. Διὰ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς μὲν τὰ πρόχειρα τῶν ἀπόρων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν οὕτω προϊόντες, καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες --- ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων, οἴεται ἀγνοεῖν. *Pal.* tert. *ſententiam*; vulgati *ſcientiam*; quæ quidem ſcriptura, licet ei patrocinentur viri doctiſſimi, nobis haud placet. Nam ſive cum *Lambino* locum interpretemur, quaſi dicat *Tullius*, homines ingenio præcellentes ſcientiæ cauſâ philoſophatos eſſe; ſive cum *Turnebo* ſignificari putemus, veram philoſophiam in ſcientiâ certaque cognitione poſitam eſſe nec ſine ea poſſe conſiſtere; nullus eſt ratiocinationis nexus, nec ſibi invicem cohærent ſententiæ. Quibus enim fidiculis extorqueri poteſt vel hæc vel illa concluſio, quamquam philoſophis inter ſe non conveniſſe ſtatuamus? *Pet.* quidem *Petitus* lib. I. Miſcell. cap. 3. aliqua ratus excidiſſe, locum ſic explet; *cauſam, id eſt, principium philoſophia*, ab amore quidem ſcientiæ eſſe ductum, *finem* tamen non *eſſe ſcientiam*. Sed is non eſt audiendus; adeatur autem V. C. *Joan. Clericus* Silv. Philol. cap. I. p. 152. *Davies.*

3. *Quid eſt enim temeritate* fortius] Aut hic *fortius* in malam partem eſt accipiendum, quaſi violentius: qua ſignificatione hanc vocem alibi non memini me legiſſe; aut pro *fortius* corrigendum *fœdius*, quod affirmare ſine vetuſtis exemplaribus non audeo. *P. Manutius.*

pius? aut quid tam temerarium, tamque indignum ſapientis gravitate atque conſtantia, quàm aut falſum ſentire, aut, quod non ſatis explorate perceptum ſit & cognitum, ſine ulla dubitatione defendere? Velut in hac quaeſtione, plerique (quod maxume veri ſimile eſt, [1] & quo omnes duce natura vehimur)

Ibid. *Quid enim temeritate* turpius] Veneti, *fortius*, quod certè congruere non videtur. Suſpicari tamen aliquis poſſit, in archetypo *ſpurcius* fuiſſe. *Camerarius*.

Ibid. *Quid eſt enim temeritate* turpius] Vel hoc modo legendum, quo modo conjecit & *Manucius*: *quid enim temeritate* fœdius? vel, *quid enim temeritate* turpius, quantumvis licet reclament Codices, quos vidi, omnes. Neque hæc ſcriptura ferri ullo modo poteſt, quicquid comminiſcantur & proferant ſtudioſi antiquitatis homines, ipſeque adeo *Turnebus*; nam, ut idem alibi fatetur, omni antiquitatis ſitu, carie & putrore potentior eſt ratio & veritas. Fuit porrò facilius depravare *turpius* in *fortius*, quam *fœdius* in *fortius*. Nam exempli gratia, ex *turpius* factum eſt primum *torpius*, o pro u: deinde ex *torpius*, *tortius*, t pro p. hinc *fortius*. Meam autem emendationem confirmat ſimillimus locus in lib. I. de Divin. ferè in principio. Ibi: *nam cum omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo errorque turpis eſt, tum in eo loco maximè* &c. Quod autem ἀλαζὼν quidam, quem nominare nec volo nec poſſum, *fortis* nomen ſic hoc loco accipi dicit, ut apud *M. Tullium* pro Quinctio: Ibi, *Dolabella, ut homines nobiles ſolent ---- injuriam facere* fortiſſimè *perſeverat* &c. næ ille valde fallitur; nam, apud M. Tullium, *fortiſſime* perſeverat, poſitum eſt pro *conſtantiſſimè & acerrimè perſeverat*. Noluit enim M. Tullius uti vocabulo duriore, aut graviore, propter perſonæ dignitatem. Jam *fortem* ſæpè uſurpari pro eo, qui in ſententia manet, & à ſuſcepta cauſa non deſiſtit, ſed eam ad extremum tuetur ac defendit, conſtat. Sic *Horatius* Epiſt. 15. lib. I. dixit *res paternas & maternas* fortiter *abſumtas*. Verſus adſcribam:

Manius, ut rebus maternis atque paternis
Fortiter *abſumtis, urbanus cœpit haberi*;
Scurra vagus &c.

Ubi docuimus in Commentar. *fortiter* ab *Horatio* eſſe poſitum tranſlatè pro ſtrenuè, impigrè, animoſè &c. *Lambinus*.

Ibid. *Quid eſt enim temeritate* turpius] Sic olim dedit *Aſcenſius*: quam lectionem ratam faciunt *Pal.* tert. & *Elienſ.* præterque locum à *Lambino* adlatum, ſimilis exſtat alter Acad. Quæſt. lib. I. cap. 12. Temeritas *tum eſſet inſignis, cùm aut falſa, aut incognita res approbaretur; neque hoc quicquam eſſe* TURPIUS, *quàm cognitioni & perceptioni* aſſertionem (malim cum *Turnebo* ASSENSIONEM) *approbationemque præcurrere*. Pariter lib. IV. cap. 20. *Pro veris probare falſa* TURPISSIMUM *eſt*. Vide & cap. 36. Vulg. *fortius*; à cujus partibus ſtant *Hadr. Turnebus* Adverſ. XIV, 14. *J. M. Brutus*, (quem, ut id obiter dicam, ἀλαζόνος nomine denotat *Lambinus*) & *J. Gruterus*. Hi volunt *fortius* hic idem eſſe, quod inconſideratius, vehementius aut impotentius. Verùm, licet concedamus

vehimur) Deos eſſe dixerunt: [2] dubitare ſe Protagoras: nullos eſſe omnino Diagoras Melius & [3] Theodorus Cyrenaicus putaverunt. Qui vero Deos eſſe dixerunt, [4] tanta ſunt in varietate ac diſſenſione, ut eorum moleſtum ſit [5] dinumerare ſententias. Nam & de figuris Deorum, & de locis

cedamus eam eſſe poſſe vocis illius poteſtatem, ſenſus erit incommodus, parumque rei, de qua agitur, congruus. At vir Linguæ Latinæ peritiſſimus *J.F. Gronovius* Obſerv. lib. II, 2. præfractè negat *fortius* in malam partem ſumi poſſe; veterem tamen lectionem propugnat & in præcedente *Ablativo* vim inſtrumenti eſſe cenſet, ut dicat *Cicero*, quid eſt per temeritatem fortius, ſeu quid juvat quamcunque cauſam temeritas? Sed in hac interpretatione nihil eſt præſidii; talis enim interrogatio nimis eſt opica, eodemque redit ac ſi quæreretur, quid ſit per vitium laudabilius, aut per ſtultitiam ſapientius. *Davies.*

1. *Et quo omnes duce natura vehimur*] Vide num melius ſit *venimus*, ut eſt in antiquo, pro *vehimur*; quamvis ad verbum *duce* aptius ſit *vehimur.* Urſinus.

2. *Dubitare ſe Protagoras*] *Diogenes* in Protagora: (lib. IX. §. 51.) Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἴθ' ὡς εἰσὶν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσίν· πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥτε ἀδηλότης, καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου. Διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων, καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Urſinus.

3. *Theodorus* Cyrenaïcus] Ampliſſimo *Boberio* fruſtrà placet *Cyrenæus*: nam formâ, quam præſtant MSSti, ſæpius utitur *Cicero.* Sic Tuſc. I, 34. *Et quidem hoc à* Cyrenaico *Hegeſia ſic copioſè diſputatur.* Et V, 38. *Illud Antipatri* Cyrenaïci *eſt quidem paullò obſcenius.* Vide & *Stobæum* Serm. II. pag. 31. *Davies.*

4. *Tanta ſunt in varietate ac diſſenſione* conſtituti, *ut* &c.] Cui erudito & in Ciceronis ſcriptis diligenter verſato non videtur hoc loquendi genus inſolens? *Tanta ſunt in varietate ac diſſenſione* conſtituti. Nonne hoc participium, *conſtituti*, manus alienas olet? nonne credibilius eſt ita à *Cicerone* ſcriptum eſſe, *tanta ſunt in varietate ac diſſenſione, ut* &c? Omninò ſic mihi perſuaſi; quarè, me auctore, deleatur vox *conſtituti*, ut adventitia. *Lambinus.*

Ibid. *Tanta ſunt in varietate ac diſſenſione*] Sic *Pal.* ſec. *Wower. Elienſ.* unus; at plures Codices, *tanta ſunt in varietate ac diſſenſione* CONSTITUTI. *Pelagius* ad Demetriadem Tom. V. Op. *Hieronymi* col. 29. ed. Bened. *Quam multos memoria noſtra retinet in maximis honoribus ac divitiis* conſtitutos. *Salvianus* de Gubern. Dei lib. I. cap. 2. *In quibuſlibet miſeriis* conſtituti. *Boëtius* Conſ. Phil. lib. IV. Proſ. 6. *Providentia eſt illa ipſa divina ratio in ſummo omnium principe* conſtituta. Pari modo loquuntur *Auguſtinus* aliique Scriptores σύγχρονοι. Sed illa cauda non eſt nitidæ Latinitatis & à noſtro procul ablegari debet; tametſi *Pet. Leſcaloperio*, qui *D. Thomam* & iſtius commatis Auctores diligentius quàm *Ciceronem* triverat, retinenda videatur. *Davies.*

5. Dinumerare *ſententias*] Proba ſane locutio; cùm tamen omnes ferè Codices

cis atque ſedibus, & actione vitae, multa dicuntur; [1] deque his ſumma philoſophorum diſſenſione certatur; [2] quod vero maxume rem cauſſamque continet, utrum nihil agant, nihil moliantur, [3] ac ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent: an contra ab his & a principio omnia facta & conſtituta ſint, & ad infinitum tempus regantur atque moveantur, [4] in primis quoque magna diſſenſio eſt: eaque niſi dijudicatur, in

Codices exhibeant *annumerare*, forſan reliquit *Tullius*, ENUMERARE. Huic conjecturæ fidem faciat *Firmicus* Math. lib. I. pag. 2. hunc enim Tullii locum præ oculis habuit. *Tanta*, inquit, *ſunt hi omnes in varietate & diſſenſione verſati, ut longum & alienum ſit ---- ſingulorum* enumerare *ſententias*. Quin & hæ voces paſſim confuſæ ſunt. Sic apud *Suetonium* Octav. cap. LXX. vulgò legitur: *Ipſum pro Apolline habitum, non Antonii modo Epiſtola ſingulorum nomina amariſſimè* annumerantis *exprobrant*. At ex MSto *Salmaſ.* reponendum *enumerantis*. *Idem*.

1. *Deque his* ſumma *philoſophorum diſſenſione certatur*] *Elienſ.* & *Lincoln.* dant *multa*. Hæc autem aberant à MSto *Gulielm.* eáque uncis ſepſit *Gruterus*, quòd ſpuria judicaret & adventicia. Nullo ſuo, ſicut opinor, merito: cùm loco benè conveniant & à reliquis exhibeantur MSStis. *Idem*.

2. *Quod verò maxime* &c] Receptam lectionem non improbo; neque enim eſt cur debeam. Sed ut medici non eos ſolum, qui ægrotant, ſed eos etiam, qui ſatis commode habent, quandoque curant, ut, ad naturæ beneficium addito artis adjumento, quam optimam valitudinem & ſpeciem conſequantur: ſic nos, non ea modo, quæ errorum tenebris involuta, minus perſpicua ſunt, ſed ſiquid etiam ejuſmodi eſt, quod lectorem omnino non lateat, quantò magis poſſumus, correctione illuſtramus: ut hoc in loco, dixi me receptam lectionem non improbare: neque cur improbem, cauſa eſt: tamen ad venuſtatem & ornatum quiddam addetur, ſi ita legas: *Quod verò maxime rem cauſamque continet, utrum nihil agant, nihil moliantur, ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent: an contra ab his & à principio omnia facta & conſtituta ſint, & ad infinitum tempus regantur atque moveantur, in primis magna quæſtio eſt*. P. Manucius.

Ibid. *Quod verò maximè rem cauſamque continet*] Vulgatam lectionem, quia ferri non poteſt, rejeci, *Manutiique* conjecturam, præſertim à Codicibus antiquis adjutam & confirmatam, aliqua ex parte approbavi: nempe quatenus tulit veterum librorum auctoritas: in quibus primùm poſt *continet*, partim non repetitur verbum ſubſtantivum *eſt*, partim reperitur: deinde ante *omni curatione* &c. ab omnibus abeſt particula *an*, quæ corrumpit ſententiam; nam *nihil agere, nihil moliri*; *omni curatione & adminiſtratione rerum vacare*, re unum ſunt; at particula

in ſummo errore neceſſe eſt homines atque in maxumarum rerum ignoratione verſari. [5] Sunt 2 enim philoſophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere cenſerent rerum humanarum procurationem Deos. Quorum ſi vera ſententia eſt, quae poteſt eſſe pietas? quae ſanctitas? quae religio? Haec enim omnia, purè atque caſtè tribuenda Deorum numini ita ſunt, ſi animadvertuntur ab his, & ſi eſt aliquid à Dîs inmor-

ticula *an* disjungit diverſa. Poſtremò à nonnullis ita legitur, *in primiſque magna eſt diſſenſio:* & multa alia vel comparent, vel non, in libris illis, quæ fidem faciant ſic eſſe legendum: *Quod verò maximè rem cauſamque continet*, eſt, *utrum nihil agant, nihil moliantur, omni curatione & adminiſtratione rerum vacent*: *an contra ab his & a principio omnia facta & conſtituta ſint* & *ad infinitum tempus regantur*; *imprimiſque* de eo *magna diſſenſio eſt*, ſeu, ut mavult *Manutius*, *magna* de eo *quæſtio eſt: qua niſi dijudicatur* &c. Omninò *diſſenſio* mihi magis probatur, quam *quæſtio*, propter verbum *dijudicatur*. Dicunt enim Latini *dijudicare litem*, *controverſiam*, *diſſenſionem*, & ſimilia, non *quæſtionem*. Lambinus.

3. *Ac ab omni*] Sic *Pal.* ſecund. Vulgo duas priores voculas omittunt; nec in *Lincoln.* aut *Med.* comparent. In antiquioribus autem editis fuit, *an ab omni*. Plane contrà mentem *Ciceronis:* at iſta lectio ad eam, quam recepimus, quaſi manu ducit. Ita certè legit *Firmicus*, qui Matheſ. lib. I. pag. 2. ex noſtro habet: *Alii nihil moliri, nihil curare*, & ab *omni adminiſtrationis cura vacuos eſſe dixerunt.* Davies.

4. *In primis* quoque *magna diſſenſio eſt*] Vulg. *imprimiſque.* Lego *in primis quoque.* Sed & ita dat Codex *Lincoln.* niſi quod is, alio verborum ordine, repræſentet, *inprimis magna quoque diſſenſio eſt.* Hæc lectio concinnior eſt, & minus recedit à Codd. ſcriptis, quàm ea, quam *D. Lambinus* eſt amplexus. *Davies.*

5. *Sunt enim philoſophi & fuerunt, qui omnino nullam* &c.] Epicureos præcipuè notat. *Servius* ad Æn. IV, 379. *Cicero in libris de Deorum natura, triplicem de Diis dicit eſſe opinionem. Deos non eſſe: cujus rei auctor apud Athenas exuſtus eſt.* Eſſe & nihil curare: ut Epicurei. *Eſſe & curare, ut Stoici. Salvianus* de Guber. Dei lib. I. cap. 1. *Invenire aliquos, qui ab iſtorum judicio diſcrepaverint, præter Epicureorum vel quorundam Epicurizantium deliramenta, non poſſum; qui ſicut voluptatem cum virtute, ſic Deum cum incuria ac torpore junxerunt.* Attamen Ariſtoteli quoque tantum μέχρι σελήνης ἐπῆλθε κατάγειν τὴν πρόνοιαν, ut loquitur *Clemens* Strom. lib. V. pag. 252. Vide ſis *Athenagoram* Leg. cap. XXII. *Euſebium* Præp. Evang. lib. XV. cap. 5. denique *Theodoritum* Therap. V. pag. 77, VI. pag. 86. & Hæret. Fab. lib. V. cap. 10. *Davies.*

inmortalibus hominum generi tributum. Sin autem Dî neque poſſunt nos juvare, nec volunt; nec omnino curant; nec, quid agamus, animadvertunt; nec eſt quod ab his ad hominum vitam permanare poſſit; quid eſt quòd ullos Dîs inmortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In ſpecie autem [1] fictae ſimulationis, ſicut reliquae virtutes, ita pietas ineſſe non poteſt; cum qua ſimul & ſanctitatem & religionem tolli neceſſe eſt: quibus ſublatis, perturbatio vitae ſequitur & magna confuſio. Atque haud ſcio, an pietate adverſus Deos ſublata, fides etiam, & ſocietas generis humani, & [2] una excellentiſſima virtus juſtitia tollatur. Sunt autem alii philoſophi, & hi quidem magni atque nobiles, qui Deorum mente atque ratione omnem mundum adminiſtrari & regi cenſeant: neque verò id ſolum, ſed etiam ab iiſdem vitae hominum conſuli & provideri: nam & fruges, & reliqua quae terra pariat, & tempeſtates, ac temporum varietates, caelique mutationes, quibus omnia, quae terra gignat, maturata pubeſcant, à Dîs inmo-

1. *Ficta ſimulationis*] Licet otioſum videri queat Epitheton, cùm nulla non *ſimulatio* ſit *ficta*; tamen eodem modo loquuntur boni Auctores. *Hieronymus* ad Celantiam Epiſt. XIV. pag. 118. B. *Maluimus enim te contriſtari forſitan vera dicendo, quàm* ficta adulatione *decipere*. Pluta congeſſimus ad *Minucii Felicis* cap. 29. *Idem*.

2. *Una excellentiſſima virtus, juſtitia tollatur*] Hæc ab iis illuſtrantur quæ habet *noſter* Offic. lib. III. cap. 6. Vide & *Macrobium* in Somn. Scip. lib. I. cap. 8.

3. *Ut* ea ipſa *Dii immortales*] Cl. *Boherius* legit, *ut* & ipſi *Dii immortales ad uſum hominum fabricati panè videantur*. Audax ſanè videtur loquendi ratio; ſed ſenſus facit, ut ei conjecturæ faveam. *Davies*.

4. *Qui inimicè inſectantur*, repellendi] Legendum eſt fortaſſe, *refellendi*. Verumtamen nihil mutandum cenſeo ſine librorum veterum auctoritate; nam *repellendi* aptè reſpondet illi

inmortalibus tribui generi humano putant; multaque, quae dicentur in his libris, conligunt; quae talia ſunt, [3] ut ea ipſa Dî inmortales ad uſum hominum fabricati paenè videantur. Contra quos Carneades ita multa diſſeruit, ut excitaret homines non ſocordes ad veri inveſtigandi cupiditatem. Res enim nulla eſt, de qua tanto opere non ſolùm indocti, ſed etiam docti diſſentiant: quorum opiniones cùm tam variae ſint tamque inter ſe diſſidentes; alterum profectò fieri poteſt, ut earum nulla, alterum certè non poteſt, ut
plus unâ vera ſit. Qua quidem in cauſſa & be- 3
nevolos objurgatores placare, & invidos vituperatores confutare poſſumus, ut alteros reprehendiſſe poeniteat, alteri didiciſſe ſe gaudeant. Nam qui admonent amicè, docendi ſunt: [4] qui inimicè inſectantur, repellendi. Multum autem fluxiſſe video de libris noſtris, quos compluris brevi tempore edidimus, variumque ſermonem, partim admirantium, unde hoc philoſophandi nobis ſubitò ſtudium extitiſſet; partim, quid quaque de re certi haberemus, ſcire cupientium.

Multis

illi *inſectantur.* Lambinus.

Ibid. *Qui inimicè inſectantur, repellendi*] Sic *Joſephus*, ut ait ipſe, libros ſuos in Apionem ſcripſit, τῶν μὲν λοιδορησάντων τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν ἐκείνου ἐλέγξαι ψευδολογίαν, τῶν δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐπανορθώσασθαι. Hanc in rem optimè quidem *Iſocrates*, in Paneg. pag. 97. Χρὴ κατηγορεῖν μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας· νουθετεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ τοιαῦτα πράττοντας. Nam, ut rectè *Clemens* Alexandrinus Pædag. lib. I. cap. VIII. Ἄμφω μὲν ὀνειδίζετον, καὶ ὁ φίλος, καὶ ὁ μὴ· ἀλλ' ὁ μὲν ἐχθρὸς, ἐπιγελῶν· ὁ δὲ φίλος, εὐνοῶν. Vide & *Themiſtium* Orat. XXII. pag. 277. Benè verò habet, quòd *D. Lambinum* ſuæ pœnituerit conjecturæ. *Cicero* de Fin. lib. III. cap. I. *Nec qui contrà dicunt, cauſam difficilem repellunt.* *Lactantius* de Ira Dei cap. XIII. *Quod Stoici veritatem non reſpicientes, ineptiſſimè* repulêrunt. In *Lincoln.* autem & *Elienſ.* utroque eſt *reprehendendi*; ſed perperam; ut patet ex lib. I. de Fin. cap. 8. *Davies.*

1. *Unius*

Multis etiam ſenſi mirabile videri, eam nobis potiſſimùm probatam eſſe philoſophiam, quae lucem eriperet & quaſi noctem quandam rebus offunderet, deſertaeque diſciplinae & jam pridem relictae patrocinium nec opinatum à nobis eſſe ſuſceptum. Nos autem nec ſubitò coepimus philoſophari; nec mediocrem à primo tempore aetatis in eo ſtudio operam curamque conſumpſimus; &, cùm minimè videbamur, tum maxumè philoſophabamur; quod & orationes declarant refertae philoſophorum ſententiis, & doctiſſimorum hominum familiaritates, quibus ſemper domus noſtra floruit; & principes illi, Diodotus, Philo, Antiochus, Poſidonius, à quibus inſtituti ſumus. Et, ſi omnia philoſophiae praecepta referuntur ad vitam, arbitramur nos & publicis & privatis in rebus ea praeſtitiſſe, quae ratio & doctrina praeſcripſerit.

4 Sin autem quis requirit, quae cauſſa nos impulerit, ut haec tam ſerò literis mandaremus, nihil eſt, quod expedire tam facilè poſſimus. Nam cùm otio langueremus, & is eſſet reipublicae ſtatus, ut eam [1] unius conſilio atque cura gubernari neceſſe eſſet; primùm ipſius reipublicae cauſſa philoſophiam noſtris hominibus explicandam putavi, magni exiſtumans intereſſe ad decus

&

1. *Unius conſilio*] Julii Cæſaris, qui, devicto Pompeio, ſummam Remp. tenebat.

2. *Animi ægritudo fortunæ magnâ & gravi commota injuria*] Non intelligit mœrorem ex obitu patriæ libertatis natum, ut falſò putant *Aldus* Nepos & *Pet. Leſcaloperius*; eam enim cauſſam ſuprà memorarat; cum ait, *is eſſet Reip. ſtatus, ut eam unius conſilio atque cura gubernari neceſſe eſſet.* Vult dolorem, quem ex morte Tulliæ ſuæ graviſſimum concepit. Utramque rationem conjunctim recen-

ſet

& ad laudem civitatis, res tam gravis tamque
praeclaras Latinis etiam literis contineri. Eo-
que me minùs inſtituti mei poenitet, quòd fa-
cilè ſentio, quàm multorum non modò diſcen-
di ſed etiam ſcribendi ſtudia commoverim:
complures enim Graecis inſtitutionibus eruditi,
ea, quae didicerant, cum civibus ſuis communi-
care non poterant, quòd illa, quae à Graecis ac-
cepiſſent, Latinè dici poſſe diffiderent. Quo in
genere tantum profeciſſe videmur, ut à Grae-
cis ne verborum quidem copia vinceremur.
Hortata etiam eſt, ut me ad haec confer-
rem, [2] animi aegritudo, fortunae magna & gravi
commota injuria: cujus ſi majorem aliquam le-
vationem reperire potuiſſem, non ad hanc potiſ-
ſimùm confugiſſem. Ea verò ipſa nulla ratione
meliùs frui potui, quàm ſi me non modò ad le-
gendos libros, ſed etiam ad totam philoſophiam
pertractandam dediſſem. Omnes autem ejus par-
tes atque omnia membra tum facillimè noſcun-
tur, cùm totae quaeſtiones ſcribendo explican-
tur: eſt enim admirabilis quaedam continuatio
ſerieſque rerum, [3] ut aliae ex aliis nexae, & omnes
inter ſe aptae conligataeque videantur. Qui au- 5
tem requirunt, quid quaque de re ipſi ſentiamus,
curioſiùs id faciunt, quàm neceſſe eſt: [4] non enim
tam

ſet Acad. Quæſt. lib. I. cap. 3. *Idem.*

3. *Ut alia ex aliis nexa*] Vetus liber habet, *ut alia ex aliis nexa*; Urſinus.

Ibid. *Alia ex aliis nexa*] Sic etiam diſertè *Reg. Med.* & *Cantab.* quos ſecutus ſum. Vulg. *alia ex aliâ nexa*; quod ſequentibus haud rectè connectitur. *Davies.*

4. *Non enim tam* auctoritatis *in diſputando, quam rationis momenta quaerenda ſunt*] *Auctores* ſcriptum eſt in antiquo pro *auctoritatis.* Urſinus.

1. Au-

tam [1] auctoritatis in diſputando, quàm rationis momenta quaerenda ſunt. Quin etiam obeſt plerumque iis, qui diſcere volunt, auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur: deſinunt enim ſuum judicium adhibere; id habent ratum, quod ab eo, quem probant, judicatum vident. Nec verò probare ſoleo id, quod de Pythagoreis accepimus: quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cùm ex iis quaereretur, quare ita eſſet; reſpondere ſolitos, [2] *ipſe dixit*: [3] ipſe autem erat Pythagoras. Tantum opinio praejudicata poterat, ut etiam ſine ratione valeret auctoritas. Qui autem mirantur, nos hanc potiſſimùm diſciplinam ſecutos, his quattuor Academicis libris ſatis reſponſum videtur. Nec verò deſertarum relictarumque rerum patrocinium ſuſcepimus: non enim hominum interitu ſententiae quoque occidunt; ſed lucem auctoris fortaſſe deſiderant: ut haec in philoſophia ratio [4] contra omnia diſſerendi nullamque rem apertè judicandi, profecta à Socrate, repetita ab Arceſila,

1. Auctoritatis *in diſputando*] Vulgò *auctores*: ac ita *Reg. Med.* & *Lincoln.* Sed lectionem, quam nos ex *Elienſ.* & *Victor.* damus, omninò poſtulat Latini ſermonis ratio: barbarus enim ſit oportet, qui dixerit, *non tam* auctores *in diſputando* quærenda *eſſe*, *quam rationis momenta.*

2. *Ipſe dixit*] *Chalcidius* in *Platonis* Timæum §. CXXVI. *Denique non fruſtra de Pythagora dictum*, Ipſum dicere, *proptereáque ultra quæri non oportere.* Ibi vide præſtantiſſimum *Fabricium.* Adi ſis etiam quæ notavit *Andr. Schottus* ad Proverbiorum è *Suida* Collectorum Cent. III, 94.

3. *Ipſe autem erat Pythagoras*] Honoris & reverentiæ cauſſâ nomen non efferebant. *Iamblichus* vit. Pythag. §. LXXXVIII. Εἶναι δὲ πάντα ἘΚΕΙΝΟΥ τοῦ ἀνδρός, προσαγορεύειν γὰρ οὕτω τὸν Πυθαγόραν, καὶ οὐ καλεῖν ὀνόματι. Adi & §. CCLV. Scholiaſtes in *Ariſtophanis* Nub. vſ. 195. Παρὰ Πυθαγορείοις τὸ ΑΥΤΟ'Σ 'ΕΦΑ, τουτέστιν ὁ Πυθαγόρας. *Philoſtratus* vit. Apollonii lib. III. cap. 12. Ὁ δὲ Ἰνδὸς, τούτους μὲν, ἔφη, καταλύειν χρὴ ἐνταῦθα.

ſila, confirmata à Carneade, uſque ad noſtram viguit aetatem; quam nunc propemodum orbam eſſe in ipſa Graecia intelligo. Quod non Academiae vitio, ſed tarditate hominum arbitror contigiſſe. Nam ſi ſingulas diſciplinas percipere, magnum eſt, quanto majus omnes? quod facere iis neceſſe eſt, quibus propoſitum eſt, veri reperiendi cauſſa, & contra omnes philoſophos & pro omnibus dicere. Cujus rei tantae tamque difficilis facultatem conſecutum eſſe me non profiteor: ſecutum eſſe prae me fero. Nec tamen fieri poteſt, ut, qui hac ratione philoſophentur, hi nihil habeant quod ſequantur. Dictum eſt omnino hac de re [5] alio loco diligentiùs: ſed quia nimis indociles quidam tardique ſunt, admonendi videntur ſaepius: non enim ſumus ii, quibus nihil verum eſſe videatur; ſed ii, qui omnibus veris falſa quaedam adjuncta eſſe dicamus, tanta ſimilitudine, ut in iis nulla inſit certa judicandi & adſentiendi nota: ex quo exiſtit & illud, multa eſſe probabilia;

παῦσαι, σὺ δὲ ἥκειν, ὡς ἔχεις· κωλύουσι γὰρ ΑΥΤΟΙ. Τὸ μὲν δὴ ΑΥΤΟΙ Πυθαγόρειον ἤδη τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐφαίνη, καὶ ἠκολούθει χαίρων. Vide ſis *Iſ. Caſaubonum* & *Jac. Duportum* ad *Theophraſti* Char. II. pag. 25, 221. Ceterum *Laertius* de Pythagora Zacynthio agens lib. VIII. §. 46. ait, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ, παροιμιακὸν εἰς τὸν βίον ἐλθεῖν. Sed hanc famam redarguit aliorum ſcriptorum auctoritas. *Davies.*

4. *Contrà omnia differendi*] Illuſtrant hunc locum *Diogenis* verba, quæ leguntur in Arceſila: (lib. IV. §. 28.) Ἀρκεσίλαος ---- Πιταναῖος τῆς Αἰολίδος, ὁ τῆς μέσης Ἀκαδημίας κατάρξας πρῶτος, ἐπισχὼν τὰς ἀποφάσεις διὰ τὰς ἐναντιότητας τῶν λόγων· πρῶτος δὲ καὶ εἰς ἑκάτερον ἐπεχείρησε, καὶ πρῶτος τὸν λόγον ἐκίνησε τὸν ὑπὸ Πλάτωνος παραδεδομένον, καὶ ἐποίησε δι' ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως ἐριστικώτερον. Urſinus.

5. *Alio loco diligentiùs*] Ad nos mancæ venerunt Academicæ quæſtiones. Sed in iis, quæ temporis edacitatem fugerunt, hanc rem fuſè tractat lib. IV. cap. 31, ſeqq. Vide & Offic. lib. II. cap. 2. *Davies.*

1. Quia

lia; quae quamquam non perciperentur, tamen [1] quia viſum haberent quendam inſignem & in-
6 luſtrem, his ſapientis vita regeretur. Sed jam, ut omni me invidia liberem, ponam in medio ſententias philoſophorum de natura Deorum: quo quidem loco convocandi omnes videntur, qui, quae ſit earum vera, judicent. Tum demum mihi procax Academia videbitur, ſi aut conſenſerint omnes, aut erit inventus aliquis, qui, quid verum ſit, invenerit. Itaque mihi libet exclamare, [2] ut in Synephebis:

Pro deum, [3] popularium omnium, omnium adu-
leſcentium
Clamo, poſtulo, obſecro, oro, ploro, atque inploro
fidem;

non leviſſima de re, ut queritur ille in civitate fieri facinora capitalia

Ab

1. *Quia* viſum *haberent quendam inſignem & illuſtrem, his ſapientis vita regeretur*] Hæc ſcriptura Cl. *Boherio* diſplicet, quia *viſus*, uti cenſet, *ſpeciem* non ſignificat: deinde quòd ei ridiculum videtur, ſi viſis regendam ſapientis vitam homo natus ſtatuerit. Quapropter vir ille doctiſſimus *uſum* reponit. Mihi tamen liceat in diverſam ſententiam pedibus ire: nam *viſus*, ut arbitror, interdum pro *ſpecie* ponitur. Sic infra cap. XXX. *Si nec humano* viſu, *quod docui, nec tali* (leg. *alio*) *aliquo quod tibi perſuaſum eſt; quid dubitas negare Deos eſſe?* Viſis autem ſive τοῖς φαινομένοις gubernandam vitæ rationem contendebant Academici Pyrrhoniique. *Cicero* Acad. lib. IV. cap. 31. *Ita placere, tale viſum nullum eſſe, ut perceptio conſequeretur; ut autem probatio, multa: etenim contra naturam* eſſet, *ſi probabile nihil eſſet, &* ſequitur *omnis vita* ea, *quam tu, Luculle, commemorabas*, everſio. Liber S. Victoris *everſionem*. Lego *etenim contra naturam* eſſe, *ſi probabile nihil eſſet; &* ſequi *omnis vita* eam, *quam tu, Luculle, commemorabas*, everſionem. --- *Quicquid acciderit* SPECIE probabile, *ſi nihil ſe offeret quod ſit probabilitati illi contrarium, utetur eo ſapiens; ac ſic omnis ratio vita gubernabitur. Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. XI. Κριτήριον τοίνυν φαμὲν εἶναι τῆς Σκεπτικῆς ἀγωγῆς τὸ φαινόμενον--τοῖς φαινομένοις οὖν προσέχοντες κατὰ τὴν βιωτικὴν τήρησιν, ἀδοξάστως βιοῦμεν, ἐπεὶ μὴ δυνάμεθα ἀνενέργητοι παντάπασιν εἶναι. Vide & cap. 10. & lib. VII. advſ. Mathem. pag. 143. *Davies.*

2. Ut

Ab amico amante argentum accipere meretrix
non volt;

ſed ut adſint, cognoſcant, animadvertant, quid de religione, pietate, ſanctitate, caeremoniis, fide, jurejurando, quid de templis, delubris, ſacrificiiſque ſollemnibus, quid de ipſis auſpiciis, quibus nos praeſumus, exiſtumandum ſit: haec enim omnia ad hanc de Dîs inmortalibus quaeſtionem referenda ſunt. Profectò eos ipſos, qui ſe aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctiſſimorum hominum de maxuma re tanta diſſenſio. Quod cùm ſaepe aliâs, tum maxumè animadverti, cùm apud C. Cottam, familiarem meum, accuratè ſanè & diligenter [4] de Dîs inmortalibus diſputatum ſit. Nam, cùm feriis Latinis ad eum, ipſius rogatu arceſſituque, veniſſem; offendi eum ſedentem in exhedra, & [5] cum C. Velleio

2. *Ut* Statius *in Synephebis*] *Ut* ille *in Synephebis*, eſt in MSto. *Urſinus.*

Ibid. *Ut in Synephebis*] Vulgò *ut Statius*; alii, *ut Plautus*; alii, *ut Terentius*; quæ varietates aperte ſatis indicant amplectendam eſſe MSStorum *Reg. Med. Cantab.* & *Pal.* tert. ſcripturam, uti nos quidem fecimus; licet enim *Cacilium Statium*, fabulam *Synephebos* è *Menandro* vertiſſe conſtet, non tamen Poëtæ nomen proferre voluit *Cicero*; ſed ſimpliciter ex eâ verſiculos hoſce laudavit. *Davies.*

3. *Popularium omnium, omnium adulescentium*] Vulg. *popularium omnium adoleſcentium.* Sed nos cum *Manucio* & *Gulielmio* vocem *omnium* geminavimus, ut verſus expleretur. *Idem.*

4. *De diis immortalibus diſputatum ſit*] Ultimam vocem Latinitati hic parum conſentaneam eſſe vidit *Janus Gulielmius*; quapropter legit *diſputatum* FUIT. MS. *Reg.* à ſecunda manu, & *Cantab.* repræſentant *diſputatum* E'ST. Repono ESSET, ac ita pulchrè procedit oratio. *Davies.*

5. *Cum C. Velleio* ſenatore *diſputantem*] Inverſo ordine, *Pal.* ſec. habet *diſputantem ſenatore*, tantilláque Librarii negligentia ſatis erat cauſſæ, cur *Gruterus*, expuncta voce, reſcripſerit, *cum C. Velleio diſputantem.* Nihil minus. *Cicero* pro Flacco cap. XXI. *Petit Heraclides à C. Plotio* ſenatore. Et pro Cluentio cap. XVI. *Avitus autem ſtatim cum M. Bebio* ſenatore, *familiariſſimo ſuo, communicavit.* Iterum cap. LXX. *Cn. Tudicii* ſenatoris, *viri optimi & honeſtiſſimi----par ſtudium cognoſcetis.* *Salluſtius* Catil. cap. XXXI. *Poſt paucos dies L. Senius* Senator *in ſenatu litteras recitavit.* Qui locus non erat

leio ſenatore diſputantem, ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant. Aderat etiam Q. Lucilius Balbus; qui tantos progreſſus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Graecis compararetur. Tum ut me Cotta vidit, Peropportunè, inquit, venis: oritur enim mihi magna de re altercatio cum Velleio; cui, pro tuo ſtudio, non eſt alienum
7 te intereſſe. Atqui mihi quoque videor, inquam, veniſſe, ut dicis, opportunè: tres enim trium diſciplinarum principes conveniſtis. [1] M. Piſo ſi adeſſet, nullius philoſophiae earum quidem, quae in honore ſunt, vacaret locus. Tum Cotta, Si, inquit, liber Antiochi noſtri, qui ab eo nuper ad hunc Balbum miſſus eſt, vera loquitur; nihil eſt, quòd Piſonem, familiarem tuum, deſideres: Antiocho enim Stoici cum Peripateticis [2] re concinere videntur, verbis diſcrepare. Quo de libro, Balbe, velim ſcire quid ſentias. Egone? inquit ille: miror, Antiochum, hominem

in

erat ſollicitandus, ut patet ex iis quæ contrà *Lipſium* notavit *Theod. Ryckius* ad *Taciti* lib. III. Annal. cap. 36. *Davies.*

1 *M. Piſo ſi adeſſet*] Vulgg. *M.* enim *Piſo.* Sed ſecunda vocula ſenſum turbat, nec in *Elienſ. Med.* aut *Reg.* viſitur; quapropter exulare juſſimus. In MSStorum tamen duobus quos laudavimus ultimis non *M.* ſed *Cn. Piſo* legitur. *Davies.*

2 *Re* concinere *videntur*] Sic nunc edidi, libros veteres, qui omnes ad unum ſic habent, duces ſecutus. Sic autem ſæpè & alibi loquitur. Exempli cauſa lib. IV. de Fin. *Quid attinuit cum iis, quibuſcum re* concinebat, *verbis diſcrepare?* Lambinus.

Ibid. *Re* concinere] *Elienſ.* & *Lincoln.* ſimul ac veteres editi dant *conſentire.* Sed multò melior eſt aliorum Codicum lectio. Vide nos ad *Minucii Felicis* cap. I. *Davies.*

3 *Nihil ſcire didiciſtis*] Facti eſtis Academici. *Seneca* Epiſt. 88. *Academici novam induxerunt ſcientiam,* NIHIL SCIRE. *Lactantius* Div. Inſt. lib. III. cap. 14. *Hæc* (Academia) *nihil docet, niſi ut ſcias te* NIHIL SCIRE. Idem de Ira Dei cap. I. *Socrates -----id ipſum pro ſumma doctrina profiteretur, quod* NIHIL

SCIRE

in primis acutum, non vidiſſe, intereſſe plurimùm inter Stoicos, qui honeſta à commodis non nomine ſed genere toto disjungerent; & Peripateticos, qui honeſta conmiſcerent cum commodis, ut ea inter ſe magnitudine & quaſi gradibus, non genere differrent: haec enim eſt non verborum parva, ſed rerum permagna diſſenſio. Verùm hoc aliâs: nunc quod coepimus, ſi videtur. Mihi verò, inquit Cotta, videtur. Sed ut hic, qui intervenit, me intuens, ne ignoret, quae res agatur, de natura agebamus Deorum: quae cùm mihi videretur perobſcura, ut ſemper videri ſolet; Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam: quamobrem, inquit, Vellei, niſi moleſtum eſt, repete quae coeperas. Repetam verò: quamquam non mihi, ſed tibi hic venit adjutor: ambo enim, inquit adridens, ab eodem Philone [3] nihil ſcire didiciſtis. Tum ego, Quid didicerimus, Cotta viderit: [4] tu autem nolo exiſtumes me adjutorem huic veniſſe, ſed auditorem, &

SCIRE *didiciſſet*. Quæ cùm ſcriberet, hic locus ei fuit in mentem. At ut rectè *Lucretius* IV, 471.

Denique nil ſciri ſi quis putat, id quoque neſcit
An ſciri poſſit, qui ſe nil ſcire fatetur. Davies.

4 *Tu autem* nolo *exiſtimes me adjutorem huic veniſſe, ſed auditorem, & quidem* æquum, *liberò judicio*] *Cantab.* MS. *volo*; *Elienſ.* autem *non me adjutorem*: unde commodùm reſcribi poſſit; *Tu autem* volo *exiſtimes*, non *me adjutorem*. Hæc non eò dixi, quod diſpliceret vulgata lectio: nam & ea benè ſe habet, illamque repræſentant *Med. Reg.* aliique Codices. At in ſequentibus verbis *Gruterus*, *Pal.* ſecundi auctoritate munitus, repònit *auditorem & quidem* fretum *liberò judiciò*. Quod equidem miror; nam reliqui libri vulgatam lectionem ſervant, eaque ſane rei, de qua agitur, eſt accommodatiſſima. Quid enim in auditore rem controverſam diſceptaturo magis poſtules quàm æquitatem, animumque à præconceptis opinionibus liberum? nam *bona cauſa optimum ſemper ſuffragium tribuitur, ſi cum juſtitiâ judicetur*; ut ait *Salvianus* de Gub. Dei lib. II. cap. 6. *Idem.*

& quidem aequum, libero judicio, nulla ejuſmo-
di adſtrictum neceſſitate, ut mihi, velim, nolim,
8 ſit certa quaedam tuenda ſententia. Tum Vel-
lejus, fidenter ſanè, ut ſolent iſti, nihil tam ve-
rens, quàm ne dubitare aliqua de re videretur;
[1] tamquam modo ex Deorum concilio, & ex
Epicuri intermundiis deſcendiſſet: Audite, in-
quit, non futilis commenticiaſque ſententias,
[2] non opificem aedificatoremque mundi, Plato-
nis de Timaeo Deum: nec anum fatidicam
Stoicorum πρόνοιαν, quam Latinè licet providen-
tiam dicere: neque verò [3] mundum ipſum, a-
nimo

1 *Tanquam modo ex Deorum concilio, & ex Epicuri* intermundiis *deſcendiſſet*] Hæc ſanè recta eſt lectio; de eâ igitur ſiluiſſem, niſi vidiſſem in multis Codicibus INTERNUNCIIS mendoſè legi, nec iis tantum impreſſis, verum etiam quibuſdam manu ſcriptis & antiquioribus; quare ejicienda penitus & convincenda falſa illa fuit. Utitur & alibi *Cicero* hac voce, interpretatúrque ipſa *μετακόσμια*, ut opinor: quod verbum erat Epicuri, & eorum, qui innumerabiles mundos eſſe dicebant: ſic enim appellabant ſpatia & intervalla, quæ inter mundos illos inania relicta erant. Epicurus ipſe in Epiſtola, quam ad Pythoclem *περὶ τῶν μετεώρων* ſcripſit, accuratè hoc nomen expoſuit: (apud *Diogenem* lib. x. §. 89.) Ὅτι δὲ καὶ τοιοῦτοι κόσμοι εἰσὶν ἄπειροι τὸ πλῆθος, ἐστὶ καταλαβεῖν, καὶ ὅτι καὶ ὁ τοιοῦτος δύναται κόσμος γίνεσθαι καὶ ἐν κόσμῳ καὶ ἐν μετακοσμίῳ, ὃ λέγομεν μεταξὺ κόσμων διάστημα ἐν πολυκένῳ τόπῳ, καὶ οὐκ ἐν μεγάλῳ εἰλικρινεῖ κενῷ &c. Ponit autem ipſam *Laertius* in ejus vita, cum docere vellet, quæ ipſius opinio & ſententia de rebus ſublimibus fuiſſet. Quomodo autem melius *Diogenes* potuit rationem illam & decreta explicare quam auctoris ipſius verbis & commentariis? Quod ſanè ſtudioſè ille fecit, ut qui ab eâ ratione, quantum ſuſpicari licet, non valdè abhorrebat. *Victorius.*

Ibid. *Ex Epicuri* internunciis] Veneti & alii, *intermundiis*; ut & in II. de Fin. *Individua &* intermundia, *quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligimus.* Et hoc verum puto. Dicit autem quædam interjecta ſpàtia inanitatis inter mundos innumerabiles, quos à Democrito acceptos Epicurus conſtituit: de quo copioſe *Victorius.* Camerarius.

Ibid. *Ex Epicuri* intermundiis] Sic recte *Reg.* & *Med.* nam *Elienſ.* uterque, *Pal.* ſec. & *Wower.* habent *interuunciis*, quod imperitiæ Librariorum debetur. Noſter de Fin. II, 23. *Individua cum dicitis, &* intermundia, *quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligimus.* Intermundia, ſeu *μετακόσμια* ſunt τὰ μεταξὺ τῶν κόσμων διαστήματα, ut poſt Epicurum loquitur *Achilles Tatius* Iſag. ad Phænom. pag. 132. Hæc autem, ex Epicuri ſenten-

tia,

nimo & ſenſibus praeditum, rotundum, ardentem, volubilem Deum: portenta, & miracula non diſſerentium philoſophorum, ſed ſomniantium. Quibus enim oculis animi intueri potuit veſter Plato fabricam illam tanti operis, qua conſtrui à Deo atque aedificari mundum facit? [4] quae molitio? quae ferramenta? qui vectes? quae machinae? qui miniſtri tanti muneris fuerunt? quemadmodum autem obedire & parere voluntati architecti aer, ignis, aqua, terra potuerunt? [5] Unde verò ortae illae quinque formae, ex quibus reliqua formantur, aptè cadentes ad animum

tia, ſedes erant Deorum. *Cicero* de Divin. II, 17. *Deos enim ipſos jocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos & perſlabiles*, & habitantes, *tanquam inter duos lucos, ſic* inter duos mundos, *propter metum ruinarum.* *Origenes* Philoſ. cap. XXII. Καθιδρύει γὰρ τὸν θεὸν ἐν τοῖς μετακοσμίοις, οὕτω καλουμένοις ὑπ' αὐτοῦ· ἔξω γάρ τι (Leg. γάρ τοι) τοῦ κόσμου οἰκητήριον τοῦ Θεοῦ ἔθετο εἶναι, λεγόμενον τὰ μετακόσμια. Vide *Lucretium* lib. V. pag. 595. & *Senecam* de Benef. lib. IV. cap. 19. *Davies.*

2 *Opificem ædificatoremque mundi, Platonis de Timæo Deum*] *Plato* in Timæo mundum à Deo factum ſtatuit, eumque vocat ποιητὴν καὶ πατέρα θεὸν τοῦ παντὸς, δημιουργὸν τοῦ κόσμου, καὶ τεκταινόμενον αὐτόν. Vide pag. 526. Ed. Lugd. *Davies.*

3 *Mundum ipſum, animo & ſenſibus præditum, rotundum* &c.] Stoicos irridet, qui haſce de mundo ſententias fovebant. Vide *Juſt. Lipſium* Phyſ. Stoic. lib. I. Diſſ. 8. *Idem.*

4 *Quæ molitio* &c.] Hunc locum reſpicit ac refellit *Lactantius* Div. Inſtit. lib. II. cap. VIII, 66. *Idem.*

5 *Unde verò ortæ illæ quinque*] Hic locus quibuſdam non videtur à mendo eſſe vacuus; nam *Plato* in Timæo ex materia individua & dividua, & ex tertio materiæ genere, quod eſſet ejuſdem naturæ, & quod alterius, & ex proportionibus duplis, ſeſquialteris, triplis, octuplis &c. animum vult eſſe procreatum. Jam nihil attinet Democriti aut Epicuri hac de re ſententiam huc inculcare; perſpicuè enim Velleius Platonem hic oppugnat. Quod ſi cum Epicuro luctaretur, quod non facit; &, ſi qualitates illas ſignificaret, ex quibus ſenſus & animus gignitur; quatuor duntaxat numerantur à *Lucretio*, neque plures ab Epicuro ponuntur. Sic autem *Lucretius* lib. III. pag. 314.

Tenuis enim quædam moribundos deſerit aura,
Miſta vapore; vapor porrò trahit aëra ſecum;
Nec calor eſt quiſquam, cui non ſit miſtus & aër.
Rara quod ejus enim &c. -------- ſequitur;
Jam triplex animi 'ſt igitur natura reperta;

 Nec

animum efficiendum pariendoſque ſenſus? [1] Longum eſt ad omnia: quae talia ſunt, ut optata magis, quàm inventa videantur. [2] Sed illa palmaris quidem, quòd, qui non modò natum mundum introduxerit, ſed etiam manu paenè factum, is eum dixerit fore ſempiternum. Hunc cenſes primis, ut dicitur, labris guſtaſſe [3] phyſiologiam, qui quicquam, quod ortum ſit, putet aeternum eſſe poſſe? Quae eſt enim coagmentatio non diſſolubilis? aut quid eſt, cujus principium aliquod ſit, nihil ſit extremum? [4] Pronoea verò ſi veſtra eſt, Lucili, eadem; requiro, quae

Nec tamen hac ſat ſunt ad ſenſum cuncta creandum;
Nil horum quoniam recipit mens poſſe creare
Senſiferos motus, quadam qui mente volutent.
Quarta quoque his igitur quadam natura neceſſe 'ſt
Attribuatur; ea 'ſt omnino nominis expers;
Quâ neque mobilius quidquam, neque tenuius exſtat, &c.

Præterea cùm qualitates illas ſignificet, ex quibus efficitur animus, non aliud quidquam; ut apparet ex his verbis *aptè cadentes ad animum efficiendum pariendoſque ſenſus*; videtur vel delendum hoc totum, *ex quibus reliqua formantur*, vel, quid hic *M. Tullius* ſentiat, amplius conſiderandum. *Lambinus.*

Ibid. *Quinque formæ, ex quibus reliqua formantur, aptè cadentes ad efficiendum animum*] Quinque formæ ſunt οὐσία, ταὐτὸν, ἕτερον, στάσις & κίνησις. Adeatur *Marſ. Ficinus* in Timæum cap. 27. De animæ verò compoſitione ſic loquitur *Plato* pag. 528. Ed. Lugd. Ὁ δὲ (Θεὸς) ψυχὴν---συνεστήσατο ἐκ τῶνδε καὶ τοιῷδε τρόπῳ. Τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου &c. Legendum, omiſſa præpoſitione, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου. Sic certè legit *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. III. cap. XXIV. pag. 149. & adv. Mathem. pag. 60. Vide ſis & *Ciceronem* de Univ. cap. VII. Haſce nænias explicare conati ſunt *Plutarchus* Operum Tom. II. pag. 1012, ſeqq. *Chalcidius*, *Proclus* & alii. *Sed, his lectis omnibus, nihil proficies: niſi quod id forſan magis perſuaſum habueris, operam prorſus luſiſſe quotquot ſudârunt in hac arena.* Verba ſunt ingenioſiſſimi *Burneti* Archæol. Philoſ. lib. I. cap. 13. *Davies.*

1 *Longum eſt* iter *ad omnia*] Veneti verius, *longum eſt ad omnia*, ut intelligamus, afferre ſeu dicere aliquid. Ut *Terentius*: Longum eſt, *Clitipho, ſi tibi narrem, quamobrem id faciam.* Camerarius.

Ibid.

quae paullo ante, miniſtros, machinas, [5] omnem
totius operis deſignationem atque apparatum:
ſin alia eſt; cur mortalem fecerit mundum, non,
quemadmodum Platonicus Deus, ſempiternum.
Ab utroque autem ſciſcitor, cur mundi aedifi- 9
catores repente extiterint: [6] innumerabilia ſaecu-
la dormierint. Non enim ſi mundus nullus e-
rat, ſaecula non erant. Saecula nunc dico, non
ea, quae dierum noctiumque numero, annuis
curſibus, conficiuntur: (nam fateor ea ſine mun-
di converſione effici non potuiſſe) ſed fuit
quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam
nulla

Ibid. *Longum eſt* ad *omnia*] Sic plures MSSti: nam vulgò *præpoſitionem* malè prætermittunt. De hoc loquendi modo vide quæ diximus ad *Ciceronem* de fato cap. 2. Editi veteres dant, *longum eſt* iter *ad omnia*; unde *Gulielmius* in *Plauti* Stichum cap. V. effinxit, *longum eſt* iterare *omnia*. Sed ea loci non eſt mens: vult enim Velleius, rem fore tædii plenam, ſi cuncta *Platonis* ſomnia refutaret. *Davies*.

2 *Sed illa palmaris quidem*] Deeſt nomen, ad quod ſingularia feminina referantur. Supplet quidem *Cantab.* dum exhibet *palmaris irriſio eſt*; at Codex eſt perparvi pretii, & voces, IRRISIO EST, Monachis, ut opinor, debentur, ad oras exemplarium monentibus hæc ironicè dici. *Elienſ. Reg. Med.* & *Lincoln.* ultimam particulam prætermittunt. Lego, *ſed* illud palmare eſt, *quod, qui non modo natum* &c. Sic cuncta rectè procedunt, & omnis evaneſcit difficultas. *Idem*.

3 *Phyſiologiam*] Poſt hanc vocem ſequebatur, *id eſt*, *naturæ rationem*; quod induximus, videntes gloſſam eſſe ab aliquo adjectam, qui *phyſiologiam* interpretaretur. *P. Manucius*.

4 *Pronœa vero ſi veſtra eſt, Lucili, eadem; requiro quæ paulò ante*] Ampliſſ. *Boherius* hunc locum ita cenſet interpungendum, *Pronœa verò ſi veſtra eſt, Lucili; eadem requiro quæ paulo ante*. Nec aliter editio *Victoriana*. Sed vera prorſus eſt illa, quam retinemus, diſtinctio: ſequitur enim, *ſin* alia *eſt*; ut oppoſitio ſit inter *eadem* & *alia*. Davies.

5 *Omnem totius* operis *deſignationem*] Sic legendum, & ita habent libri veteres; non, *omnem totius* orbis *deſignationem*. Lambinus.

Ibid. *Omnem totius* orbis *deſignationem*] *Operis* pro *orbis* habent manuſcripti aliquot libri; quæ mihi lectio magis placet, ob ea quæ præcedunt, *miniſtros*, *machinas* &c. *Urſinus*.

6 *Innumerabilia ſæcula dormierint*] Vulgò *innumerabilia* ante *ſæcula*. Sed mediam voculam delevimus, quod eam neſciant *Victor. Elienſ. Reg. Med.* & *Cantab.* At MS. *Lincoln.* dat *innumerabilia* autem *ſæcula*. Non malè. *Davies*.

nulla circumſcriptio temporum metiebatur; [1] ſpatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi poteſt; quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cùm tempus eſſet. Iſto igitur tam inmenſo ſpatio, quaero, Balbe, cur Pronoea veſtra ceſſaverit. Laboremne fugiebat? At iſte nec adtingit Deum, nec erat ullus, cûm omnes naturae numini divino, caelum, ignes, terrae, maria, parerent. Quid autem erat, quòd [2] concupiſceret Deus mundum ſignis & luminibus, tamquam aedilis, ornare? [3] Si, ut Deus ipſe meliùs habitaret. Ante videlicet tempore infinito in tenebris, [4] tamquam in gurguſtio, habitaverat. Pòſt autem varietatene eum delectari putamus, qua caelum & terras exornatas videmus? Quae iſta poteſt eſſe oblectatio Deo? quae

ſi

1 *Spatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi poteſt*] Sic *Victor. Pal.* ſec. *Elienſ.* & *Lincoln.* nam *Med. Reg.* ut & veteres editi dant, *intelligi* non *poteſt.* Planè contra mentem auctoris; nam ille vult, *ideâ,* prout Philoſophi loquuntur, *abſtracta* ſpatii ſive temporis, nulloque habito ad ſolis motum reſpectu, concipi poſſe rem, de qua agitur. *Davies.*

2 *Concupiſceret Deus mundum ſignis & luminibus --- ornare*] *Ambroſius* Hexaem. lib. II. cap. IV. n. 15. *Cælum, quod* οὐρανὸς *Gracè dicitur, Latinè, quià impreſſa* STELLARUM LUMINA *velut* SIGNA *habeat, tanquam cælatum appellatur.* *Lucretius* lib. I, 1088.

> *Atque ideo totum circumtremere æthera* SIGNIS.

Vide & lib. IV, 446. Pariter ſtellæ Græcis τείρεα ſunt & σήματα nominatæ. Adi ſis *H. Grotium* in Geneſ. I, 14. *Idem.*

3. *Si, ut* Deus *ipſe*] Ut videtur, *Deus* vox eſt ſupervacanea & à Librariis adjecta. *Idem.*

4. *Tanquam in* gurguſtio] *Reg.* à ſecunda manu, *tanquam in* ERGASTULO. Haud videlicet intellexerunt Librarii, quid fuerit *gurguſtium.* Id autem *Feſto* dicitur *genus habitationis anguſtum.* *Suetonius* de Illuſt. Grammat. cap. XI. *Abditus modico* gurguſtio. Eadem voce utitur, nè ſcriptores alios memorem, *Ambroſius* Hexaëm. lib. I. cap. VIII. n. 32. & Epiſt. XXXIV, 4. *Idem.*

5. *Deinde quod ita multa ſunt incommoda in vita. Ut ea* &c.] Hunc locum ſic vulgo legunt & interpungunt: *deinde quod ita multa ſunt incommoda in vita, ut ea ſapientes commodorum compenſatione leniant, ſtulti nec vitare venientia* poſſint, *nec ferre præſentia.* At ſenſus hoc modo perit:

ſet eſſet, non ea tamdiu carere potuiſſet. An haec, ferè ut dicitis, hominum cauſſa à Deo conſtituta ſunt? Sapientumne? propter paucos igitur eſt tanta facta rerum molitio: an ſtultorum? at primùm cauſſa non fuit, cur de inprobis bene mereretur: deinde quid eſt adſecutus, cùm omnes ſtulti ſint ſine dubio miſerrimi; maxumè quòd ſtulti ſunt: miſerius enim ſtultitia quid poſſumus dicere? [5] deinde quòd ita multa ſunt incommoda in vita. Ut ea ſapientes commodorum compenſatione leniant; ſtulti nec vitare venientia poſſunt, nec ferre praeſentia. Qui 10
verò mundum ipſum animantem ſapientemque eſſe dixerunt, [6] nullo modo viderunt animi naturam, [7] non intelligentes in quam figuram cadere poſſet: de quo dicam equidem paullo poſt. Nunc

rit: quapropter *poſſunt* ex *Elienſ.* ac editt. *Aſcenſ.* & *Victor.* recepimus; diſtinctionem vero commodam nos ex ingenio commenti ſumus. Forſan tamen excidit voeula, reſcribendumque, *ut* enim *ea* &c. *Idem.*

6. *Nullo modo viderunt animi* &c.] Mendosé hic operæ inculcarant olîm negationis particulam *non* ante verbum *viderunt*, errantes ex conjectura mea ad oram libri adſcriptâ, quæ talis fuit: *nullo modo viderunt animi naturam*, non *intelligentes in quam figuram* &c. nam participium *intelligentes*, ſine negationis particulâ, *non*, ferri non poteſt. Malim tamen ſic legi: *nullo modo animi naturam intelligentes*, non *viderunt*, *in quam figuram cadere poſſet*: vel ſic; *nullo modo viderunt animi naturam*, non *intelligentes, in quam figuram cadere poſſet*: vel ſic; *non viderunt animi naturam nullo modo in eam figuram cadere poſſe*; ut deleatur verbum *intelligentes*, quod eſt tamen in omnibus libris. *Lambinus.*

Ibid. *Nullo modo* viderunt *animi naturam intelligentes*] *Videntur*, ſi legas, ut eſt in Manuſcripto, ſenſus patebit apertius. *Urſinus.*

7. Non *intelligentes, in quam figuram cadere poſſet*] *Urſiniani* Codicis lectio, pura puta videtur Librarii depravatio, nec elegantiam *Tullii* redolet. At verò quam recepimus lectionem mens *Ciceronis* omninò poſtulat. Nam, ex Epicureorum ſententia, ratio nuſquam ineſſe potuit, niſi in hominis figura. Vide *noſtrum* capp. XVIII. & XXXII. *Homerica* vitæ ſcriptor inter Opuſc. *Galeana* pag. 336. Οὐδὲν ἄλλο σώματος εἶδος ἢ τῦ ἀνθρώπε, δεκτικόν ἐστιν ἐπιστήμης καὶ λόγου. Hoc igitur argumento Velleius eos refellit, qui mundum ſapientem, ac ſimul rotundum & volubilem, eſſe ſtatuêrunt.

Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui animantem, inmortalem, & eundem beatum, rotundum eſſe velint, quòd ea forma neget ullam eſſe pulchriorem Plato. At mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni, vel pyramidis videtur eſſe formoſior. Quae verò vita tribuitur iſti rotundo Deo? nempe ut ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem poſſit. In qua non video, ubinam mens conſtans, & vita beata poſſit inſiſtere. Quodque in noſtro corpore, [1] ſi minima ex parte ſignificetur, moleſtum ſit; cur hoc idem non habeatur moleſtum in Deo? [2] Terra enim profectò, quoniam mundi

runt. Vulgo particulam negantem prætermittunt. *Gulielmius* quidem & *Gruterus* legunt, *nullo modo vidêrunt animi naturam*, intelligentis *in quam figuram cadere poſſet*: ac ita *Pal.* tert. & *Med.* noſter. Iis accedit etiam Cl. *Boherius*, & Helleniſmum eſſe vult: adeò ut perinde ſit ac ſi dixiſſet *Cicero*, nullo modo viderunt, in quam figuram animi intelligentis figura poſſet cadere. Sed *animus intelligens*, prò ea parte animæ quæ ſit rationis & intelligentiæ particeps, apud noſtrum non invenitur; & etiamnum placet ea, quam ſecutus ſum, conjectura. *Davies.*

1. *Si minima ex parte ſignificetur*] Hæc verba nihil huc faciunt: quapropter vel à Librariis addita, vel miſerè corrupta ſunt cenſenda. Codices tamen auxilium non ferunt, nec commoda ſuccurrit conjectura. Poſſem, *ſi minima in parte* ſentiatur: ſed videtur ampliandum. *Idem.*

2 *Terra enim profectò* &c.] Hæc, inter alios, latius diduxit *Lactantius* Div. Inſtit. lib. VII. c. III, 8, ſeq. *Id.*

3 *Qualia verò* alia *ſint*] Vulg. *qualia verò ſint.* Nos autem vocem omninò neceſſariam ex *Pal.* ſecundo & *Wower.* mutuavimus. *Idem.*

4 *Ab ultimo repetam ſuperiorum*] Ab antiquorum Philoſophorum vetuſtiſſimo. *Cicero* de Legg. lib. I. cap. 5, *Non ergò à Prætoris edicto, ut plerique nunc, neque a* XII. *tabulis, ut* SUPERIORES. *Arnobius* lib. II. pag. 96. *Ut ſola illos poſteritas ſciret,* SUPERIORUM *verò ignoraret antiquitas.* Noſter de Divin. lib. I. cap. 1. *Ut ab* ULTIMIS *auctoritatem repetam.* *Virgilius* Æn. VII, 48.

—— *Iſque parentem*
Te, Saturne, refert; tu ſanguinis
ULTIMUS *auctor.*

Sic *ultima antiquitas* paſſim dicitur. Hæc tam facilia paucis teſtimoniis erant fulcienda, quod *Aldus* Nepos in hoc loco explicando turpiſſimè ſe dederit; ultimum enim elementorum, quæ paullò ſupra enumerârat *Cicero*, vult intelligi. *Idem.*

5 *Qui primus de* talibus *rebus quæſivit*] Obſervat *Joan. Wowerius* ad *Minucium*

di pars eſt, pars eſt etiam Dei. Atqui terrae maxumas regiones, inhabitabiles atque incultas videmus, quòd pars earum adpulſu ſolis exarſerit, pars obriguerit nive pruinaque, longinquo ſolis abſceſſu: quae, ſi mundus eſt Deus, quoniam mundi partes ſunt, Dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda ſunt. Atque haec quidem veſtra, Lucili: [3] qualia vero alia ſint, [4] ab ultimo repetam ſuperiorum. Thales enim Mileſius, [5] qui primus de talibus rebus quaeſivit, aquam dixit eſſe initium rerum: Deum autem, eam mentem, [6] quae ex aquâ cuncta fingeret. [7] Si Dî poſſunt eſſe ſine ſenſu & mente, cur aquae

Minucium Felicem pag. 148. veteres libros ſcribere *de* NATURALIBUS *rebus*, quod etiam conjecerat *Gulielmius*. Sed de MSStis ἐπέχω, nam iſtiuſmodi Codices ſolus ille vidit, non ego, non *Manucius*, non *Victorius*, non *Lambinus*, non *Urſinus*, non denique *Gruterus*. Ipſa certè res emendationem non flagitat; ex orationis enim connexu facilè Lector intelligit ſermonem de principiis naturalibus inſtitutum eſſe. Planè verò falſus eſt *Paullus Merula*, qui ad *Ennii* Annal. I. locum à *Lactantio* ſic laudari monet. Ait quidem ille Div. Inſt. lib. I. cap. 5. *Thales Mileſius ----- qui primus omnium quaſiſſe de cauſis* naturalibus *traditur, aquam eſſe dixit, ex qua nata ſunt omnia.* Sed hæc, tanquam *Ciceronis* verba, nullo modo profert. Unde verò factum ſit, ut Thales aquam rerum eſſe principium ſtatuerit; docebunt *Ariſteteles* Metaphyſ. lib. I. cap. 3. *Heraclides* Ponticus Alleg. Homer. pag. 439. *Plutarchus* Plac. Philoſ. lib. I. cap. 3. & ex eo *Euſebius* P. E. lib. XIV. cap. 14. *Nemeſius* de N. H. cap. V. p. 130. Θαλῆς τὸ ὕδωρ μόνον λέγων εἶναι στοιχεῖον, πειρᾶται δεικνύειν τ' ἄλλα τρία ἀπὸ τούτου γινόμενα. Τὴν μὲν γὰρ ὑποστάθμην αὐτοῦ γῆν γενέσθαι, τὸ δὲ λεπτομερέστερον ἀέρα, τοῦ δὲ ἀέρος τὸ λεπτομερέστερον πῦρ. Vide & *Simplicium* in *Ariſtotelis* Phyſ. lib. I. pag. 6. *Idem.*

6 *Qua ex aqua cuncta fingeret*] Sic etiam *Minucius Felix* Octav. cap. XIX. & ex eo *Lactantius* Divin. Inſt. lib. I. cap. 5. *Auguſtinus* tamen C. D. VIII, 2. Thaletem *nihil huic operi ex mente divina prapoſuiſſe* confirmat. Et eum ſanè inter eos, qui τὰς ὕλης εἴδει μόνον ᾠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων, recenſet *Ariſtoteles* Metaph. lib. I. c. 3. *Idem.*

Ib. *Ex aqua cuncta* gigneret] Veneti, *fingeret*. Ut, *Fingit enim natura prius nos intus.* Sed *gigneret* nequaquam improbare poſſum. *Camerarius.*

7 *Si Dii poſſunt eſſe ſine ſenſu, cur mentem aqua; cur aquam menti adjunxit*] Hunc locum partim conjectura ductus, partim antiquæ ſcripturæ

aquae adjunxit, ſi ipſa mens conſtare poteſt vacans corpore? Anaximandri autem opinio eſt, nativos eſſe Deos, longis intervallis orientis occidentiſque, [1] eoſque innumerabiles eſſe mundos. Sed nos Deum, niſi ſempiternum, intelligere quî poſſumus? Pòſt Anaximenes, aera Deum ſtatuit, eumque gigni, eſſeque inmenſum, & infinitum, & ſemper in motu: quaſi aut aer ſine ulla forma Deus eſſe poſſit; cùm praeſertim Deum non modò aliqua, ſed pulcherrima ſpecie deceat eſſe: aut non omne, quod ortum ſit, mortalitas con-
11 ſequatur. Inde [2] Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene diſciplinam, primus [3] omnium rerum deſcripti-

ſcripturæ veſtigia ſecutus, emendavi. Nam libri vulgati ſic habent; *ſi Di poſſunt eſſe ſine ſenſu & mente, cur aqua adjunxit, ſi ipſa mens conſtare poteſt vacans corpore?* Quam ſcripturam quis non videt eſſe mutilam? *Lambinus.*

Ibid. Si Dii *poſſunt eſſe ſine ſenſu* & mente, *cur aqua adjunxit, ſi ipſa mens conſtare poteſt vacans corpore*] *Med.* exhibet *ſic Dei.* Locus eſt, Librariorum ſocordiâ, vel mutilus vel corruptus. Si nihil exciderit, ita reponerem; *ſic Dii poſſunt eſſe ſine ſenſu.* At mentem *cur aqua adjunxit, ſi ipſa mens conſtare poteſt vacans corpore?* nam putarunt Epicurei, fieri non poſſe quin ἀσώματον omne ſenſu careret. Vide capp. 12. & 13. *Davies.*

1 *Eoſque innumerabiles eſſe* mundos] Abeſt a MSto Codice vox *mundos*, quam opinor Gloſſema eſſe. *Urſinus.*

Ibid. *Eoſque innumerabiles eſſe mundos*] *Elienſ.* etiam unus omittit *mundos*, quam vocem pro Gloſſemate perperam habuit *Fulv. Urſinus*; *Lambinus* autem reſcribit *idemque innumerabiles eſſe mundos*; quaſi Anaximander mundis divinitatem non tribuerat; nam certè vel hos vel nullos eſſe Deos cenſuit. *Cyrillus* contra Julianum lib. I. pag. 28. Ἀναξίμανδρος Θεὸν ἀποφαίνεται εἶναι τοὺς ἀπείρους κόσμους. *Stobaeus* Eclog. Phyſ. cap. 1. Ἀναξίμανδρος ἀπεφήνατο τοὺς ἀπείρους οὐρανοὺς, Θεούς. Vide *Euſebium* Præp. Evang. lib. I. cap. 8. & lib. XIV. cap. 14. *Auguſtinum* C. D. lib. VIII. cap. 2. ac *Plutarchum* de Placit. lib. I. cap. 3. *Davies.*

2 *Anaxagoras* --- PRIMUS *omnium rerum* &c.] Quomodo *primus?* ſiquidem Thales *Deum eſſe mentem dixerat, qua ex aqua cuncta fingeret. Leſcaloperius* hoc Anaxagoræ tributum putat, quòd *primus librum à ſe ſcriptum in lucem ediderit.* At præterquam quòd hoc omnino ſit futile, prout obſervavit *Balius* Dict. Tom. I. pag. 209. tradit *Auguſtinus* C. D. VII, 2. Thaletem *ſuas diſputationes litteris mandaſſe.* Verè falſone, non quæram. Repugnat certe *Themiſtius* Orat. XXVI. p. 317. Vide & *Laertium* I, 23. Nodus autem, qui nectitur, ſolvi forte queat, ſi reputemus Thaletis

ſcriptionem & motum, mentis infinitae vi ac ratione deſignari & confici voluit: in quo non vidit, neque motum ſenſui junctum & continentem, [4] infinito ullum eſſe poſſe; neque ſenſum omnino, [5] quo non ipſa natura pulſa ſentiret. Deinde ſi mentem iſtam quaſi animal aliquod voluit eſſe, erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur: quid autem interius mente? cingatur igitur corpore externo. Quod quoniam non placet, aperta ſimplexque mens, nulla re adjuncta, [6] qua ſentire poſſit, fugere intelligentiae noſtrae vim & notionem videtur. [7] Crotoniates autem Alcmaeo, qui ſoli, & lunae, reliquiſque ſideribus,

Thaletis Deum immobilem eſſe, mundique mentem. Vide *Stobaeum* Eclog. Phyſ. pagg. 2, 31. *Plutarchum* Plac. I, 7. & *Cyrillum* in Julian. lib. I. pag. 28. At *Anaxagoras Deum eſſe dixit infinitam mentem, quae per ſe ipſa moveatur*, ut ait *Lactantius* D. I. lib. I. cap. 5. eamque mundo non infixum, ſed terrena contagione liberum pronuntiavit. Vide *Tertullianum* de Anima cap. XII. Cùm igitur tanta fuerint opinionum divortia; nihil obſtat, quo minus Anaxagoras auctor fuae ſit ſententiae. *Idem.*

3 *Omnium rerum deſcriptionem & motum*] Vulg. *modum*; nec aliter omnia, quantum conſtat, *Ciceronis* exemplaria. Quin & ita legit *Auguſtinus* Epiſt. CXVIII. n. 24. Sed, ut obſervavit *Nic. Rigaltius* ad *Minucii Felicis* cap. XIX. *motum* eſſe veram lectionem claré docent ſequentia; nam niſi ſic ſcripſerat *noſter*, quorſum Velleius, Anaxagorae ſententiam refellens, diceret; *in quo non vidit neque* MOTUM *ſenſui junctum & continentem infinito ullum eſſe poſſe, neque ſenſum &c.*? *Ariſtoteles* Phyſ. Auſc. lib. VIII. cap. 1. Φησὶν Ἀναξαγόρας, ὁμοῦ πάντων ὄντων καὶ ἠρεμούντων τὸν ἄπειρον χρόνον, ΚΙΝΗΣΙΝ ἐμποιῆσαι τὸν νοῦν καὶ διακρῖναι. *Euſebius* Praep. Evang. lib. XIV. cap. 14. Ἀναξαγόρας οὐ μόνον περὶ τῆς πάντων οὐσίας ἀπεφήνατο, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ΚΙΝΟΥ͂ΝΤΟΣ αὐτὴν αἰτίας. *Simplicius* in *Ariſtotelis* lib. I. Phyſ. fol. 6. Τῆς δὲ ΚΙΝΗΣΕΩΣ καὶ τῆς γενέσεως αἴτιον ἐπέστησε τὸν νοῦν ὁ Ἀναξαγόρας· ὑφ' οὗ διακρινόμενα τούς τε κόσμους καὶ τὴν τῶν ἄλλων φύσιν ἐγέννησαν. Videſis & *Hermiam* in Irriſ. Gentil. Philoſ. cap. VI. *Idem.*

4 *Infinito*] Vulgg. *in infinito*, quod eodem redit. Sed nos MSStis *Reg.* & *Med.* paruimus: praeſertim cum ita laudet *Auguſtinus* Epiſt. CXVIII. n. 24. *Idem.*

5 *Quo non* ipſa *natura*] *Auguſtini* Codex dedit, *quo non* TOTA *natura pulſa ſentiret*. Nec diſplicet ea ratio. *Idem.*

6 Qua *ſentire poſſit*] Sic *Auguſtinus*; quam lectionem meritò probavit Cl. *Boherius*. Vulgò *quae*. Idem.

7 *Crotoniates autem Alcmaeo*] *Ariſtoteles*

ſideribus, animoque praeterea divinitatem dedit, non ſenſit, ſeſe mortalibus rebus inmortalitatem dare. Nam Pythagoras, qui cenſuit animum eſſe per naturam rerum omnem intentum & commeantem, [1] ex quo noſtri animi carperentur, non vidit diſtractione humanorum animorum diſcerpi & lacerari Deum: & cùm miſeri animi eſſent, (quod pleriſque contingeret) tum Dei partem eſſe miſeram: quod fieri non poteſt. Cur autem quicquam ignoraret animus hominis, ſi eſſet

ſtoteles de Anima lib. I. cap. 2. Ἀλκμαίων φησὶ ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι διὰ τὸ ἐοικέναι τοῖς ἀθανάτοις· τοῦτο δ' ὑπάρχειν αὐτῇ, ὡς ἀεὶ κινουμένῃ· κινεῖσθαι δὲ καὶ τὰ θεῖα ἅπαντα συνεχῶς ἀεί, Σελήνην, Ἥλιον, ἀστέρας, καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον. Vide & *Clementem* Protrept. p. 19. ed. Sylburg. *Davies.*

1 *Ex quo noſtri animi* carperentur] *Elienſ.* uterque *caperentur*; quod nonnullis fortaſſe ſpecioſum videbitur. Nam de hac ipſa re ſic *Minucius* cap. XIX. *Pythagora Deus eſt animus per univerſam rerum naturam commeans & intentus, ex quo etiam animalium omnium vita capiatur.* *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. 5. *Pythagoras ita definivit, quid eſſet Deus: Animus, qui per univerſas* (Leg. deleto pronomine, *animus per univerſas*) *mundi partes omnemque naturam commeans atque diffuſus, ex quo omnia, quæ naſcuntur, animalia vitam* capiunt; eumque locum exſcripſit *Salvianus* de Gub. dei lib. I. pag. 4. non enim ad hunc *Tullii* locum reſpexit, ut vult *Conr. Ritterſhuſius*, nec ad *Minucianum*, ut cenſet *Steph. Baluzius.* Sed longe præſtat recepta lectio, Velleiique animo magis convenit invidioſa hæc loquendi formula; denotat enim, mentes noſtras, numinis eſſe fruſta quædam lacera, particulaſque vi quâdam avulſas. Si *Juſtino* Martyri fides, ipſius Pythagoræ verba huc facientia dedit Cohort. ad Græcos cap. XVIII. Sed liber, ex quo ſunt hauſta, planè fuit ſuppoſiticius; quod, ut opinor, olfecit *Clemens* Alexandrinus; quapropter, ambiguitatem captans, ea τοῖς ἀμφὶ τὸν Πυθαγόραν adſcribit in Protrept. p. 21. At fraudem minimè ſuſpicatus eſt *Cyrillus* contrà Julianum lib. I. pag. 30. *Idem.*

2 *Omne prætereà, quod eſſet infinitum*] Vide *Minucium Felicem* Oct. cap. XIX. At hoc cum iis non convenit, quæ plurimi ſcriptores, & ipſe quidem *Tullius* alibi, tradidêrunt. Sic Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 37. *Xenophanes — unum eſſe omnia — & id eſſe Deum — conglobatâ figurâ.* Norunt omnes nullam prorſus figuram infinitati competere. Quarè, pro illius ſententia, nullum eſſet infinitum. At ſibi congruus eſt *Origenes*, qui Philoſ. cap. XIV. ſimul ac *Theodoretus* Ther. IV. p. 57. à Xenophane Deum πεπερασμένον καὶ σφαιροειδῆ ſtatutum tradit; cui numen fuiſſe σφαῖραν ἀπαθῆ, auctor eſt etiam *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. III. cap. XXIV. pag. 155. Plura ſuppeditabit *Æg. Menagius* ad *Diogenis Laertii* IX, 19. Sed hiſce repugnat, quod habet *Ariſtoteles*

eſſet Deus? quomodo porrò Deus iſte, ſi nihil eſſet niſi animus, aut infixus aut infuſus eſſet in mundo? Tum Xenophanes, qui, mente adjuncta [2] omne praeterea quod eſſet infinitum, Deum voluit eſſe, [3] de ipſa mente ita reprehenditur, ut ceteri: de infinitate autem vehementius, in qua nihil neque ſentiens, neque conjunctum poteſt eſſe. Nam Parmenides [4] commenticium quiddam [5] coronae ſimile efficit: Stephanen appellat, [6] continentem ardore lucis orbem,

ſtoteles in Libello de Xenophane, Zenone, & Gorgia cap. I. Omninò vide *Simplicium* in *Ariſtotelis* Phyſ. lib. I. pag. 6. *Idem*.

3 *De ipſa* quidem *mente*] Ita legitur in antiquis Codicibus, & rectè: ſequitur enim adverbium *autem*. Urſinus.

Ibid. *De ipſa mente* ita *reprehenditur, ut ceteri*] Vulg. *item reprehenditur*. Ut ab iis recederemus, auctores erant *Reg. Med.* & *Elienſ.* qui *ita*, non *item* repræſentant. *Davies*.

4 *Commenticium quiddam corona* ſimilitudine efficit] In MSto eſt, *commenticium quiddam corona* ſimile effecit. *Urſinus*.

Ibid. Commenticium *quiddam corona ſimile efficit; Stephanen appellat*] *Reg.* à prima manu *conventium*; *Buſlid.* verò *conventicium*; quæ quidem lectio, quamvis approbatorem nacta ſit *Jac. Gronovium*, præ vulgata ſordet. *Commenticium* vocat noſter id quod in rerum natura non exiſtit, ſed eſt humani ingenii figmentum. Sic de Divin. lib. I. c. 32. *Ex te ipſo non* commenticiam *rem, ſed factam, ejuſdem generis audivi.* Ac de Fin. lib. I. cap. 6. *Itaque attulit rem* commenticiam; *declinare dixit Atomum perpaullum; quo nihil poſſet fieri minus.* Nec aliter paſſim *Cicero*; cùm alterius illius vocis, licet Analogicæ, nullum reperiatur exemplum. De *commenticia* verò, quam memorat noſter, corona ſic *Plutarchus* Plac. II, 7. Παρμενίδης στεφάνας εἶναι περιπεπλεγμένας, ἐπαλλήλους, τὴν μὲν ἐκ τοῦ ἀραιοῦ, τὴν δὲ ἐκ τοῦ πυκνοῦ· μικτὰς δὲ ἀλλήλαις (lege ἄλλας) ἐκ φωτὸς καὶ σκότους, μεταξὺ τούτων· καὶ τὸ περιέχον δὲ πάσας τεῖχους δίκην στερεὸν ὑπάρχειν. Plenius autem *Stobæus* Eclog. Phyſ. pag. 50. Παρμενίδης στεφάνας εἶναι περιπεπλεγμένας ἐπαλλήλους, τὴν μὲν ἐκ τοῦ ἀραιοῦ, τὴν δὲ ἐκ τοῦ πυκνοῦ· μικτὰς δὲ ἄλλας φωτὸς (leg. ἐκ φωτὸς) καὶ σκότους μεταξὺ τούτων, καὶ τὸ περιέχον δὲ πάσας, τεῖχους δίκην στερεὸν ὑπάρχειν. ὑφ᾽ ᾧ πυρώδης στεφάνη· καὶ τὸ μεσαίτατον πασῶν περὶ ὃν πάλιν πυρώδης· (forſan καὶ τὴν μεσαιτάτην πασῶν ἀραιῶν πάλιν πυρώδη) τῶν δὲ συμμιγῶν τὴν μεσαιτάτην ἁπάσαις τε καὶ πάσης (lego ἁπάσαις τοκέα πάσης) κινήσεως καὶ γενέσεως ὑπάρχειν, ἥν τινα καὶ ΔΑΙ´ΜΟΝΑ καὶ κυβερνῆτιν καὶ κληροῦχον ἐπονομάζει, δίκην τε καὶ ἀνάγκην. Davies.

5 *Corona* ſimile] Vulgo *ſimilitudine*. At nos MStum Urſin. ſequimur; cum quo ferè faciunt *Med.* & *Lincoln.* qui *corona ſimilem* repræſentant. *Idem*.

6 Continentem *ardore lucis orbem*] Hæc lectio mihi nullum ſenſum funderc

bem, qui cingit caelum; quem appellat Deum: in quo neque figuram divinam neque ſenſum quiſquam ſuſpicari poteſt: [1] multaque ejuſdem monſtra; quippe qui bellum, qui diſcordiam, qui cupiditatem, ceteraque generis ejuſdem ad Deum revocat; quae vel morbo, vel ſomno, vel oblivione, vel vetuſtate delentur: eademque de ſideribus, quae reprehenſa jam [2] in alio loco, in
12 hoc omittantur. Empedocles autem multa alia peccans, in Deorum opinione turpiſſimè labitur: [3] quattuor enim naturas, ex quibus omnia conſtare cenſet, divinas eſſe volt? quas & naſci & exſtingui perſpicuum eſt, & ſenſu omni carere. Nec verò Protagoras, [4] qui [5] ſeſe negat omnino de

fundere videtur; nos autem facili conjectura legimus, *continente ardore lucis orbem*: & ita, niſi fallor, loco fit medicina. Alioqui Codices *Reg. Med.* & *Elienſ.* dant *continentem ardorem*. Male. *Continens* autem *ardor*, eſt continuus. Ut paulò ante dixit, *motum ſenſui junctum & CONTINENTEM*; id eſt, *continua copulatione adhaerentem*, ut explicat *Auguſtinus* Epiſt. CXVIII. n. 24. *Davies.*

1 *Multaque ejuſdem monſtra*] Vulg. *conjunctionem* omittunt, quam nos ex MSStis & Editt. vetuſtis revocavimus. *Davies.*

2 *In alio* loco] Sic *Med. Aſcenſ.* & *Victor.* At ultimam vocem vulgò prætermittunt. *Idem.*

3 *Quatuor enim naturas, ex quibus omnia conſtare* cenſet, *divinas eſſe* vult] *Reg.* MS. *ex quibus omnia conſtare* vult, *divinas eſſe* vult. Minus concinne. Vulgo *ex quibus omnia conſtare* vult, *divinas eſſe* cenſet. Sed nos ἐμφατικώτερον verborum ordinem ex *Elienſ.* utroque, *Med. Lincoln.* *Bonon.* 1494. *Aſcenſ.* & *Victor.* recepimus. Empedoclis autem ſententiam de principiis luculenter exponit *Ach. Tatius* Iſag. in Phænom. pag. 125. qui, ut & *Cyrillus* in Julian. lib. II. pag. 67. prætermiſſus eſt ab Interpretibus ad *Laërtii* lib. VIII. §. 76. Vide & *Plutarchum* de Placit. Philoſ. lib. I. cap. 3. *Idem.*

4 *Qui ſe negat omninò de Diis quid liqueat ſcire*] Veneti, *De Diis habere quod liqueat*: ut illius verba mox interpretatur *Cicero*: *De Diis, neque ut ſint neque ut non ſint*, habeo *dicere*. Quod ita retulit *Laërtius*: Περὶ μὲν Θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔθ' ὡς εἰσίν, οὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν· πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου. Διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων, καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὑπὸ κήρυκα ἀναλεξάμενοι παρ' ἑκάστου τῶν κεκτημένων. Camerarius.

5 *Seſe negat omnino de Diis* habere, quod *liqueat*] Ita vulgò legitur: ſed hanc

de Dîs quod liqueat ſcire, ſint, non ſint, qualeſve ſint, quicquam videtur de natura Deorum ſuſpicari. [6] Quid? Democritus, qui tum imagines, earumque circuitus in Deorum numero refert: tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat: tum ſcientiam intelligentiamque noſtram, nonne in maxumo errore verſatur? [7] cumque idem omnino, quia nihil ſemper ſuo ſtatu maneat, neget eſſe quicquam ſempiternum; nonne Deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem ejus reliquam faciat? Quid aer, quo Diogenes Apolloniates utitur Deo, quem ſenſum habere poteſt, aut quam formam Dei? [8] Nam de Platonis inconſtantia longum ~~eſſe~~ est dicere; qui [1] in

hanc lectionem redarguunt omnes noſtri. *Reg. Bonon.* 1494. *Elienſ.* unus: *ſeſe negat omninò de Diis* quid *liqueat* ſcire. Alter; *ſeſe negat omnino* de Diis ſcire, quid *liqueat*. Legendum *ſeſe negat omninò de Diis* quod *liqueat* ſcire, quemadmodum fide MSStorum *Med.* & *Lincoln.* edidimus. *Diogenes Laërtius* lib. IX. §. 51. Ἀλλαχοῦ δὲ τοῦτον ἤρξατο τὸν τρόπον. Περὶ μὲν Θεῶν οὐκ ἔχω ΕἸΔΕ'ΝΑΙ, οὔθ' ὡς εἰσὶν, οὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν. Quæ *Suidas*, ut ſolet, in ſuum transfudit Lexicon. Vide & *Theodoretum* Therap. II. pag. 37. *Davies.*

6. *Quid Democritus, qui tum imagines earumque circuitus in Deorum* numero *refert* &c.] Imagines vocat ſimulacra ex corporibus effluentia. *Irenaus* lib. II. cap. 19. *Democritus primus ait, multas ac varias ab univerſitate figuras expreſſas deſcendiſſe in hunc mundum.* *Minucius* Octav. cap. XIX. *Democritus ---- nonne plerumque naturam, qua imagines fundat, & intelligentiam Deum loquitur?* Plura dicemus ad hujuſce libri cap. XLIII. MS. autem *Reg.* à ſecunda manu repræſentat, *in Deorum numerum*, ac ita reponit *Dionyſ. Lambinus*. Sed lectio vulgata manum medicam non poſtulat. *Hyginus* Fab. CLXXVII. *Poſt eam Jovis in ſtellarum* numero *retulit*. Vide ſis etiam quæ notavit *Th. Munckerus* ad Fab. XCII. *Idem.*

7 *Cumque idem omnino*] Vulgò *cum idem omnino*. Nos autem conjunctionem copulativam ex *Aſcenſ.* & *Victor.* addidimus. *Idem.*

8 Nam *de Platonis inconſtantia*] Vulgo *Jam de Platonis* &c. At *Elienſ.* & *Med.* lectionem dant à nobis receptam. Ea ab iis mutata eſt, qui hanc particulam *tranſitioni* denotandæ inſervire poſſe neſciêrunt. Id tamen eos docebit *Priſcianus* lib. XVI. col. 1033. & lib. XVIII. col. 1169. Vide & *J. F. Gronovium* ad *Livii* XXIX, 8. *Idem.*

1 In

[1] in Timaeo patrem hujus mundi nominari neget poſſe: [2] in Legum autem libris, quid ſit omnino Deus, anquiri oportere non cenſeat. Quòd verò ſine corpore ullo Deum volt eſſe, ut Graeci dicunt ἀσώματον; id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt: careat enim ſenſu neceſſe eſt, careat etiam prudentia, careat voluptate: quae omnia unà cum Deorum notione comprehendimus. [3] Idem & in Timaeo dicit, & in Legibus, & mundum Deum eſſe, & caelum, & aſtra, & terram, & animos, [4] & eos, quos majorum inſtitutis accepimus: quae & per ſe ſunt falſa perſpicuè, & inter ſeſe vehementer repugnantia. Atque etiam [5] Xenophon paucioribus verbis eadem

1 *In Timao patrem hujus mundi nominari neget poſſe*] Pag. 526. Ed. Lugd. Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Interpretationem ſuppeditabit *Cicero* de Univ. cap. 2. Vide ſis & *Apuleium* Dogm. Plat. lib. I. pag. 572. & *Minucium* cap. XIX. *Joſephus* in Apionem lib. II. cap. 31. Αὐτὸς δὲ Πλάτων ὁμολόγησεν, ὅτι τὴν ἀληθῆ περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν εἰς τὴν τῶν ὄχλων ἄγνοιαν οὐκ ἦν ἀσφαλὲς ἐξενεγκεῖν. Hunc autem Platonis locum paſſim laudant vett. Chriſtiani, & eum μεγαλοφυῶς μὲν καὶ οὐκ εὐκαταφρονήτως τὴν ἐκκειμένην λέξιν προφέρεσθαι teſtatur *Origenes* contra Celſum lib. VII. pag. 360. Adi & *Cyrillum* in Julian. lib. I. pag. 30. *Davies.*

2 *In Legum autem libris, quid ſit omninò Deus, anquiri oportere non cenſeat*] Lib. VII. pag. 640. Τὸν μέγιστον Θεὸν --- φαμὲν οὔτε ζητεῖν δεῖν οὔτε πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας ἐρευνῶντας. Ad hunc locum reſpicit etiam *Lactantius* de Ira Dei cap. XI. *Idem.*

3 *Idem & in Timao dicit & in Legibus, & mundum Deum* &c.] Vide Timæi pag. 528. C. 530. D. ſeqq. Leg. lib. VII. pag. 640. G. & lib. X. pag. 670. B. aut, ſi mavis, *Euſebium* Præp. Evang. lib. XIII. cap. 18. *Idem.*

4 *Et eos quos* majorum *inſtitutis accepimus*] Leve eſt, quod dicturus ſum; ſed tamen, quicquid eſt, lectorem non celabo. Tres libri veteres, uno conſenſu, habent hoc loco; *& eos quos* malorum *inſtitutis accepimus.* Quod eò adſcripſi, ut meminerit Lector, ſcriptores illos librarios indoctos, ſæpe ſcripſiſſe *I.* pro *L.* & contra *L.* pro *I.* Lambinus.

5 *Xenophon paucioribus verbis* &c.] Reſpicit ad Ἀπομν. lib. IV. cap. III. §. 13. ſeqq. Ejus mentem paucis expoſuit *Clemens* in Protrept. pag. 21. Ὁ γοῦν τὰ πάντα σείων καὶ ἀτρεμίζων ὡς μὲν μέγας τις καὶ δυνατὸς, φανερός· ὁποῖος δέ τις μορφὴν, ἀφανής· οὐδὲ μὴν ὁ ΠΑΜΦΑΗΣ δοκῶν εἶναι Ἥλιος, οὐδ'

αὐτὸς

dem ferè peccat: facit enim in iis, quae à Socrate dicta retulit, Socratem diſputantem, formam Dei quaeri non oportere: eundemque & ſolem, & animum Deum dicere: & modò unum, tum autem plures Deos: quae ſunt iiſdem in erratis ferè, quibus ea, [6] quae de Platone dicimus. Atque etiam Antiſthenes [7] in eo libro, 13
qui phyſicus inſcribitur, [8] popularis Deos multos, naturalem unum eſſe dicens, tollit vim & naturam Deorum. Nec multo ſecus Speuſippus, Platonem avunculum ſubſequens, & [9] vim quandam dicens, qua omnia regantur, eamque animalem, evellere ex animis conatur cognitionem Deorum. [10] Ariſtoteles quoque in tertio de philoſophia libro

αὐτὸς ἔοικεν ὁρᾷν αὐτὸν ἐπιτρέπειν· ἀλλ' ἤν τις ἀναιδῶς αὐτὸν ἀτενίσῃ, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται. Eadem repetit Strom. lib. V. pag. 256. & inde *Euſebius* Præp. Evang. lib. XIII. cap. XIII. pag. 678. Aſt apud eos omnes legendum, ὁ ΠΑΜΦΑΝΗ'Σ *δοκῶν εἶναι* Ἥλιος, ut habent *Cyrillus* contra Julianum lib. I. pag. 32. & *Stobæus* Eclog. Phyſ. lib. II. cap. I. pag. 157. nam *παμφανὴς* eſt *omnibus apparens*, ὁ *πᾶσι φανερὸς*, quemadmodum loquitur *Xenophon*; *πάμφαινης* autem, *omnia luce colluſtrans*; quod ad auctoris propoſitum non facit. Videſis etiam *Minucium Felicem* cap. XIX. *Lactantium* de Ira Dei cap. XI. & *Stobæum* Serm. LXXVIII. p. 467. *Davies.*

6 *Quæ de Platone* dicimus] Ultimam vocem prorſus abjiciendam cenſuit *Gruterus*. Leniore medicinâ legerim, *quæ de Platone* DIDICIMUS. *Id.*

7 *In eo libro, qui* PHYSICUS *inſcribitur*] Operam ludit *D. Lambinus*, cui placet *Phyſiognomicus*; nam Antiſthenem in *phyſico* laudat *Lactantius* de Ira Dei cap. XI. ejuſdemque duos *περὶ φύσεως* libros memorat *Diogenes Laertius* lib. VI. §. 17. *Idem.*

8 *Populares Deos multos, naturalem unum*] Idem tradunt *Minucius Felix* cap. XIX. & *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. 5. *Idem.*

9 *Vim quandam dicens ---- eamque animalem*] Stobæus Ecl. Phyſ. pag. 2. *Σπεύσιππος (θεὸν ἀπεφήνατο) τὸν νοῦν οὔτε τῷ ἑνὶ οὔτε τῷ ἀγαθῷ τὸν αὐτὸν, ἰδιοφυῆ δέ.* *Minucius* Octav. cap. XIX. *Speuſippum vim* naturalem *animalem, quâ omnia regantur, Deum nôſſe.* Vocem *naturalem* delendam puto; nam noſtrum *Felix* exſcripſit, nec vim *naturalem* Cicero memorat. *Idem.*

10 *Ariſtoteles quoque in tertio de philoſophia libro*] Ariſtotelem tres de philoſophia libros ſcripſiſſe tradit *Diogenes*, de quibus *ἐν τῷ περὶ ψυχῆς* fit etiam ab ipſo Ariſtotele mentio. *Urſinus.*

bro multa turbat, [1] à magiſtro Platone non diſſentiens: modò enim menti tribuit omnem divinitatem: modò mundum ipſum Deum dicit eſſe: modò quendam alium praeficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat atque tueatur: tum caeli ardorem Deum dicit eſſe; non intelligens, caelum mundi eſſe partem, quem alio loco ipſe deſignarit Deum. Quomodo autem caeli divinus ille ſenſus in celeritate tanta conſervari poteſt? ubi deinde illi tot Dî, ſi numeramus etiam caelum Deum? Cùm autem ſine corpore idem volt eſſe Deum; omni illum ſenſu privat, etiam prudentia. Quo porrò modo mundus [2] moveri poteſt

1 *A magiſtro Platone* uno *diſſentiens*] Primum non ab *uno*, ſed à multis diſſentiebat; nam philoſophi de Dijs varie ſentiebant: deinde ab aliis potius quàm à Platone, cujus eandem ferè de Diis fuiſſe ſententiam paulò antè oſtendit; quam ejus diſcipuli, Ariſtoteles & Ponticus Heraclides, ſunt ſecuti. Itaque videndum, num ita legi poſſit; *à magiſtro Platone* NON *diſſentiens*. P.Manucius.

Ibid. *A magiſtro Platone* non *diſſentiens*] Secutus ſum *Manutii* conjecturam, meo judicio, rectam & certam. *Lambinus*.

Ibid. *A magiſtro Platone* uno *diſſentiens*] *Manutius* ex *uno* fecit *non*. In MSto eſt *ſuo*, ut fortaſſe legendum ſit *à magiſtro* ſuo *Platone diſſentiens*. Urſin.

Ibid. *A magiſtro Platone* non *diſſentiens*] Vocem penultimam omittit *Elienſ.* unus. *Urſini* liber, ſuo *Platone diſſentiens*, cum quo perperam facit vir ille doctus. Alii omnes exhibent, *à magiſtro Platone* uno, vel *à magiſtro* uno *Platone diſſentiens*; quæ ſanè lectio ſuam abſurditatem ipſa prodit, & ſeſe vitii palam redarguit; nam qui mentem *ἀσώματον*, mundum, cælumque, Deos ſtatuit, multum abeſt, ut ab *uno* Platone diſſentiat; ab aliis enim innumeris abit diverſus, ſed cum eo diſertè facit. Hæc à *Sam. Petito* non fuère perpenſa, qui Miſcell. lib. IV. cap. 9. reſcripſit *unà diſſentiens*. Scripturæ quam recepi firmandæ res ipſa ſufficit; nec tamen deſunt veterum teſtimonia, quibus patet, *Ariſtotelem* in hiſce libris Platonis opiniones retuliſſe. *Suidas* voce *ἀγαθοῦ δαίμονος*. Ὅτι περὶ τἀγαθοῦ βιβλίον συντάξας Ἀριστοτέλης, τὰς ἀγράφους τοῦ Πλάτωνος δόξας ἐν αὐτῷ κατατάττει· καὶ μέμνηται τοῦ συντάγματος Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ψυχῆς ἐπονομάζων αὐτὸ περὶ φιλοσοφίας. Vide *J. A. Fabricium*, virum doctiſſimum, Bibl. Græcæ lib. III. cap. VII. pag. 102. Ad hoſce libros reſpexit

poteſt carens corpore; aut quomodo ſemper ſe movens, eſſe quietus & beatus poteſt? Nec verò ejus condiſcipulus Xenocrates in hoc genere prudentior: in cujus libris, qui ſunt de natura Deorum, nulla ſpecies divina deſcribitur: Deos enim octo eſſe dicit: quinque eos, [3] qui in ſtellis vagis nominantur: unum, qui ex omnibus ſideribus, quae infixa caelo ſunt, ex diſperſis quaſi membris ſimplex ſit putandus Deus: ſeptimum, Solem adjungit: [4] octavumque, Lunam: qui quo ſenſu beati eſſe poſſint, intelligi non poteſt. Ex eadem Platonis ſchola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis referſit libros: [5] & tamen modò mundum, tum mentem divinam eſſe

ſpexit *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. III. cap. XXIV. pag. 155. ubi ait: Ἀριστοτέλης μὲν ἀσώματον εἶπεν τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ πέρας τοῦ οὐρανοῦ. Eodem ſenſu legi poſſit, *à magiſtro* ſuo *Platone* non *diſſentiens.* Ariſtotelis ſententias refert etiam *Minucius Felix* in Octavio cap. XIX. *Davies.*

2 *Moveri* poteſt] Vulgg. vocem ultimam prætermittunt; nos eam ex *Elienſ.* uno, *Lincoln.* & vett. editis retraximus, quippe quæ ad orationis συμφώνειαν non parum confert. *Idem.*

3 *Qui in ſtellis vagis* nominantur] Lego *numerantur*, quod etiam *D. Lambino* placuit. Xenocratis ſententiam ſic effert *Clemens Alexandrinus* Protrept. pag. 19. Ξενοκράτης---ἑπτὰ μὲν Θεοὺς τοὺς πλανήτας, ὄγδοον δὲ τὸν ἘΚ ΠΑ΄ΝΤΩΝ ΑΥΤΩ͂Ν συνεστῶτα κόσμον αἰνίττεται. Leg. ἐκ πάντων ΤΩ͂Ν ἈΠΛΑΝΩ͂Ν, eoque modo illi cum *Cicerone* conveniet. In enarranda tamen ejus opinione diverſus abit *Stobaeus* Eclog. Phyſ. lib. I. cap. 3. *Idem.*

4 *Octavumque, Lunam*] Sic *Elienſ. Med. Bonon.* 1494. ac *Aſcenſ.* & rectè quidem; nam *Deus* intelligitur. Vulg. *octavamque.* Cati videlicet Librarii ſolœciſmum formidabant, niſi feminei generis adjectivum *Luna* conjungerent. *Idem.*

5 *Et tamen modo mundum, tum mentem divinam eſſe putat*] Corrigo *&* tum *mundum, tum mentem* Deum *eſſe putat*; itaque plane eſt in *Maffæi* libro, niſi quod habet, *Et cùm mundum.* P. Manucius.

Ibid. Et tamen *modo mundum, tum mentem divinam eſſe putat*] *Pal.* tert. *tantummodo*; alius, *dummodo*: Sec. *Elienſ.* uterque, *Reg. Bonon.* 1494. *Et tum modo mundum. D. Lambinus* reſcribit *&* tum *mundum, tum mentem,* DEUM *eſſe putat*, prout antea fecerat *Paullus Manucius* ex Maffæi libro. Ad Codicum veſtigia quam proximè lego, *&* DEUM *modo mundum, tum mentem divinam eſſe putat.* Et ita ferè Cl. *Walkerus.* Davies.

eſſe putat: errantibus etiam ſtellis divinitatem tribuit, ſenſuque Deum privat, & ejus formam mutabilem eſſe volt: eodemque in libro rurſus terram & caelum refert in Deos. Nec verò Theophraſti inconſtantia ferenda eſt: modo enim [1] menti divinum tribuit principatum; modò caelo: tum autem ſignis ſideribuſque caeleſtibus. [2] Nec audiendus ejus auditor Strato, is qui phyſicus appellatur: qui omnem vim divinam in natura ſitam eſſe cenſet, quae [3] cauſſas gignendi, augendi, minuendi habeat; ſed càreat
14 omni ſenſu & figura. Zeno autem (ut jam ad veſtros,

1 *Menti* divinum *tribuit principatum*] Amiciſſimus *Walkerus* legit *divina*. Si modo vulgata lectio ſit movenda; reponi queat, *menti* OMNIUM *tribuit principatum*. Vide *Clementem* Protrept. pag. 20. *Davies*.

2 *Nec audiendus* ejus *auditor Strato*] *Elienſ.* unus, *ejus* dein *auditor*. Leg. EJUSDEM *auditer*, ut diſertè *Lincoln.* & *Bonon.* 1494. *Idem*.

3 *Cauſas gignendi, augendi, minuendi habeat*] Non de nihilo eſt, quód *Elienſ.* unus hoc in loco ſit auctior; in eo enim legitur, *quæ cauſas gignendi, augendi, minuendi*, IMMITTENDI, *habeat*; & idem verbum adnexa *conjunctione* repræſentant *Lincoln.* & *Bonon.* 1494. At qui res *auget*, novam iis materiam *immittit*: quapropter iſta vox merito cenſeri queat incommoda. Hoc tamen non obſtat, quo minus ad veram lectionem quaſi manu ducat; nam omninò reſcribendum crediderim, *quæ cauſas gignendi, augendi, minuendi*, IMMUTANDIQUE, *habeat*; & tum demum omnes naturæ vices exprimuntur. Et ita, quod hiſce primum editis vidi, diſerte dat editio *Aſcenſiana*. Repugnat tamen ampliſſ. *Boberius*: ei enim hoc verbum prorſus inutile videtur, ſiquidem res ſine mutatione nec augeri nec minui queat. Quapropter legit, *augendi, minuendi, immiſcendi*. Quaſi corpus, *immixta* vel addita nova materia, non augeatur! & quaſi *immutatio* ſine partium vel additione vel detractione fieri non poſſit! Noſter de Divin. I, 52. *Parvis enim momentis multa natura aut affingit aut* MUTAT *aut detrahit*. *Lactantius* lib. III. cap. XII, 10. *Solum nec imminui, nec augeri, nec* IMMUTARI *poteſt*. Lucretius lib. II, 768.

---- Et ordo
Principiis MUTATUS, *& addita demptaque quædam.*

Et lib. III, 512.

Addere enim partes, aut ORDINE TRAJICERE *æquum eſt*
Aut aliud prorſum de ſumma detrahere illum,
Commutare animum quicunque adoritur & infit.

Vide & *Livium* lib. XXXI. cap. XI. Stratonis ſententiam, verbis ex hoc loco ſumptis, refert *Lactantius* de Ira Dei

veſtros, Balbe, veniam) naturalem legem, divinam eſſe cenſet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria: quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non poſſumus. Deum autem animantem certè volumus eſſe. Atque hic idem alio loco [4] aethera, Deum dicit, ſi intelligi poteſt nihil ſentiens Deus, qui numquam nobis occurrit neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Aliis autem libris [5] rationem quandam [6] per omnem naturam rerum pertinentem, [7] vi divina eſſe adfectam putat. Idem aſtris hoc idem tribuit,

Dei cap. x. Vide & Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 38. ac *Auguſtinum* C. D. lib. VI. cap. x. *Idem.*

4 *Æthera Deum dicit,* ſi *intelligi poteſt*] Vulgò *dicit eſſe*; ſed nos eam caudam fide MSStorum *Elienſ. Reg. Med. Lincoln.* & *Victor.* reſecuimus. Totum igitur locum ſic lego, *Atque hic idem alio loco æthera Deum dicit.* Quî *intelligi poteſt* &c? *Idem.*

5 *Rationem quandam---pertinentem*] Quia *Plutarchus* Stoicorum ſententiam recenſens lib. I. de Placit. Philoſ. c. VII. ait eos πνεῦμα διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου poſuiſſe, data eſt viro doctiſſimo *D. Lambino* errandi anſa. Hinc enim factum ut reſcripſerit *ſpiritum quendam-----pertinentem.* Sed ſeu *rationem*, ſeu *ſpiritum* dicas, eorum menti non adverſabere. *Minucius Felix* Octav. cap. XIX. *Zenon* -----rationem *vult omnium eſſe principium.* *Lactantius* Div. Inſt. lib. IV. cap. 9. *Zenon rerum naturæ diſpoſitorem atque opificem univerſitatis* ΛΟΓΟΝ *prædicat.* *Seneca* Conſol. ad Helv. cap. VIII. *Quiſquis formator univerſi fuit, ſive ille Deus eſt potens omnium, ſive incorporalis* RATIO *ingentium operum artifex, ſive divinus* SPIRITUS *per omnia maxima minima, æquali intentione, diffuſus.* Vide *Diogenem Laertium* lib. VII. §. 134. & 138. Quod autem *Xyſtus Betuleius* PERTINENTEM mutet in *pertingentem* vel *permanantem*, id ætati, qua vixit, ceteriſque viri meritis facile condonamus; nam *Cæſarem, Salluſtium* & optimos quoſque ſcriptores haud aliter locutos eſſe jam conſtat. *Idem.*

6 *Per omnem naturam rerum*] Sic edidi fidem MSti *Lambiniani*, perpetuamque *Ciceronis* & aliorum conſuetudinem ſecutus. Unum aut alterum in re clara *Lactantii* locum proferre ſufficiat. Is igitur lib. VII. Div. Inſt. cap. 24. *Omnis,* inquit, *rerum natura lætabitur erepta & liberata dominio mali.* Idem de Ira Dei cap. VII. *Cum homini ob ſapientiam & cuncta quæ ſpirant,* & omnis rerum natura *ſubjecta ſit.* Vulg. *per* omnium *naturam rerum.* Alii vocem ultimam prorſus omittunt. *Idem.*

7 *Ut divinam, eſſe affectam putat*] *Vi divina eſſe affectam putat,* & apertius eſſet, &, ut puto, verius, nec

inſigni

tribuit, tum annis, menſibus, annorumque mutationibus. Cùm verò Heſiodi [1] theogoniam interpretatur, tollit omnino [2] praeceptas inſitaſque cognitiones Deorum: neque enim Jovem, neque Junonem, neque Veſtam, neque quemquam, [3] qui ita appellatur, in Deorum habet numero: ſed rebus inanimis atque mutis, per quandam ſignificationem, haec docet tributa nomina. Cujus diſcipuli Ariſtonis non minùs magno in errore ſententia eſt: qui neque formam Dei intelligi poſſe cenſeat, neque in Dîs ſenſum eſſe dicat; dubitetque omnino, Deus animans, necne ſit. Cleanthes autem, qui Zenonem audivit unà cum eo, quem

inſigni tamen mutatione. *P. Manucius.*

Ibid. *Vi divina eſſe affectam putat*] Vulg. *ut divinam, eſſe affectam putat*; quæ ſanè verba ſunt nihili; quapropter non erat, cur certiſſimam *Paulli Manucii* conjecturam aſpernarer. Sic infra cap. xv. *Quid abſurdius, quam aut res ſordidas atque deformes Deorum honore afficere?* *Lactantius* lib. I. Div. Inſtit. cap. 20. *Romuli nutrix Lupa honoribus eſt adfecta divinis.* Sic *gloria, præmio, lucris affici* paſſim dicitur. Miror igitur, unde factum, ut *D. Lambinus*, violenta uſus hariolatione, repoſuerit, *Deum eſſe putat. Pal. pt. ut divina ſit, affectam putat*; ſic & *Elienſ.* niſi quod ille repræſentet *effectam*; ſed hæc Librariorum facinora ſunt habenda. *Davies.*

1 *Theogoniam*, id eſt, originem Deorum] Hic quoque Gloſſa fuit; nam illud, *id eſt, originem Deorum*, quis non videt adſcriptum fuiſſe, ut *Theogonia* ſignificatio oſtenderetur? qua ratione adducti delevimus, eo libentius, quòd quibuſdam in antiquis libris expoſitio illa non eſt. *P. Manucius.*

2 Uſitatas *perceptaſque cognitiones*] Rectius, opinor, INSITAS *perceptaſque cognitiones:* nam & in *Maffai* libro ita ſcriptum legitur; & infra etiam cap. 17. INSITAS, dixit, *Deorum cognitiones habemus.* Et alibi non ſemel. Atque etiam *Lucretius* hac locutione uſus eſt. *Unde* (inquit lib. v.) inſita *notities eſt Utilitatis.* P. Manucius.

Ibid. *Præceptas inſitaſque*] Vulg. *uſitatas perceptaſque. D. Lambinus* admiſerat *inſitas præceptaſque*; quomodo ferè ex Maffæi libro correxerat *P. Manucius.* Rectè quidem; at alteram lectionem reduxit *Jan. Gruterus*, quod illi religio fuit à *Pall.* ſuis vel latum unguem diſcedere. Sed tamen ipſa res *Lambinianam* ſcripturam flagitabat, licet in verbis collocandis *Elienſ.* unum ſim ſecutus. Infra cap. xvi. *Solus* (Epicurus) *vidit, primum* *eſſe*

quem proximè nominavi, tum ipſum mundum, Deum dicit eſſe: tum totius naturae menti atque animo tribuit hoc nomen: tum ultimum, & altiſſimum, atque undique circumfuſum, & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, [5] qui aether nominetur, certiſſimum Deum judicat. Idemque quaſi delirans in iis libris, [6] quos ſcripſit contra voluptatem, tum fingit formam quandam & ſpeciem Deorum, tum divinitatem omnem tribuit aſtris, tum nihil ratione cenſet eſſe divinius. Ita fit, ut Deus ille, quem mente noſcimus, atque in animi notione, [7] tamquam in veſtigio, volumus reponere, nuſquam prorſus appareat.

eſſe Deos; quod in omnium animis eorum notionem IMPRESSISSET *ipſa natura---Quam appellat* πρόληψιν, *id eſt*, ANTECEPTAM *animo rei quandam informationem.* Iterum cap. XVII. *Neceſſe eſt eſſe Deos, quoniam* INSITAS *eorum vel potius innatas cognitiones habemus---Quod quoniam ferè conſtat inter omnes, fateamur conſtare illud etiam, hanc nos habere ſive* ANTICIPATIONEM *ſive* PRÆNOTIONEM *Deorum.* Hæc, ut opinor, Codicis noſtri lectionem ſatis confirmant ſtabiliuntque. *Davies.*

3 *Qui ita* appellatur] Sic *Elienſ.* uterque & *Med.* Vulgò *appelletur*. Idem.

4 *Ipſum mundum, Deum dicit eſſe*] *Minucius Felix* Octav. cap. XIX. *Cleanthes enim* MENTEM, *modo animum, modo æthera, plerumque rationem Deum diſſerit.* Qui docuerit quæ ſit inter *mentem* & animum differentia, mihi ſanè magnus erit Apollo. Lege *Cleanthes enim* MUNDUM, *modo animum* &c. *Idem.*

5 *Qui æther* nominetur] *Lambinus* ex V. C. legit *nominatur*. Malè; nam Tullius *altiſſimo ardori* nomen Latinis haud notum imponit, vocabulum tamen Græcis uſitatum adhibet. Vide lib. II. cap. XV. & XL. *Idem.*

6 *Quos ſcripſit contra* voluptatem, *tum fingit*] MSSti repræſentant, *contrà* VOLUNTATEM; ſed eorum auctoritas hic eſt deferenda; nam Cleanthis librum περὶ Ἡδονῆς memorat *Diogenes Laertius* lib. VII. §. 87, & 175. Vide & *Clementem Alexandrinum* Strom. lib. II. pag. 179. *Idem.*

7 *Tanquam in veſtigio*] Hoc eſt, *in ambiente circulo*, ait *Aldus* Nepos. Abſurde prorſus; neque enim illa eſt veſtigii ſignificatio, nec Epicurei mentem eſſe *circulum* ſtatuerunt. Velleius adludere videtur ad *impreſſionem*, qua deorum cognitionem in animis noſtris inſculpi cenſet. Ità certè locum explicat vir acutiſſimus *Tan. Faber* lib. I. Ep. 34. *Idem.*

15 appareat. At [1] Perſaeus, ejuſdem Zenonis auditor, eos dicit eſſe habitos Deos, à quibus magna utilitas ad vitae cultum eſſet inventa: ipſaſque res utiles & ſalutares Deorum eſſe vocabulis nuncupatas: ut ne hoc quidem diceret, illa inventa eſſe Deorum, ſed ipſa divina. [2] Quo quid abſurdius, quàm aut res ſordidas atque deformes Deorum honore adficere, aut homines jam morte deletos reponere in Deos, quorum omnis cultus eſſet futurus in luctu? Jam verò Chryſippus, qui Stoicorum ſomniorum vaferrimus habetur interpres, magnam turbam congregat ignotorum Deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjectura quidem informare poſſimus; cùm mens noſtra quidvis videatur cogitatione poſſe depingere. Ait enim, vim divinam in ratione eſſe poſitam & univerſae naturae animo atque mente: ipſumque mundum, Deum dicit eſſe, & ejus animi fuſionem univerſam: tum

1 *Perſæus*] Sic ſcribendum, non *Perſeus*, ut vulg. nam Græcis eſt Περσαῖος, quod eruditi dudum obſervârunt. Vide modo *Dionem Chryſoſtomum* Orat. LIII. pag. 554. *Davies.*

2 Quæſo, *quid abſurdius, quam*] Sic videtur legendum, non, ut eſt in libris vulgatis, Quo *quid abſurdius* &c. *Lambinus.*

3 Univerſa *atque omnia continentem*] *Élienſ. Reg. Aſienſ.* & *Victor.* dant *univerſam*, ac ita legendum cenſet doctiſſimus *Boherius.* Ad me quod attinet, reſcripſerim, *communemque rerum naturam,* IMMENSAM *atque omnia continentem. Immenſum* & *univerſum* paſſim confundi ſciunt omnes, qui MSStos trivêre. *Davies.*

4 *Tum fatalem* VIM] Vulg. *fatalem* UMBRAM; quæ voces nullum omninò ſenſum fundunt: inanis enim eſt obſervtaio *Xyſti Betuleii,* qui *umbræ* vocem ab homine Epicureo duntaxat extenuandi gratia poſitam eſſe contendit. Lepidum tamen hoc commentum exſcripſit *Pet. Leſcaloperius.* Futilem ſcilicet interpretationem peperit corrupta lectio, quæ forſan & nobis fraudi fuiſſet, niſi præluxiſſet MS. *Elienſis.* Is eam, quam recepimus, ſcripturam diſertè repræſentat. *Idem.*

5 *Ignem prætérea* & *eum*] Cum Ampliſſ. *Boherio* legerim, *ignem prætérea*

tum ejus ipſius principatum, qui in mente & ratione verſetur, communemque rerum naturam, [3] univerſa atque omnia continentem: [4] tum fatalem vim & neceſſitatem rerum futurarum: [5] ignem praeterea & eum quem ante dixi aethera: [6] tum ea quae natura fluerent atque manarent, ut & aquam, & terram, & aera; ſolem, lunam, ſidera, univerſitatemque rerum, qua omnia continerentur; atque homines etiam eos, qui inmortalitatem eſſent conſecuti. Idemque diſputat, aethera eſſe eum, quem homines Jovem appellarent: quique aer per maria manaret, eum eſſe Neptunum: terramque eam eſſe, quae Ceres diceretur: ſimilique ratione perſequitur vocabula reliquorum Deorum. Idemque etiam legis perpetuae & aeternae vim, quae quaſi dux vitae & magiſtra officiorum ſit, Jovem dicit eſſe; eandemque fatalem neceſſitatem appellat, ſempiternam rerum futurarum verita-

terea eum, quem ante dixi æthera. Vide cap. XIV. *Idem.*

6 *Tum ea quæ naturâ fluerent atque manarent, ut & aquam, & terram & aëra*] Prorſus quidem mirandum, quomodo contigit, ut in rebus fluentibus atque manantibus numeraretur *terra*. Hæc enim, pro philoſophorum illorum ſententiis, nullo fuit motu prædita. *Pet.* quidem *Leſcaloperius*, vulgatam lectionem ſervans, hæc omnia *fluere & manare* dici putavit, quod in horas mutarentur & aliquid detrimenti facerent. Pari ſanè modo Heraclitus dixit ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην. Vide *Diogenem Laërtium* lib. IX. §. 8. Hac tamen interpretatione nihil eſt magis inſubidum; ità enim non hominum tantùm, ſed & contemtiſſimarum beſtiarum, corpora, nè de plantis & arboribus loquar, in Diis ponerentur. *Aldus* avus & Cl. *Boherius* legunt, *quæ natura fluerent atque* MANERENT. Ejus de mundo ſententiam, quod obſervavit ampliſſimus ille vir, ita refert *Stobæus* Eclog. Phyſ. lib. I. cap. XXV. pag. 18. Τοῦ κόσμου τὸ μὲν εἶναι περιφερόμενον περὶ τὸ μέσον, τὸ δ' ὑπομένον. Περιφερόμενον μὲν τὸν αἰθέρα, ὑπομένον δὲ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐπ' αὐτὴν ὑγρὰ καὶ τὸν ἀέρα. Hoc ſanè loco confirmatur illa conjectura, quæ mihi quoque placet, ſi modo reſcribatur, *quæ natura fluerent*, & quæ *manerent*. *Idem.*

1 Ut

veritatem: quorum nihil tale eſt, ut in eo vis divina ineſſe videatur. Et haec quidem in primo libro de natura Deorum: in ſecundo autem volt Orphei, Muſaei, Heſiodi, Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipſe primo libro de Dîs inmortalibus dixerit: [1] ut etiam veterrimi poetae, qui haec ne ſuſpicati quidem ſint, Stoici fuiſſe videantur. Quem Diogenes Babylonius conſequens in eo libro, qui inſcribitur de Minerva, partum Jovis ortumque virginis ad phyſiologiam traducens, dejungit à fabula.
16 Expoſui ferè non philoſophorum judicia, ſed delirantium ſomnia: nec enim multo abſurdiora ſunt ea, quae poetarum vocibus fuſa, ipſa ſuavitate nocuerunt: [2] qui & ira inflammatos, & libidine furentes induxerunt Deos; feceruntque, ut eorum bella, proelia, pugnas, vulnera videremus; odia praeterea, diſſidia, diſcordias, ortus, interitus,

1 *Ut etiam veterrimi Poëtæ, qui hac nè ſuſpicati quidem ſint, Stoici fuiſſe videantur*] Paria faciebant alii Philoſophi; eandemque rem aggreſſi ſunt *Cornutus*, *Heraclides* Ponticus, ceterique Allegoricarum nugarum venditores. Vide *Clementis* Hom. VI. cap. 2. ſeq. & 17. ſeq. *Davies.*

2 *Qui & ira inflammatos*] *Plinius* N. H. lib. II. cap. 7. *Super omnem impudentiam* eſt, *adulteria inter ipſos* (Deos) *fingi; mox etiam jurgia & odia, atque etiam furtorum eſſe & ſcelerum numina.* Omnino vide *Sextum Empiricum* advſ. Mathem. pag. 59. & *Minucium Felicem* cap. XXII. *Idem.*

3 *Mortaleſque* ex immortalibus *creatos*] Vulg. *ex immortali.* Sed cave credas ſolum Jovem prole *mortali* auctum fuiſſe; Neptunus enim, Mars, Apollo, reliquaque Deorum turba *mortales* filios procreârunt. Conjeceram igitur *ex* IMMORTALIBUS, quod cùm firmaret MS. *Reg.* à ſecunda manu, recipere non dubitavi. *Idem.*

4 *Magorum portenta*] Quibus *ignis & unda Deus*, ut ait *Sidonius Apollinaris* Carm. II, 84. quique τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦσι, teſte *Theodoreto* H. E. lib. V. cap. 39. Hæc teſtimonia ſunt iis addenda, quæ congeſſit *Barn. Briſſonius* de regn. Perſ. lib. II. cap. 59. Nonnullas etiam περὶ θεῶν μυθοποιΐας Magis debuiſſe Græcos, affirmat *Cornutus* N. D. cap. 17. *Idem.*

5 *Ægyptiorumque in eodem genere dementiam*] Ad hos reſpicit Plinius lib.

tus, querelas, lamentationes, effuſas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, [3] mortaleſque ex inmortalibus procreatos. Cum poetarum autem errore conjungere licet [4] portenta magorum, [5] Aegyptiorumque in eodem genere dementiam: tum etiam volgi opiniones, quae in maxuma inconſtantia, veritatis ignoratione, verſantur. Ea qui conſideret quàm inconſultè ac temerè dicantur, venerari Epicurum, & in eorum ipſorum numero, de quibus haec quaeſtio eſt, habere debeat: ſolus enim vidit, primùm eſſe Deos, quòd in omnium animis eorum notionem inpreſſiſſet ipſa natura. Quae eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam Deorum? quam appellat [6] πρόληψιν Epicurus, id eſt, anteceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi

lib. II, H. N. cap. 7. *Gentes verò quadam animalia etiam aliqua obſcena pro Diis habent, ac multa dictu magis pudenda, per fœtidos cibos & alia ſimilia jurantes.* Plura de re nota non congeram. Vide tamen ſis interpretes ad *Minucii Felicis* cap. XXVIII. *Idem.*

6 Πρόληψιν --- *ſine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec diſputari poteſt*] Hiſce lucem dant verba *Diogenis Laertii* lib. X. §. 33. Τὴν δὲ ΠΡΟ'ΛΗΨΙΝ λέγουσιν οἱονεὶ κατάληψιν, ἢ δόξαν ὀρθὴν, ἢ ἔννοιαν, ἢ καθολικὴν νόησιν ἐναποκειμένην, τουτέστι μνήμην τοῦ πολλάκις ἔξωθεν φανέντος· οἷον, τὸ τοιοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος· ἅμα γὰρ τῷ ῥηθῆναι Ἄνθρωπος, εὐθὺς κατὰ πρόληψιν καὶ ὁ τύπος αὐτοῦ νοεῖται, προηγουμένων τῶν αἰσθήσεων. Παντὶ οὖν ὀνόματι τὸ πρώτως ἐπιτεταγμένον (vel, ut *Suidas* in πρόληψις habet, ἐπιτετευγμένον) ἐναργές ἐστι· καὶ οὐκ ἂν ἐζητήσαμεν τὸ ζητούμενον εἰ μὴ πρότερον ἐγνώκειμεν αὐτό --- οὐδ' ἂν ΩΝΟΜΑ'ΣΑΜΕ'Ν τι, μὴ πρότερον αὐτοῦ κατὰ πρόληψιν τὸν τύπον μαθόντες. In editione *Weſteniana* locum hunc miſerè corrupit *M. Meibomius*, vir ſanè doctus, ſed audax nimium præcepſque Criticus. *Clemens* Alexandrinus Strom. II. pag. 157. Ἐπίκουρος ---- πρόληψιν τῆς διανοίας τὴν πίστιν ὑπολαμβάνει· πρόληψιν δὲ ἀποδίδωσιν ἐπιβολὴν ἐπί τι ἐναργὲς καὶ ἐπὶ τὴν ἐναργῆ τοῦ πράγματος ἐπίνοιαν· μὴ δύνασθαι δὲ μηδένα μήτε ζητῆσαι, μήτε ἀπορῆσαι, μήτε μὴν δοξάσαι, ἀλλ' οὐδὲ ἐλέγξαι χωρὶς προλήψεως. Vide & *Sextum Empiricum* advſ. Mathem. pag. 282. ac *Platonem* in Menone pag. 16. F. *Idem.*

1 *Ex*

intelligi quicquam, nec quaeri, nec diſputari poteſt. Cujus rationis vim atque utilitatem [1] ex illo caeleſti Epicuri [2] de regula & judicio volu-
17 mine accepimus. Quod igitur fundamentum hujus quaeſtionis eſt, id praeclarè jactum videtis. Cùm enim non inſtituto aliquo aut more aut lege ſit opinio conſtituta, maneatque ad unum omnium firma conſenſio; intelligi neceſſe eſt, eſſe Deos, quoniam inſitas eorum, vel potiùs innatas cognitiones habemus. De quo autem [3] omnium natura conſentit, id verum eſſe neceſſe eſt. Eſſe igitur Deos confitendum eſt. Quod quoniam ferè conſtat inter omnes non philoſophos

1 *Ex illo cæleſti Epicuri ---- volumine*] Hoſce libros de cælo delapſos & διοπετεῖς vocarunt Epicurei, ut ex noſtro *Plutarchoque* docuit *Pet. Victorius* V. L. lib. XIX. cap. 16. Quod ob ſingularem, quam iis ineſſe rebantur, excellentiam factum: non enim putandum, gregem Epicureum, qui providentiam negabat, eos ſimili ſenſu διοπετεῖς credidiſſe, quo Judæi multos libros Apocryphos, Mohammedani verò ſuum Alcoranum, aut quo Helceſaitæ βίβλον τινὰ λέγουσιν ἐξ οὐρανοῦ καταπεπτωκέναι, ut ex *Origene* tradit *Euſebius* H. E. lib. VI. c. 38. Adi ſis & *Theodoretum* Hær. Fab. lib. II. cap. 7. *Sidonius Apollinaris* lib. VI. Epiſt. 10. *Mihi fraternitatique iſtic ſita pagina tua veluti* polo lapſa *reputabitur*; id eſt, divina & admirabilis; ut rectè *Joan. Savaro*, quem vide. Obiter liceat Gloſſema tollere, quod Icaromenippum *Luciani* foedat. Is igitur Tom. II. pag. 187. ſic loquitur: Μένιππος ἡμῖν ΔΙΟΠΕΤῊΣ πάρεστιν ἘΞ ΟΥΡΑΝΟΥ̃. Duæ poſtremæ voces omninò videntur delendæ; quippe quæ pimitùs margini Codieum fuerint adpictæ, nè neſciremus, quid ſibi vellet διοπετής. Vide *Iſidorum* Peluſiotam lib. IV. Epiſt. 207. & *Heſychium* in διοπετής. *Davies.*

2 *De regula & judicio*] Hoc volumen *Diogeni Laertio* lib. X. §. 27. inſcriptum dicitur περὶ κριτηρίου Ἢ κανόνος· quapropter *Xyſtus Betuleius* apud noſtrum reponit, *de regula* AUT *judicio*. Minus quidem rectè; prout apparet ex *Seneca* Epiſt. LXXXIX. qui Logicam ab Epicureis *locum de judicio & regula* teſtatur appellatam. Stoici etiam hujus diſciplinæ partem περὶ κανόνων ΚΑῚ κριτηρίων nominabant. Vide *Laertium* lib. VII. §. 41, 42. *Idem.*

3 *Omnium natura conſentit*] Idem valet, ac omnes conſentiunt. Sic noſtro cap. 31. *In* Deorum natura *ponere* denotat in Diis ponere. Sic *Lucretio* I, 16. *omnis natura animantum* eſt omnes animantes. Vide & vſ. 193. ac *Plutarchum* in Colotem Tom. II. pag. 1112. E. *Idem.*

4 *Quod beatum æternumque ſit*] Vulg. *quod æternum beatumque ſit*; ſed

phos ſolùm, ſed etiam indoctos; fateamur conſtare illud etiam, hanc nos habere ſive anticipationem, ut antè dixi, ſive praenotionem Deorum: ſunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipſe πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat. Hanc igitur habemus ut Deos beatos & inmortales putemus. Quae enim nobis natura informationem Deorum ipſorum dedit, eadem inſculpſit in mentibus, ut eos aeternos & beatos haberemus. Quod ſi ita eſt, verè expoſita illa ſententia eſt ab Epicuro, [4] *Quod beatum aeternumque ſit, id nec habere ipſum negotî quicquam, nec exhibere alteri:* [5] *itaque neque*

nos eum poſuimus verborum ordinem, quem præſtant *Elienſ. Med. Lincoln.* & *Reg.* Hæc enim ſententia Græcè ſic ſe habet: Τὸ ΜΑΚΑ'ΡΙΟΝ ΚΑΙ` ΑΦΘΑΡΤΟΝ οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὐδὲ ἄλλῳ παρέχει. Vide ſis, inter alios plures, *Lactantium* de Ira Dei. cap. IV. *Diogenem Laertium* lib. X. §. 139. & *Nemeſium* de nat. hominis pag. 321. Verſibus Iambicis ita concluſit *Auſonius* Epigr. CXVI.

Quod eſt BEATUM, *morte & aeternum carens,*
Nec ſibi parit negotium, nec alteri.

Euſtathius quidem in Iliad. Ω. pag. 1500. ed. Baſil. hanc Epicuri ſententiam ſic refert τὸ 'ΑΘΑ'ΝΑΤΟΝ καὶ ἄφθαρτον οὔτ' αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτ' ἄλλοις παρέχει· διὸ οὔτε ὀργαῖς οὔτε ΛΥ'ΠΑΙΣ συνέχεται. Quod vacillanti Præſulis Theſſalonicenſis memoriæ tribuendum. *Idem.*

5 *Itaque neque ira, neque gratia teneri*] Suſpicatur *D. Lambinus* ſcribendum, *itaque neque ira* TANGI, *neque gratia teneri.* Sed *Tullius* Epicuri verba Latinè reddidit; ὥστε μήτε ὀργαῖς μήτε χάρισι συνέχεσθαι· ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον, vel, ut *Nemeſius*, ἐν ἀσθενείᾳ γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα. Adeò ut nullo prorſus additamento ſit opus. Præterquam quod ſcriptores idonei *verbum*, quod plurium nominum ultimo ſoli reſpondeat, apponunt. *Sophocles* Elect. vſ. 438.

'Αλλ' ἢ πνοαῖσιν, ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει
Κρύψον νιν----

Ubi Scholiaſtes: πρὸς μὲν τὸ βαθυσκαφεῖ κόνει (inquit) ἁρμοδίως λέγεται τὸ κρύψον, πρὸς δὲ τὸ ΠΝΟΑΙ͂Σ οὐ δύναται ἁρμόσαι. Δεῖ οὖν συνυπακούειν ἔξωθεν ῥῆμα κατ' ἀναλογίαν, ἢ τὸ 'ΡΙ'ΨΟΝ, ἢ τὸ ΔΟ'Σ, ἤ τι τῶν τοιούτων. Καὶ ἐν ἑτέροις τοῦτο γίνεται πολλάκις· ὡς παρ' 'Ομήρῳ (Il. Γ. 326.)

------ᾟχι ἑκάστῳ
ἽΙπποι ἀερσίποδες καὶ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο.

Οὐ γὰρ ἵπποι ἔκειντο --- ἀλλ' εἱστήκεσαν. *Sulpicius Severus* H. S. lib. II. cap. 21. *Quos* (Gentiles) deſerere *inveterátas ſuperſtitiones, & ad unum ritum* deducere tentaverat. Quem locum fruſtra ſollicitat & explere conatur *Joan. Verſtius*

que ira, neque gratia teneri, quòd, quae talia eſſent, inbecilla eſſent omnia. Si nihil aliud quaereremus, niſi ut Deos piè coleremus, & ut ſuperſtitione liberaremur, [1] ſatis erat dictum: nam & praeſtans Deorum natura, hominum pietate coleretur, cùm & aeterna eſſet & beatiſſima; habet enim venerationem juſtam quicquid excellit: & metus omnis à vi atque ira Deorum pulſus eſſet; intelligitur enim, à beata inmortalique natura & iram & gratiam ſegregari: quibus remotis, nullos à ſuperis inpendere metus. Sed ad hanc confirmandam opinionem anquirit animus & formam, & vitam, & actionem mentis
18 atque agitationem in Deo. Ac de forma quidem partim natura nos admonet, partim ratio docet: nam à natura habemus omnes omnium gentium, ſpeciem nullam aliam, niſi humanam, Deorum; quae enim alia forma occurrit umquam aut vigilanti cuiquam, aut dormienti? Sed, ne omnia revocentur ad primas notiones, ratio hoc idem ipſa declarat. Nam cùm praeſtantiſſimam naturam, vel quia beata eſt, vel quia ſempiterna, convenire videatur eandem eſſe pulcherrimam,

ſtius. Cicero pro S. Roſcio Amerino c. VIII. *Cum eodem tempore & ea qua præterita ſunt, & ea quæ videntur inſtare,* præparet. Ibi vide V. C. *J. G. Gravium*, ut & ad *Flori* lib. III. c. 21. Ita paſſim Hebræi. *Moſes* Exodi XX, 18. וכל-העם ראים את הקולת ואת הלפידים ואת קול השפר: Cum ſonus audiri, non videri, poſſit. Adi ſis & Deuter. XXXII, 24. *Davies.*

1 *Satis* erat *dictum*] *Elienſ.* unus, *eſſet.* Non malè. *Idem.*

2 *Non modo viderit animo, ſed etiam ſic tractat, ut manu, doceat*] Hujus loci correctionem ſenſus ipſe videtur oſtendere: tollet enim omne mendum, ſi quis ità legat, *Non modo viderat animo, ſed etiam ſic* tractarat *ut manu*, docet. *P. Manucius.*

Ibid. *Non modo* viderat *animo, ſed etiam ſic* tractat *ut manu*, docet] Vulg.

rimam, quae compoſitio membrorum, quae conformatio lineamentorum, quae figura, quae ſpecies, humanâ poteſt eſſe pulchrior? Vos quidem, Lucili, ſoletis (nam Cotta meus modò hoc, modò illud) cùm artificium effingitis fabricamque divinam, quàm ſint omnia in hominis figura non modò ad uſum, verum etiam ad venuſtatem apta, deſcribere. Quòd ſi omnium animantium formam vincit hominis figura, Deus autem animans eſt; ea figura profectò eſt, quae pulcherrima ſit omnium; quoniamque Deos beatiſſimos eſſe conſtat, beatus autem eſſe ſine virtute nemo poteſt, nec virtus ſine ratione conſtare, nec ratio uſquam ineſſe, niſi in hominis figura; hominis eſſe ſpecie Deos confitendum eſt. Nec tamen ea ſpecies corpus eſt, ſed quaſi corpus: nec habet ſanguinem, ſed quaſi ſanguinem. Haec quamquam & inventa ſunt acutiùs, & dicta ſubtiliùs ab Epicuro, quàm ut quivis ea poſſit agnoſcere: tamen fretus intelligentia veſtra diſſero breviùs, quàm cauſſa deſiderat. Epicurus autem, qui res occultas, & penitùs abditas [2] non modo viderat animo, ſed etiam ſic tractat ut

Vulgg. *non modo* viderit *animo, ſed etiam ſic* tractet *ut manu* doceat. Nos autem ex *Reg. Bonon.* ac *Aſcenſ.* recepimus *viderat* & *tractat*; ex *Manucii* verò conjectura *docet*. *Arnobius* lib. II. pag. 118. *Quas* (rationes) *poſſit videre qui volet, &* CONTRECTARE, *quemadmodum dicitur*, MANIBUS. *Davies.*

Ibid. *Sed etiam ſic tractat, ut manu ducat, docet*] Sic reſtituit hunc locum *Adr. Turnebus* vir omni doctrinæ genere præſtantiſſimus; quanquam hæc editio nonnihil ab ejus conjectura diſcrepat: ille enim verbum, *docet*, omittit: nos ex *doceat* fecimus *docet*, quod item *Joan. Paſſeratio* venit in mentem. Sic autem legendum eſſe, ut & olim & nunc edidimus, ratio ipſa clamat; hæc enim ſententia eſt; Epicurus, qui res ita tractat ut quaſi manu ducat, docet *&c.* Cùm autem ſic

ut manu, docet eam eſſe vim & naturam Deorum, ut primùm non ſenſu, ſed mente cernatur; nec ſoliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, [1] quae ille propter firmitatem στερέμνια appellat, ſed imaginibus ſimilitudine & tranſitione perceptis: [2] cùm infinita ſimillimarum imaginum ſpecies ex innumerabilibus individuis [3] exiſtat, & ad Deos adfluat, cum maxumis voluptatibus in eas imagines mentem intentam, infixamque noſtram intelligentiam, capere quae ſit & beata
19 natura & aeterna. Summa verò vis [4] infinitatis, magna ac diligenti contemplatione digniſſima eſt: [5] in qua intelligi neceſſe eſt, eam eſſe naturam, ut omnia omnibus paribus paria reſpon-

ſic jam olim ediderim, tamen nebulo ille auſus eſt ementiri me retinuiſſe *doceat*, & addidiſſe *docet*, hoc eſt, ſic edidiſſe, *ut manu doceat, docet* &c. cùm ità ediderim, *ut manu ducat, docet*, quo modo & nunc ſine ulla diſſimilitudine edidi. *Lambinus*.

1 *Qua ille propter firmitatem στερέμνια appellat*] *Elienſis* unus στερεά· ſed alterum eſt Epicuri vocabulum. Vide *Diogenem Laertium* lib. x. §. 46. & 50. De hac autem illius opinione ſic *Agellius* N. A. lib. v. cap. 16. *Epicurus----affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulacrha quadam corporum ipſorum, eaque ſeſe in oculos inferre, atque ita fieri ſenſum videndi putat.* *Macrobius* Saturn. VII, 14. '*Cenſet Epicurus ab omnibus corporibus jugi fluore quadam ſimulachra manere, nec unquam tantulam moram intervenire, quin ultra ferantur inani figura cohaerentes corporum exuviae, quarum receptacula in noſtris oculis ſunt* &c. Ejus mentem, verbis diſertis explicant etiam *Apuleius* Apol. pag. 19. ed. Caſaub. & *Nemeſius* de Nat. hom. cap. VII. pag. 141. ne *Lucretium* memorem lib. IV. pag. 425. ſeqq. & *Diogenem Laertium* X, 46. *Davies*.

2 *Cum infinita*] Lambinus ex conjectura reponit, *deinde cum infinita*. Malim *cum* enim *infinita*. Media vox per compendium ſcripta facile fuit omiſſa. *Idem*.

3 *Exiſtat & ad Deos affluat*] Legendum puto, *a Deo affluat*, ſententia ita poſtulante; de quo dubitandum eò minùs eſt quod cap. 41. *Cum*, inquit, *ex ipſo imagines ſemper affluant*. Et *Lucretius* noſtram conjecturam lib. IV. planè confirmat. *P. Manucius*.

Ibid. *Et ad nos affluat*] Sic emendavi ex ſimili loco, qui eſt infra paucis poſt paginis. Ibi, *cumque ex ipſo imagines ſemper* ad nos *affluant*. Sic autem omninò legendum eſt, neque cuiquam dubitandi locus relictus eſt: nam Epicurus dicebat, nos & videre & cogitare per imagines, & accurſu imaginum ad nos, hoc eſt, ad oculos

&

ſpondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt, aequabilem tributionem. Ex hac igitur illud efficitur, ſi mortalium tanta multitudo ſit, eſſe inmortalium non minorem: &, ſi, quae interimant, innumerabilia ſint, etiam ea, quae conſervent, infinita eſſe debere. Et quaerere à nobis, Balbe, ſoletis, quae vita Deorum ſit, quaeque ab his degatur aetas. Ea videlicet, qua nihil beatius, nihil omnibus bonis affluentius cogitari poteſt; [6] nihil enim agit: nullis occupationibus eſt inplicatus: nulla opera molitur: ſua ſapientia & virtute gaudet: habet exploratum fore ſe ſemper cùm in maxumis, tum in aeternis voluptatibus. Hunc Deum ritè beatum 20
dixeri-

& ad mentem. *Lambinus.*

Ibid. *Ad Deos affluat*] Nonnulli Codd. *ad eos.* Leg. *à Deis affluat:* nam abſurda prorſus eſt lectio vulgata. Vide cap. 37. & 41. *Davies.*

4 *Infinitatis, magnā*] Vulgò *& magna;* ſed *conjunctionem* rectè deletam voluit *Lambinus;* nec in *Victor.* comparet. *Elienſis* autem habet, *ſumma verò vis & infinita, magna ac diligenti* &c. Sed ei nihil hic credendum. *Idem.*

5 *In qua* intelligi *neceſſe eſt*] *Elienſ.* & *Lincoln.* mediam vocem non agnoſcunt: nec eam certè poſtulat oratio. Prius tamen quàm deleamus, exſpectanda eſt veterrimi cujuſdam libri fides. *Idem.*

6 *Nihil enim agit*] In *Cantabr.* additur *Deus;* quod à seqq. probari cenſet *Jac. Gronovius.* Scilicet auctores à *plurali* ad *ſingularem numerum* crebro tranſire non meminerat. Sic infra cap. XL. *Doceo* Deos veſtros *eſſe voluptatis expertes; ità veſtro judicio ne beatos quidem. At dolere vacant. Satin' eſt id ad illam* (non *aliam*, ut malè *Gruterus*) *abundantem bonis vitam beatiſſimam?* COGITAT, *inquiunt, aſſiduè* BEATUM *eſſe ſe;* HABET *enim nihil aliud quod* agitet *in mente. Terentius* Eunuch. Act. II. Sc. I, 19. *Dii boni, quid hoc morbi eſt? adeon'* homines *immutarier Ex amore, ut non cognoſcas* eundem *eſſe?* Ubi *Donatus* hæc adnotat: *More ſuo à plurali numero ad ſingularem ſe convertit. Sophocles* Electra vſ. 1513.

Ὦ φίλταται γυναῖκες, ἄνδρες αὐτίκα
Τελοῦσι τοὔργον, ἀλλὰ σῖγα ΠΡΟ´ΣΜΕΝΕ.

Euripides Phœniſſ. vſ. 393.

---- Τί ΦΥΓΑ´ΣΙΝ τὸ δυσχερές;
Ἓν μὲν μέγιστον, οὐκ ἜΧΕΙ παρρησίαν.

Vide & Hecubæ vſ. 359. Auctor Conſtit. Apoſtol. lib. II. cap. 42. Εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως ΚΡΙ´ΝΕΤΕ, ἘΠΙΓΝΩ´ΣΕΣΘΕ τὸν κατηγοροῦντα κατὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ μαρτυρήσαντα ψευδῆ, καὶ ἘΠΙΔΕΙ´ΞΑΣ αὐτὸν συκοφάντην, βάσκανον --- μετὰ τοὺς ἐλέγχους τῆς ψευδολογίας ΚΡΙΝΕΙ͂Σ ἀποτόμως, καὶ τῇ μαχαί-

dixerimus; veſtrum verò laborioſiſſimum. Sive enim ipſe mundus, Deus eſt; quid poteſt eſſe minùs quietum, quàm, nullo puncto temporis intermiſſo, verſari circùm axem caeli admirabili celeritate? nisi quietum autem, nihil beatum eſt: ſive in ipſo mundo Deus ineſt aliquis, qui regat, qui gubernet, qui curſus aſtrorum, mutationes temporum, rerum viciſſitudines ordineſque [1] conſervet, terras & maria contemplans, hominum commoda vitaſque tueatur; [2] nae ille eſt implicatus moleſtis negotiis & operòſis. Nos autem beatam vitam in animi ſecuritate & in omnium vacatione munerum ponimus: docuit enim nos idem, qui cetera, natura effectum eſſe mundum; nihil opus fuiſſe fabrica; tamque eam rem eſſe facilem, [3] quam vos effici negatis ſine divina poſſe ſollertia, ut innumerabiles natura mundos effectura ſit, efficiat, effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficere ſine aliqua mente poſſit, non videtis; [4] ut tragici poetae, cùm

μαχαίρᾳ τῶ πυρὸς ΠΑΡΑΔΩ΄ΣΕΙΣ. Ne nimius ſim, conſule modò *Xenophontem* Oecon. cap. III, 5. & *Ælianum* V. H. lib. IX. cap. 25. *Davies.*

1 *Conſervet, terras & maria contemplans*] Vix mihi dubium videtur, quin *Cicero* dederit, *conſervet*, ET *terras & maria contemplans*. Niſi copulam illam adjeceris, oratio neſcio quid hiulcum præ ſe fert, nec omninò debita procedit lenitate. *Idem.*

2 *Nec ille eſt* beatus, *implicatus moleſtis laborioſiſque negotiis*] Veneti ita: *na ille eſt implicatus moleſtis laborioſiſque* &c. ut mihi videtur, multò elegantius. *Camerarius.*

3 *Quam vos effici* negatis] Sic legendum cum *Elienſ.* & vetuſtioribus editis, non *negetis*, ut habent vulgati. *Dav.*

4 *Ut Tragici Poëtæ*] Sumſit hanc comparationem à *Platone*, cujus verba ſunt ex Cratylo: Εἰ μὴ ἄρα δὴ, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες. Urſinus.

Ibid. Verba *Platonis* exſtant pag. 274. D. Ed. Lugd. & hanc ejus imitationem dudum obſervavit *Deſ. Eraſmus* Adag. pag. 591. quem vide. *Davies.*

5 *Ut nullam tamen oram* ultimi *videat, in qua poſſit* inſiſtere] Ad quod referri poſſit vox *ultimi*, planè non

cùm explicare argumenti exitum non poteſtis, confugitis ad Deum. Cujus operam profectò non deſideraretis, ſi inmenſam & interminatam in omnis partis magnitudinem regionum videretis: in quam ſe injiciens animus & intendens, ita latè longeque peregrinatur, [5] ut nullam tamen oram ultimi videat, in qua poſſit inſiſtere. In hac igitur inmenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum: quae, interjecto inani, cohaereſcunt tamen inter ſe, & aliae alias adprehendentes continuantur: ex quo efficiuntur hae rerum formae & figurae; quas vos effici poſſe ſine follibus & incudibus non putatis. Itaque [6] inpoſuiſtis in cervicibus noſtris ſempiternum dominum, quem dies & noctes timeremus. Quis enim non timeat [7] omnia providentem, & cogitantem, & animadvertentem, & omnia ad ſe pertinere putantem, curioſum, & plenum negotii Deum? Hinc vobis extitit primùm

non intelligo. *Elienſ.* & *Bonon.* 1494. *ulterius*; ſed hoc nihil fert adjumenti. Lego *ut nullam tamen oram* ultimam *videat, in quâ poſſit inſiſtere,* vel, ſi mavis, *conſiſtere,* prout dat *Elienſium* unus. *Lucretius* lib. I, 968.

---Si quis procurrat ad oras
Ultimus extremas, *jaciatque volatile telum.*

Vide & vſ. 979. *Davies.*

6 *Impoſuiſtis in cervicibus noſtris*] *Lincoln.* & *Bonon.* 1494. *Impoſuiſtis cervicibus noſtris*, ac ita conjecerat *D. Lambinus.* Non equidem diffiteor ità paſſim loqui ſcriptores; indubitatum tamen eſt, eam, quam retinemus, lectionem Latinitati non eſſe contrariam. *Valerius Maximus* lib. V. cap. III, 3. ext. *Phocion*--in eculeo *ab Athenienſibus* impoſitus *eſt. Hyginus* Fab. CCI. In *pecorum ungulis notam impoſuit. Plautus* Aulul. Act. II. Sc. VIII, 15, *Nunc juſculum emi, & haſce coronas floreas; Hac imponentur* in *foco noſtro Lari.* Non igitur eſt conculcanda cunctorum fere MSStorum fides. *Idem.*

7 *Omnia providentem* &c.] *Plinius* H. N. lib. II. cap. 7. *Irridendum verò agere curam rerum humanarum illud quicquid eſt ſummum. Anne tam triſti atque multiplici miniſterio*

primùm illa fatalis neceſſitas, quam εἱμαρμένην dicitis: ut, quicquid accidat, id ex aeterna veritate cauſſarumque continuatione fluxiſſe dicatis. Quanti autem haec philoſophia aeſtumanda eſt, cui, tamquam aniculis, & his quidem indoctis, [1] fato fieri videantur omnia? Sequitur μαντικὴ veſtra, quae Latinè divinatio dicitur: qua tanta imbueremur ſuperſtitione, ſi vos audire vellemus, ut haruſpices, augures, harioli, vates, & conjectores nobis eſſent colendi. His terroribus ab Epicuro ſoluti, & in libertatem vindicati, nec metuimus eos, quos intelligimus nec ſibi fingere ullam moleſtiam, nec alteri quaerere: & piè ſanctеque colimus naturam excellentem atque praeſtantem. Sed elatus ſtudio, vereor ne longior fuerim. Erat autem difficile, rem tantam tamque praeclaram, inchoatam relinquere: quamquam non tam dicendi ratio mihi
21 habenda fuit, quàm audiendi. Tum Cotta, comiter, ut ſolebat, Atqui, inquit, Vellei, niſi tu aliquid dixiſſes, nihil ſanè ex me quidem audire potuiſſes: mihi enim non tam facilè in mentem

non pollui credamus dubitemuſve? Hæc vero *Ciceronis* in *Octavium* ſuum traduxit *Minucius Felix* cap. 10. *Davies.*

1 *Fato fieri* videantur *omnia*] Legerim *videntur*, ut habet *Elienſ.* unus. *Idem.*

2 *Cum te audirem paullo antè*, contigit] Vulg. *contingit*; quod ablegandum eſſe tam res ipſa, quam MSSti & veteres editi demonſtrant. *Idem.*

3 *L. Craſſo*] Hæ voces in *Elienſi* utroque, *Reg. Med.* & *Lincoln.* non comparent. *Idem.*

4 *De re obſcura atque* difficillima] Vulgg. *difficili.* Noſtram verò lectionem repræſentant *Elienſ. Reg. Med. Lincoln.* & *Bonon.* 1494. nec aliter, ut opinor, alii Codices, licèt id minimè notatum ſit ab editoribus, quod *poſitiva* cum *ſuperlativis* jungi non debere cenſuerint. Veterum igitur auctoritate res eſt dijudicanda. Noſter lib. III. cap. 27. *De quo rectè* & veriſſimè *loquitur Atreus.* Pro Lege Manilia cap. VIII. *Quantum* forti *viro*, ſapientiſſimo *homini & magno Imperatori debeatur.* Ibi

tem venire ſolet, quare verum ſit aliquid, quàm quare falſum. Idque cùm ſaepe, tum, [2] cùm te audirem paullo antè, contigit. Roges me, qualem Deorum naturam eſſe ducam: nihil fortaſſe reſpondeam. Quaeras, putemne talem eſſe, qualis modò à te ſit expoſita: nihil dicam mihi videri minus. Sed antequàm adgrediar ad ea, quae à te diſputata ſunt, de te ipſo dicam quid ſentiam. Saepe enim de [3] L. Craſſo, familiari illo tuo, videor audiſſe, cùm te togatis omnibus ſine dubio anteferret, & paucos tecum Epicureos è Graecia compararet: ſed, quòd ab eo te mirificè diligi intelligebam, arbitrabar illum propter benivolentiam id uberiùs dicere. Ego autem, etſi vereor laudare praeſentem, judico tamen [4] de re obſcura atque difficillima à te dictum eſſe dilucidè: neque ſententiis ſolùm copioſe, ſed verbis etiam ornatiùs, quàm ſolent veſtri. Zenonem, quem Philo noſter [5] coryphaeum appellare Epicureorum ſolebat, cùm Athenis eſſem, audiebam frequenter, & quidem ipſo auctore Philone: credo, ut facilius judicarem, quam illa

Ibi fruſtrà fuit *D. Lambinus*, qui reſcripſit *quantum* fortiſſimo *viro*; nec ſatis erat cauſæ, cur *J. G. Gravius* ederet SAPIENTI *homini*; nam cuncti ferè Codd. alteram lectionem retinent. *Agellius* N. A. lib. xx. cap. 1. *Quædam iſthic eſſe animadvertuntur aut* obſcuriſſima *aut* dura. Innumera ſunt hujuſmodi tam apud Græcos quam apud Latinos Auctores; ſed unum duntaxat addam *Polyæni* locum, ut eum obiter emendem. Sic igitur ille lib. VII. Prooem. p. 605. "ΑΠΙΣΤΟΝ δὴ φυλακτήριον καὶ ἀνάλωτον ἔσω πρὸς αὐτοὺς ἀπιστία, quæ verba ſibi invicem vehementer repugnant; at legendum "ΑΡΙΣΤΟΝ δὴ φυλακτήριον καὶ 'ΑΝΑ'ΛΩΤΟΝ &c. *Iſ.* quidem *Caſaubonus* ſcopum conjecturis ſuis haud tetigit; nec mirum: cùm optimi quique Critici ſuos Manes patiantur. *Idem.*

5 Coryphæum *appellare Epicureorum ſolebat*] Κορυφαῖον eſt in vetuſtiſſimo, eodemque optimo libro: atque ita legendum puto. *Urſinus.*

 1 *Deli-*

illa benè refellerentur, cùm à principe Epicureorum accèpiſſem quemadmodum dicerentur. Non igitur ille, ut plerique; ſed iſto modo, ut tu, diſtinctè, graviter, ornatè. Sed quod in illo mihi uſu ſaepe venit, idem modo, cùm te audirem, acciderat, ut moleſte ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas, ſententias incidiſſe. Nec ego nunc ipſe aliquid adferam melius: ut enim modò dixi, omnibus ferè in rebus, & maxumè in phyſicis, quid non ſit, citiùs, quàm
22 quid ſit, dixerim. Roges me, quid, aut quale ſit Deus: auctore utar Simonide; de quo cùm quaeſiviſſet hoc idem tyrannus Hiero, [1] deliberandi ſibi unum diem poſtulavit: cùm idem ex eo

1 *Deliberandi ſibi unum diem poſtulavit*] Vulgò *deliberandi causâ*. Sed nos MSStorum *Elienſ. Reg. Med.* & *Lincoln.* fide nixi, vocem non neceſſariam delevimus. Eam certè prætermittunt boni commatis auctores. Adi ſis Interpretes ad *Salluſtii* Catil. cap. VI. *Silius* Italicus III, 424.

Lugendam formæ *ſine virginitate reliquit*
Pyrenen.

Idem lib. VI, 230.

Omnis anhelat
Attonitus ſerpentis *equus*;

Quem locum fruſtrà ſollicitat *Dan. Heinſius*. *A. Gellius* N. A. lib. X. cap. 18. *Molita quoque eſt ingenti impetu operis*, conſervandæ *mariti* memoriæ, *ſepulchrum* &c. Idem lib. XIX. cap. 9. *Canam dabat amicis ac magiſtris* --- celebrandæ lucis annuæ, *quam principium ſibi vita habuerat*. Hæc, quod volui, ſatis probant; nec plura in medium adducam, licet, apud *Tacitum* præ ceteris ac *Symmachum*, ſint obvia. *Tertullianus* autem id aliis adſcribit, quod noſter de Simonide tradit & Hierone. Sic Apol. cap. XLVI. *Quid enim Thales ille princeps Phyſicorum ſciſcitanti Cræſo de Divinitate certum renuntiavit, commeatus deliberandi ſæpe fruſtratus?* Et ad Nationes lib. II. cap. 2. *Thales Mileſius Cræſo ſciſcitanti, quid de Deis arbitraretur, poſt aliquot deliberandi commeatus nihil renuntiavit.* At cum *Cicerone* facit *Minucius Felix* Octav. cap. XIII. *Davies.*

2 *Tanto mihi* RES *videtur obſcurior*] Abſurdè *Janus Gruterus* ex tribus MSStis repoſuerat, SPES *videtur obſcurior*. Licet his accedat *Elienſ.* unus, tamen veterem lectionem reduxi, quam ipſe loci ſenſus, majorque librorum pars veram eſſe ſpondet. *Spes obſcurior* Latinè dici non poteſt, & qui talem verborum copulationem quærit, is *jungat vulpes & mulgeat hircos*. Idem.

3 *Cetera* quam *doctus*] *Ceteroqui*

Veneta

eo poſtridie quaereret, biduum petivit: cùm ſaepius duplicaret numerum dierum, admiranſque Hiero requireret, cur ita faceret: Quia, quanto, inquit, diutiùs conſidero, [a] tanto mihi res videtur obſcurior. Sed Simonidem arbitror (non enim poeta ſolùm ſuavis, verùm etiam [3] cetera quoque doctus ſapienſque traditur) quia multa venirent in mentem acuta atque ſubtilia, dubitantem, quid eorum eſſet veriſſimum, deſperaſſe omnem veritatem. Epicurus verò tuus (nam cum illo malo diſſerere, quàm tecum) [4] quid dicit, quod non modò philoſophia dignum ſit, ſed mediocri prudentia? Quaeritur primùm in ea quaeſtione, [5] quae eſt de natura Deorum, ſintne Dî, necne ſint. Difficile eſt negare:

Veneta exemplaria. Quo quidem & alibi *Ciceronem* volunt eſſe uſum, neque ego aliter ſentio. *Camerarius.*

Ibid. Cetera quoque *doctus*] Vulg. *ceteroqui doctus:* aſt ea vox huc non convenit, cùm vix adhibeatur, niſi ſi cum *μειώσει* quadam laudes homini tribuamus. Sic rectè dicitur, *hac in re ceſpitavit vir* ceteroquin *eruditus:* aut, *Mathematicis diſciplinis non eſt imbutus, vir* ceteroqui *doctiſſimus.* In aliis autem formulis ſecus accidit, ubi nihil reprehenſionis eſt admiſtum. Nos igitur eam ſecuti ſumus elegantiam, quam præſtabant *Reg.* & *Elienſ.* uterque. *Agellius* lib. IX. cap. 10. *Annaeus Cornutus homo ſanè* pleraque alia *non indoctus.* Ac lib. XIX. cap. 9. *Noſtras quoque* literas *haud incurioſè docti.* Non aliter *Horatius* & ex optimis alii. *Davies.*

4 *Quid* dicit *quod non modo*] Vel legendum *quid dixit:* vel paullò poſt *dignum ſit.* Lambinus.

Ibid. *Quod non modo philoſophia dignum* eſſet] *Sit* pro *eſſet* legendum ex antiquo libro. *Urſinus.*

Ibid. *Quid* dicit, *quod non modo philoſophia dignum* ſit] Vulg. *eſſet*, quod ex *Urſini* libro refinximus, ut etiam poſtulat Latinitas. *Jano Gulielmio*, reponenti *quid didicit*, haud aſſentior. Epicurus enim ſe magiſtrum habuiſſe nullum jactitabat, & de iis quos audierat contemtim loquebatur, nè quid unquam *didiciſſe* videretur. Vide cap. XXVI. & *Sextum Empiricum* adv. Mathem. init. Iſta igitur hariolario veri non eſt ſimilis; ſed eâ multo deterior habenda *Gruteri* παρεκδιόρθωσις, qui, expulſis duabus vocibus, legebat, *quid non modo philoſophia dignum eſſet;* hac enim ratione deeſt aliquid ſenſui complendo neceſſarium. *Davies.*

5 *Qua eſt de natura Deorum*] Haſce voces prætermittunt *Elienſ.* unus, & *Lincoln.* adeò ut pro Gloſſemate ſint habendæ, ſi modo illorum Codicum auctoritati pareamus. *Idem.*

negare: credo, ſi in concione quaeratur; ſed [1] in hujuſmodi ſermone, & in conſeſſu, facillimum. Itaque ego ipſe pontifex, qui caeremonias religioneſque publicas ſanctiſſimè tuendas arbitror, is hoc, quod primum eſt, eſſe Deos, perſuaderi mihi non opinione ſolùm, ſed etiam ad veritatem planè velim: multa enim occurrunt, quae conturbent, ut interdum nulli eſſe videantur. Sed vide, quàm tecum agam liberaliter: quae communia ſunt vobis cum ceteris philoſophis, non adtingam, ut hoc ipſum: placet enim omnibus ferè, mihique ipſi in primis, Deos eſſe: itaque non pugno: rationem tamen eam, quae à te adfertur, non ſatis firmam puto.
23 Quòd enim omnium gentium generumque hominibus ita videretur, id ſatis magnum eſſe argumentum dixiſti, cur eſſe Deos confiteremur. Quod cùm leve per ſe, tum etiam falſum eſt: primùm enim unde notae tibi ſunt opiniones natio-

1 *In* hujuſmodi *ſermone*] Sic leg, tum *Eliens. Med. Lincoln.* & *Reg.* vel *hujuſcemodi*, ut exhibet *Bonon.* 1494. *Lamb.* habet *ejuſcemodi*; vulg. *ejuſmodi*. Peſſime, contraque rem ipſam. *Dav.*

2 *Gentes ſic immanitate efferatas, ut apud eas nulla ſuſpicio Deorum ſit*] *Simplicius* in Epict. pag. 222. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες ---- κἂν ἄλλοι κατ' ἄλλας ἐννοίας, νομίζουσιν εἶναι Θεὸν πλὴν Ἀκροθοϊτῶν, οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἀθέους γινομένους ὑπὸ τῆς γῆς ἀθρόως καταποθῆναι. Hos Θῶας vocat *Porphyrius* de Abſtin. lib. II. §. 8. Simili tamen impietate etiamnum laborant aliæ quoque gentes, ſi recentioribus fides. Adi V. C. *Joan. Lockium.* de Intell. Humano, lib. I. cap. IV, 8. *Idem.*

3 *In principio libri* ſui *ſic poſuiſſet*] Vulgò vocem *ſui* neſciunt. At *Elienſ.* unus, *Lincoln.* & *Bonon.* 1494. *in principio libri* ſui *poſuiſſet.* Nos autem MStum *Med.* noſtræ lectionis fidejuſſorem damus. *Idem.*

4 *De Diis neque ut ſint, neque ut non ſint, habeo* dicere] *D. Lambinus* reſcripſit *ſcire*, quià, prout arbitror, Græcè dixit Protagoras, οὐκ ἔχω ΕΙ-ΔΕ'ΝΑΙ. Vide nos ad cap. XII. At verò nihil mutandum; nam *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 329. ejus verba ſic refert: Περὶ Θεῶν οὔτε εἰ εἰσὶν, οὔθ' ὁποῖοί τινές εἰσι, δύναμαι ΛΕΓΕΙΝ. *Theophilus* ad Autol. lib. III. pag. 210. Ed. Oxon, Πρωταγόρας ὁ Ἀβδη-

nationum? Equidem arbitror multas eſſe [2] gentes ſic inmanitate efferatas, ut apud eas nulla ſuſpicio Deorum ſit. Quid? Diagoras, atheos qui dictus eſt, poſteaque Theodorus, nonne apertè Deorum naturam ſuſtulerunt? nam Abderites quidem Protagoras, cujus à te modò mentio facta eſt, ſophiſtes temporibus illis vel maxumus, cùm [3] in principio libri ſui ſic poſuiſſet, [4] *De Divis neque ut ſint, neque ut non ſint, habeo dicere*, [5] Athenienſium juſſu, urbe atque agro eſt exterminatus, librique ejus in concione combuſti. Ex quo equidem exiſtumo, tardiores ad hanc ſententiam profitendam multos eſſe factos, quippe cùm poenam ne dubitatio quidem effugere potuiſſet. Quid de ſacrilegis, quid de inpiis perjuriſque dicemus?

—— *Tubulus ſi Lucius umquam,*
Si Lupus, aut Carbo, [6] aut Neptuni filius, ——

ut ait Lucilius, putaſſet eſſe Deos; tam perjurus,

ὁ Ἀβδηρίτης λέγων. εἴτε γὰρ εἰσὶ Θεοὶ ἐ δύναμαι περὶ αὐτῶν ΛΕΓΕΙΝ, οὔτε ὁποῖοί εἰσι, δηλῶσαι. Præterea veteres verbum verbo non ſemper reddebant, nec omnia ſunt ad amuſſim exigenda. *Idem.*

5 *Athenienſium juſſu*] Sic *Minucius Felix* Octav. cap. VIII. aliique. Vide *Menagium* ad Laertii IX, 52. Iis, quorum meminit, adde *Lactantium* de Ira Dei cap. IX. & *Libanium* Tom. II. Declam. XXIX. pag. 679. *Valerius Maximus* lib. I. cap. I, 7. extern. *Athenienſes* DIAGORAM *philoſophum pepulêrunt, quia ſcribere auſus fuerat, primum ignorare ſe an Dii eſſent: deinde ſi ſint, quales ſint.* Vel agnoſcendum eſt ſcriptoris illius ἁμάρτημα μνημονικὸν, vel reponendum *Protagoram philoſophum.* Idem.

6 Aut *Neptuni filius*] *Joſ. Scaliger* primam vocem delendam cenſuit, ut *Neptuni filius* eſſet Carbonis Epitheton. Hoc certe nomine ſævos & immanes homines denotari monet *Agellius* N. A. lib. XV. cap. 21. *Tzetzes* ad *Lycophronis* vſ. 156. Τὺς θυμικὺς ϰ ἀνδρείυς Ποσειδῶνος ϰαλῦσι παῖδας. Hinc Buſiris, Amycus & Antæus ξενοκτόνοι, Neptuno nati dicebantur. Vide *Sextum Empiricum* adv. Mathem. pag. 82. B. Nimirum οἱ παλαιοὶ ἔβλεπον εἰς τὴν ψυχὴν αὐτὴν ϰ τὰς πράξεις, ut in re ſimili loquitur *Julianus* Orat. II. pag. 82. Viro ſummo adſentitur *Fr. Douza* ad

rus, aut tam inpurus fuiſſet? Non eſt igitur tam explorata iſta ratio ad id, quod voltis, confirmandum, quàm videtur. Sed quia commune hoc eſt argumentum aliorum etiam philoſophorum, omittam hoc tempore: ad veſtra propria venire malo. Concedo eſſe Deos. Doce me igitur, unde ſint, ubi ſint, quales ſint corpore, animo, vita: haec enim ſcire deſidero. Abuteris ad omnia atomorum regno & licentia: [1]hinc, quodcunque in ſolum venit, ut dicitur, effingis atque efficis. [2]Quae primùm nullae ſunt: nihil eſt enim, quod vacet corpore: corporibus autem omnis obſidetur locus. Ita nul-
24 lum inane, nihil eſſe individuum poteſt. Haec ego nunc phyſicorum oracula fundo: vera, an falſa, neſcio; ſed [3]veri tamen ſimiliora, [4]quàm veſtra: iſta enim flagitia Democriti, ſive etiam antè

ad *Lucilii* Fragm. pag. cxi. nec vero abſimilis videtur conjectura. *Davies.*

1 *Hinc, quodcumque in* ſolum *venit* &c.] Quidam legendum putant, *quicquid in* ſolem *venit* &c. *Lambinus.*

Ibid. Hæc qui mutant, temerè faciunt. Vide *Manucium* ad Fam. lib. IX. Epiſt. 26. *Davies.*

2 *Quæ primum nulla ſunt: nihil enim eſt minimum* &c.] Hic locus non erat integer: prætermiſſa enim fuerant nonnulla à ſcriptore librario, quæ ſic reſtitui. *Quæ primum nulla ſunt*; nihil enim eſt minimum: deinde non eſt inane; *nihil enim eſt, quod vacet corpore* &c. Ita hoc totum, *nihil enim eſt minimum; deinde non eſt inane*, deſiderabatur; quo detracto, ſententia hujus loci inexplicabilis, atque obſcura. *Lambinus.*

Ibid. *Quæ primum nulla ſunt: nihil eſt* enim &c.] Locus hic malè ſe habet, nec tamen additamentis *Lambinianis* opus eſſe puto. Perparva mutatione lego, *quæ primum nulla ſunt. Nihil eſt* ETIAM *quod vacet corpore; corporibus autem* (vel *enim*, ut habet *Elienſ.* unus) *omnis obſidetur locus. Ita nullum inane, nihil eſſe individuum poteſt.* Ita niſi fallor rectè procedit oratio. *Davies.*

3 *Veri tamen ſimiliora*] *Elienſ.* uterque, *Reg. Med.* & *Bonon.* 1494. *veri ſimili tamen ſimiliora.* Non ineptè quidem. Vulgatam tamen lectionem retineo. *Idem.*

4 *Quam veſtra: iſta* enim *flagitia*] Non mala videtur Cl. *Walkeri* conjectura, qui legit *quam veſtra iſta, flagitia* Democriti

antè Leucippi, eſſe corpuſcula quaedam levia, [5] alia aſpera, rotunda alia, partim autem angulata, curvata quaedam & quaſi adunca: ex his effectum eſſe caelum atque terram, nulla cogente natura, ſed concurſu quodam fortuito. Hanc tu opinionem, C. Vellei, uſque ad hanc aetatem perduxiſti, priuſque te quis de omni vitae ſtatu quàm de iſta auctoritate dejecerit: ante enim judicaſti Epicureum te eſſe oportere quàm iſta cognoviſti. Ita neceſſe fuit aut haec flagitia concipere animo, aut ſuſceptae philoſophiae nomen amittere. [6] Quid enim mereas, ut Epicureus eſſe deſinas? Nihil equidem, inquis, ut rationem vitae beatae veritatemque deſeram. Iſta igitur eſt veritas? Nam de vita beata nihil repugno; quam tu ne in Deo quidem eſſe cenſes, niſi planè otio langueat. Sed ubi eſt veritas?

Democriti. Forſan autem reponi poſſit, *quam veſtra: iſta* inquam *flagitia* &c. *Idem.*

5 *Alia aſpera, alia rotunda, alia autem partim angulata &* pyramidata, *quadam curvata, & quadam quaſi adunca*] Ita legitur hic locus in MSStis, cùm in vulgatis deſit vox *pyramidata.* Urſinus.

Ibid. Curvata *quadam & quaſi adunca*] *Pal.* pr. & *Elienſ.* unus *firmata:* ſec. *hamata*; tert. & *Med.* *pyramata*; Cantabr. & *Lincoln.* *piramidata*; *Reg.* à prima manu *imparamata.* Leg. *inſuper hamata quadam, & quaſi adunca.* *Plutarchus* quidem de Placit. Philoſ. lib. I. cap. 3. affirmat, Epicurum negaſſe χήματα τῶν ἀτόμων εἶναι ἀγκιστροειδῆ, ſed eum refellunt multa veterum loca. Noſter Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 38. *Nec ut ille qui aſperis & levibus &* HAMATIS uncinatiſque *corporibus concreta hac eſſe dicat, interjecto inani.* Apud *Lactantium* Div. Inſtit. lib. III. cap. 17. Epicurus ipſe ſic ait: *Ita & hac ipſa primordia; nam ſunt aſpera, ſunt* HAMATA, *ſunt levia.* Vide & de Ira Dei cap. X. ac *Lucretium* lib. II, 394, 405, 445. *Davies.*

6 *Quid enim mereas, ut Epicureus* &c] Id eſt, quam mercedem, aut quod pretium tibi perſolvi velis, ut Epicureus eſſe deſinas? Quæ merces, aut quod præmium te adducere poſſit, ut ab Epicurea ſectâ deſciſcas? Sic ſæpe alibi loquitur *M. Tullius.* Sed de hoc genere loquendi nos plura in commentariis *Plautinis.* Lambinus.

tas? [1] In mundis, cedo, innumerabilibus, omnibus minimis temporum punctis, aliis naſcentibus, aliis cadentibus: an in individuis corpuſculis, tam praeclara opera, nulla moderante natura, nulla ratione, fingentibus? Sed oblitus liberalitatis meae, qua tecum paullo antè uti coeperam, plura complector. Concedam igitur, ex individuis conſtare omnia. Quid ad rem? Deorum enim natura quaeritur. Sint ſanè ex atomis: non igitur aeterni: quia enim ex atomis ſit, [2] id natum aliquando ſit. Si natum, nulli Dî antè, quàm nati: & ſi ortus eſt Deorum interitus ſit neceſſe eſt, ut tu paullo antè de Platonis mundo diſputabas. Ubi igitur illud veſtrum beatum & aeternum? quibus duobus verbis ſignificatis Deum. [3] Quod cùm efficere voltis, in dumeta conrepitis. Ita enim dicebas, non

1 *In mundis*, cedo, *innumerabilibus*] Vulg. *credo*, nec aliter, quantum conſtat, omnes MSSti, niſi quod vocem omnino prætermittat *Reg.* à prima manu. Lectioni tamen receptæ nullus eſt locus; non enim hæc εἰρωνικῶς, at ἐρωτηματικῶς proferuntur. Nos igitur conjecturam noſtram è re ipſa natam admittere non dubitavimus. *Terentius* Andr. Act. IV. Sc. III, 15. *Nova nunc religio in te iſthac inceſſit*, cedo? Iterum Sc. IV, 24. CEDO, *cujum puerum hic appoſuiſti?* Ubi *Donatus* hoc modo: CEDO *idem ſignificat, quod dic, & da mihi. Hieronymus* ad Ageruchiam de Monogamia pag. 96. Ed. Victor, *Quem acceptura virum*, cedo? *Fugiturum an pugnaturum. Sulpicius* ad Ciceronem de Tulliæ obitu Fam. lib. IV. Epiſt. 5. *An illius vicem*, CREDO, *doles?* Repone *cedo, doles?* ut loci ſenſus flagitat. Porro leniſſima hac medicina factum eſt, ut in ſeqq. nihil opus ſit reponere, AUT *in individuis corpuſculis*, quod *D. Lambinus* erat auſus. *Davies.*

2 *Id natum aliquando ſit*, neceſſe eſt] Sic omninò legendum eſt; nam niſi hæ duæ voces, *neceſſe eſt*, addantur, mutila & lacera oratio eſt. Quod quibus aliter videtur, non ſolum hoſpites in lingua Latina ſint, verum etiam judicio careant neceſſe eſt. Hoc dico, ſi tueamur hanc ſcripturam uſu receptam, & quæ in omnibus Codicibus reperitur, *id aliquando natum ſit*. Nam ſi eam immutare vellemus, & ita legere, *id aliquando* EST, fateor his duabus vocibus adjectis opus non fore. *Lambinus.*

Ibid. Quia *enim ex Atomis* ſit, *id natum*

non corpus eſſe in Deo, ſed quaſi corpus; nec ſanguinem, ſed tanquam ſanguinem. Hoc per- 25
ſaepe facitis, ut, cùm aliquid non veri ſimile dicatis, & effugere reprehenſionem velitis, [4] adferatis aliquid, quod omnino ne fieri quidem poſſit: ut ſatius fuerit illud ipſum, de quo ambigebatur, concedere, quàm tam inpudenter reſiſtere. Velut Epicurus, cùm videret, ſi atomi ferrentur in locum inferiorem ſuopte pondere, nihil fore in noſtra poteſtate, quòd eſſet earum motus certus & neceſſarius; invenit quo modo neceſſitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat. Ait atomum, cùm pondere & gravitate [5] directà deorſus feratur, declinare paullulum. Hoc dicere turpius eſt, quàm illud, quod volt, non poſſe defendere. [6] Idem facit contra dialecticos: à quibus cùm traditum ſit, in omnibus

natum aliquando ſit. Si natum] Emendationem *Lambinianam* non probo, nec tamen ſana videtur recepta lectio. *Reg.* & *Elienſ.* unus, QUOD *enim ex Atomis ſit*, & ita vetuſtiores editi. Lego, QUOD *enim ex Atomis* FIT, *id natum aliquando.* SED *ſi natum.* SET, ut notum, ſcripſère veteres, unde factum SIT. Quod ſi hæc ratio, licet facillima, non placeat, ſcriberem, *quod enim ex Atomis, id natum aliquando. Si natum*; expulſis vocibus ſuperfluis, quarum primam omittunt *Pall.* pr. & ſec. Eadem *Grutero* mens, excepto quod ille perperam, *quia ex Atomis.* Davies.

3 *Quod cum efficere vultis*] Beatum ſcilicet illud & æternum: nam mihi non audiendus videtur eruditus ille vir, qui notis in *Juſtini* Dial. cum Tryphone p. 269. reponit *effugere*. Id.

4 Afferatis *aliquid*] Sic leg. cum MStis *Reg. Lincoln. Med.* & vetuſtioribus editis; non *efferatis*, ut vulg. *Idem.*

5 *Directà deorſus*] Vulg. *directo deorſum.* Sed a lectione, quam recepimus, ſtat MSStorum chorus, nec video cur eorum omnium fides ſit negligenda. Certè tam hæc, quam illa terminatio Analogiæ eſt conſentanea; id quod alia vocabula ex *adverbio* VERSUS compoſita demonſtrant. Sic *prorſus, rurſus, retrorſus* dicitur, non minus quam *prorſum, rurſum, retrorſum.* Rem ipſam tractat *Lucretius* II, 251. quem vide. *Idem.*

6 *Idem facit contra Dialecticos--veri nuntios dixit eſſe*] Vide noſtrum Acad. Quæſt. lib. IV. cáp. 30, 32. *Idem.*

1 *Nihil*

nibus disjunctionibus, in quibus *aut etiam aut non* poneretur, alterutrum verum eſſe; pertimuit, ne, ſi conceſſum eſſet hujuſmodi aliquid *Aut vivet cras aut non vivet Epicurus*, alterutrum fieret neceſſarium; totum hoc *aut etiam aut non* negavit eſſe neceſſarium. Quo quid dici poteſt obtuſius? Urgebat Arceſilas Zenonem, cùm ipſe falſa omnia diceret, quae ſenſibus viderentur: Zenon autem nonnulla viſa eſſe falſa, non omnia. Timuit Epicurus, ne, ſi unum viſum eſſet falſum, nullum eſſet verum; omnes ſenſus veri nuntios dixit eſſe. [1] Nihil horum, niſi calidè: graviorem enim plagam accipiebat, ut leviorem repelleret. Idem facit in natura Deorum: dum individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus & diſſipatio conſequatur, negat

1 *Nihil horum, niſi* calide] Major pars MSStorum habet *valdè*. Vulg. & *Pal.* ſec. *callide*. Sed res ipſa, quæ libris omnibus potior eſt, ita legendum docet, ut edidimus. Nam *calidum* eſt inconſultum, uti teſtatur *Nonius* cap. IV. *Cicero* Offic. lib. I. cap. 24. *Quibus periculoſa & calida conſilia, quietis cogitationibus & ſplendidiora & majora videantur.* *Terentius* Eunuch. Act. II. Sc. III, 88. *Vide, nè nimium* çalidum *hoc ſit modo.* *Agellius* N. A. lib. VII. cap. 3. *Epiſtolam conſcripſit ad Q. Axium--confidenter & nimis* calidè. *Livius* XXII, 24. *Agitabanturque pro ingenio Ducis conſilia* calidiora. Sic θερμὸν Græcis eſt ἄζηλον. *Ariſtophanes* Pluto vſ. 415. Ὦ ΘΕΡΜΟ'Ν ἔργον, κἀνόσιον καὶ παράνομον. *Amphis* apud *Athenaeum* lib. X. pag. 448.

——Δρᾶ τὶ καὶ νεανικὸν

Καὶ ΘΕΡΜΟ'Ν.

Vide & *Ælianum* V. H. VII, 8. Hinc θερμουργότατος opponitur πραγμονικός apud *Xenophontem* Memor. lib. I. Cap. III, 9. Plura ſuppeditabit *Dan. Feſſelius* Adverſ. Sacror. lib. II. cap. 22. *Davies.*

2 *Non rideat haruſpex, cùm haruſpicem viderit*] Hoc Catonis Cenſorii fuit dictum, ut liquet ex lib. II. de Divin. cap. 24. *Idem.*

3 *In* cereis *fingeretur aut fictilibus figuris*] Sic editt. *Aldina*, quod ampliſſ. *Boherio* mihique placet. Vulgo *ceris.* *Idem.*

4 *Quod & non prædicanti tam facile quidem credam, ſicut*] TAM & SICUT particulæ non ſunt ſibi invicem reſpondentes; itaque & locutione magis uſitata, & ſenſu aliquantò aptiore legetur: *quod & non prædicanti*, tamen *facile quidem* crederem

gat eſſe corpus Deorum, ſed tanquam corpus; nec ſanguinem, ſed tanquam ſanguinem. Mirabile 26
videtur, quòd [2] non rideat haruſpex, cùm haruſpicem viderit: hoc mirabilius, quòd vos inter vos riſum tenere poſſitis. Non eſt corpus, ſed quaſi corpus. Hoc intelligerem quale eſſet, ſi id in [3] cereis fingeretur aut fictilibus figuris: in Deo quid ſit quaſi corpus, aut quaſi ſanguis, intelligere non poſſum: ne tu quidem, Vellei: ſed non vis fateri. Iſta enim à vobis quaſi dictata redduntur, quae Epicurus oſcitans alucinatus eſt; cùm quidem gloriaretur, ut videmus in ſcriptis, ſe magiſtrum habuiſſe nullum: [4] quod & non praedicanti tamen facilè quidem crederem; ſicut [5] mali aedificii domino glorianti, ſe architectum non habuiſſe. [6] Nihil enim floret ex Academia, [7] nihil nè ex

rem, *ſicut mali ædificii* &c. quam lectionem habet *Maffai* liber MStus. *P. Manucius.*

Ibid. *Quod & non prædicanti*, tamen *facile equidem credam*] Sic eſt legendum, & ita olim edidi, ſecutus non tam *Manucii* auctoritatem, quam tamen plurimi facio, præſertim teſtimonio ſcripturæ veteris adjutam; quam tres libros MSStos, quibus olim uſus ſum, quoſque, tanquam mihi diffidens, denuo hodie conſului. Accedit ratio, quæ mihi libris omnibus pluris eſt. *Lambinus.*

5 *Mali ædificii* Domino] *Pal.* pr. habet *domo*, eamque lectionem non uſquequaque abſurdam judicat *Gruterus.* An igitur *domus* gloriari ſolet? Si ita ſe res haberet, *δόμοις λεγωδίειν* non tam eſſet ridiculum, quam cenſuit Heraclitus apud *Clementem* Protr. pag. 15. Vide & *Origenem* contrà Celſum lib. I. pag. 6. & lib. VII. pag. 373. Talis fortaſſe fictio in Æſopicis fabulis ferri poſſet, ubi *arbores loquuntur, non tantum feræ*; ſed in libro philoſophico inepta prorſus eſt & inſubida. *Davies.*

6 *Nihil enim* FLORET *ex Academia*] Vulgò *nihil enim* OLET *ex Academia.* Sed *Reg.* noſter, *Elienſ.* uterque, *Med.* & *Lincoln.* dant FLORET *ex Academia*; eamque lectionem recepi, cum recta videretur. *Cicero* Partit. Orat. cap. XL. *Expoſitæ ſunt tibi omnes oratoriæ partitiones, quæ quidem è media illa noſtra Academia* floruêrunt. *Idem.*

7 *Nihil nè ex Lyceo, nihil nè è puerilibus quidem diſciplinis*] Sic MSS. *Reg. Med. Lincoln.* & alii: nam vulgò ſecundam voculam prætermittunt. *Pueriles* autem *diſciplinas* Cicero vocat

ex Lyceo, nihil ne è puerilibus quidem diſciplinis. Xenocraten audire potuit: quem virum? Dî inmortales! & ſunt qui putent audiſſe: ipſe non volt: credo plus nemini. Pamphilum quendam, Platonis auditorem, ait à ſe Sami auditum: ibi enim aduleſcens habitabat cum patre & fratribus, quòd in eam pater ejus Neocles [1] agripeta venerat. Sed, cùm agellus eum non ſatis aleret, ut opinor, ludi magiſter fuit. [2] Sed hunc Platonicum mirificè contemnit Epicurus: ita metuit, ne quid umquam didiciſſe videatur. In Nauſiphane Democriteo tenetur: quem cùm à ſe non neget auditum, [3] vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui ſi haec Democritea non audiſſet, quid audierat? quid enim in phyſicis Epicuri non à Democrito? nam etſi quaedam commutavit, ut, quod paullo antè de

cat eas, quæ paſſim *liberales* nuncupantur; quòd iis primis inſtituerentur ingenui. Vide ſis *Joan. Wowerium* Polymathiæ cap. III. pag. 24. *Davies.*

1 *Agripeta venerat*] Eadem voce utitur noſter lib. XV. ad Attic. Ep. 29. Nihil autem aliud quam colonum denotat, qui Græcis κληροῦχος. Vide V. C. *Ez. Spanhemium* ad *Juliani* Orat. I. p. 187. Hiſtoriam habent *Strabo* lib. XIV. pag. 946. Ed. Amſtel. & *Diogenes Laertius* lib. X. §. 1. *Idem.*

2 *Sed hunc* Platonicum *mirificè contemnit Epicurus*] *Sed hunc & Platonem* habent libri manu ſcripti. *Urſin. Ibid.* MSS. etiam *Elienſ.* & *Lincoln.* dat *hunc Platonem.* Sed inepte. *Suidas* in Ἐπίκουρος. Ἀκούσας δὲ Ναυσιφάνους τοῦ Δημοκριτείου, καὶ Παμφίλου τοῦ Πλάτωνος μαθητοῦ. Lege Παμφίλου. Davies.

3 *Vexat tamen omnibus contumeliis*] Timocrates apud *Diogenem Laertium* lib. X. §. 8. ΠΛΕΥΜΟΝΑ τε αὐτὸν (Ναυσιφάνην) ἐκάλει (Ἐπίκουρος) καὶ ἀγράμματον, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ πόρνον. Vide *Sextum Empiricum* adv. Mathem. lib. I. init. & *Heſychium Illuſtrium* pag. 29. Pulmo ſcilicet, ut id obiter dicam, eſt animal marinum ſenſu propè deſtitutum: unde Proverbium ἀπνεύμονος βίον ζῆν. Vide *Athenæum* lib. III. pag. 97. & *D. Petavium* ad *Syneſii* de Regn. pag. 14. *Idem.*

4 *Iſtud quaſi corpus & quaſi ſanguinem, quid* SIT, *intelligis*] Vulg. *quid intelligis.* Sed vocem orationi neceſſariam ex *Elienſ.* & *Bonon.* 1494. adſumſimus. Licet autem ſimilium loca-

de inclinatione atomorum dixi; tamen pleraque dicit eadem; atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundorum, eorum ortus, interitus, omnia ferè, quibus naturae ratio continetur. Nunc [4] iſtud quaſi corpus, & quaſi ſanguinem, quid ſit, intelligis? Ego enim te ſcire iſta meliùs, quàm me, non fateor ſolum, ſed etiam facilè patior. Cùm quidem ſemel dicta ſunt, quid eſt quod Velleius intelligere poſſit, Cotta non poſſit? Itaque corpus quid ſit, ſanguis quid ſit, intelligo: quaſi corpus, & quaſi ſanguis quid ſit, nullo prorſus modo intelligo. Neque tu me celas, ut Pythagoras ſolebat alienos: nec conſultò dicis occultè, tamquam Heraclitus: ſed (quod inter nos liceat) ne tu quidem intelligis. Illud video 27
pugnare te, ſpecies ut quaedam ſit Deorum, quae

locutionum exempla congeſſerint *Fr. Sanctius* Min. lib. IV. cap. XII. pag. 730. *J. Fr. Gronovius* ad *Senecæ* de Benef. lib. IV. cap. 32. & noviſſimè *Lud. Kuſterus* ad *Ariſtophanis* Plutum vſ. 55. nos tamen, alienis non admiſtis, nec eorum ſcriniis compilatis, hanc φράσιν illuſtrabimus. *Varro* RR. lib. II. cap. 5. *Armentarium meum, crebro ut aliquid legat, curo.* Idem lib. III. cap. 16. *Alii aquam mulſam, in vaſculis propè ut ſit, curant.* *Livius* lib. XXXI. cap. 27. *Hic metus Codrionem --- ſine certamine ut dederetur Romanis, effecit.* *Ovidius* lib. IV. ex Ponto Epiſt. VIII, 19.

Sive velis, qui ſint, mores inquirere noſtros.

Agellius ex *P. Africano* lib. VII. cap. 12. EUMNE *quiſquam dubitet, quin idem fecerit, quod Cinædi facere ſolent.* Idem lib. XIII. cap. 16. *Qui* Praxitelem, *quid fuerit ---- cognoverit.* Ac ejuſdem libri cap. 19. *Etiamſi* hunc M. Catonem ---- *quis fuerit, ignoras.* Vide & lib. XIV. cap. 2. Hac in re Græci Romanis præivêre. *Sophocles* Aj. Flag. vſ. 18. Ὁρᾷς, Ὀδυσσεῦ, τὴν θεῶν ἰσχὺν, ὅση; Idem Electra vſ. 954. Παρουσίαν μὲν οἶσθα καὶ σύ που φίλων, Ὡς οὔτις ἡμῖν ἐστίν. Vide & *Euripidem* Oreſt. vſ. 1556. & Phœniſſ. vſ. 35. *Polyænus* Strat. lib. VIII. c. 8. Τὸν βασιλέα τῶν Πορσινᾶν οὐκ εἰδὼς, ὅστις ἦν. *Lucianus* Jov. Trag. Tom. II. pag. 128. Ἀγνοεῖν ἡμᾶς νομίζεις τὴν αἰτίαν τῆς λύπης, ἥτις ἐστί σοι. Nè tædio ſim, adi modo *Julianum* Orat. VI. pag. 189. & Orat. VII. pag. 211. *Idem.*

quae nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis, ſitque pura, levis, perlucida. Dicemus ergo idem, quod [1] in Venere Coa: corpus illud non eſt, ſed [2] ſimile corporis; nec ille fuſus & candore mixtus rubor, ſanguis eſt, ſed quaedam ſanguinis ſimilitudo: ſic in Epicureo Deo non res, ſed ſimilitudines rerum eſſe. Fac id, quod ne intelligi quidem poteſt, mihi eſſe perſuaſum: cedò mihi iſtorum adumbratorum Deorum lineamenta atque formas. Non deeſt hoc loco copia rationum, quibus docere velitis, humanas eſſe formas Deorum: primùm quòd ita ſit informatum anticipatumque mentibus noſtris, ut homini, [3] cùm de Deo cogitet, forma occurrat humana: deinde, ut, quoniam rebus omnibus excellat natura divina, forma quoque eſſe pulcherrima debeat; nec eſſe humana ullam pulchriorem. Tertiam rationem adfertis, quòd nulla in

1 *In Venere* Coa] Ultima vox in *Elienſium* uno non viſitur; at ei ſpatium vacuum reliquit MSti *Regii* Librarius, quod imperitè prorſus explevit manus ſecunda: illic enim *quod* adjicitur, nec aliam lectionem repræſentant *Med.* & *Cantab.* *Coa Venus* celebratiſſimum fuit Apellis opus. Vide *noſtrum* Offic. lib. III. cap. 2. Fam. lib. I. Epiſt. 9. & *Plinium* H. N. lib. XXXV. cap. 10. *Davies.*

2 *Simile corporis*] Vulgo *corpori.* Nos *Reg.* & *Med.* ſequimur; & *Cicero* plerumque *caſum*, quem dedimus, adhibet. *Idem.*

3 *Cum* de Deo *cogitet*] *Elienſ.* uterque & *Lincoln.* dant, *cum* Deum *cogitet*; quæ quidem recta eſt loquendi ratio, &, ut videtur, in hunc locum reducenda. Vide *Auguſtinum* Epiſt. CXVIII. n. 27. *Idem.*

4 *Nullo modo probabilem. Omnium quis*] Vocem penultimam omittunt *Manucius* & *Lambinus.* Vulg. *nullo modo probabilem omnium. Quis* &c. Sed nos ex re ipſa, *Med.* & *Bonon.* 1494. diſtinctionem mutavimus, forte tamen, ut mavult vir doctiſſimus *Joan. Clericus*, tranſpoſitis vocibus, reponendum, *nullo modo probabilem. Quis omnium* &c. *Salluſtius* Jug. cap. IV. Quis eſt omnium *his moribus, quin divitiis & ſumptibus, non probitate neque induſtria,*

cum

in alia figura domicilium mentis eſſe poſſit. Primum igitur quidque conſideremus quale ſit: adripere enim mihi videmini quaſi veſtro jure rem 4 nullo modo probabilem. Omnium quis tam caecus in contemplandis rebus umquam fuit, ut non videret ſpecies iſtas hominum conlatas in Deos aut conſilio quodam ſapientum, quo faciliùs animos inperitorum ad Deorum cultum à vitae pravitate converterent; aut ſuperſtitione, ut eſſent ſimulacra, quae venerantes, Deos ipſos ſe adire crederent? Auxerunt autem haec eadem poetae, pictores, opifices: 5 erat enim non facile, agentis aliquid & molientis Deos in aliarum formarum imitatione ſervare. Acceſſit etiam iſta opinio fortaſſe, quòd homini homine pulchrius nihil videatur. Sed tu hoc, physice, non vides, quàm blanda conciliatrix & quaſi ſui ſit lena natura? 6 An putas ullam eſſe terra marique beluam, quae non ſui generis belua

cum majoribus ſuis contendat? Cicero pro Cluentio cap. xx. Quis *tum erat* omnium, *qui Scamandro condemnato, non judicium Oppianico factum eſſe arbitraretur?* Et in Orat. cap. 51. Quis omnium *doctior*, *quis acutior* --- *Ariſtotele fuit? Julianus* Orat. I. pag. 45. ΤΙ'Σ γὰρ ἀγνοεῖ τῶν ἉΠΑ'ΝΤΩΝ, τοσαύτην ἐκ παίδων τῆς ἀρετῆς ταύτης ἐπιμέλειαν ἐσχηκότα &c. Vide ſis & *Demoſthenem* apud *Stobaeum* Serm. CXIX. pag. 603. *Idem.*

5 *Erat enim* non *facile*] *Pal.* ſec. particulam negantem prætermittit, quapropter eam *Ciceronis* non eſſe ſtatuit *Gruterus.* Prorſus quidem abſone; nam, nè plura memorem, cùm Jovem fulmine, Neptunum tridente, Deos alios aliis armis decorarent pictores fictoreſque, capi non poteſt, quomodo ſuis propriis utantur inſtrumentis, niſi ſi forma iis concedatur humana. Vide *Plutarchum* de Superſtit. Tom. II. pag. 167. D. & *Clementem* Protrept. pag. 17. *Idem.*

6 *An putas ullam eſſe terra marique beluam, qua non ſui generis belua maxime delectetur*] Hanc in rem ſic *Epicharmus* apud *Diogenem Laertium* lib. III. §. 16.

Θαυμαστὸν οὐδὲν ἐστί με ταῦθ' οὕτω λέγειν
Καὶ ἀνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν
Καλῶς πεφυκέναι· καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ
Κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ,
Ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστον ἐστίν, ὗς δ' ὑί.

Idem.

ſua maxumè delectetur? quod ni ita eſſet, cur non geſtiret taurus equae contrectatione, equus vaccae? An tu aquilam, aut leonem, aut delphinum ullam anteferre cenſes figuram ſuae? Quid igitur mirum, ſi hoc eodem modo homini natura praeſcripſit, ut nihil pulchrius, quàm hominem putaret; [1] eam eſſe cauſſam, cur Deos hominum ſimiles putaremus? Quid? cenſes, ſi ratio eſſet in beluis, non ſuo quaſque
28 generi plurimùm tributuras fuiſſe? At me hercule ego (dicam enim, ut ſentio) quamvis amem ipſe me, tamen non audeo dicere, pulchriorem eſſe me, quàm ille fuerit taurus, qui vexit Europam. Non enim hoc loco de ingeniis, aut de orationibus noſtris, ſed de ſpecie figuraque quaeritur. [2] Quòd ſi fingere nobis & jungere formas velimus; qualis ille maritumus Triton pingitur [3] natantibus invehens beluis

adjunctis

1 *Eam eſſe cauſſam, cur Deos hominum ſimiles* putaremus] Lego *putemus* cum *Victor.* & *Elienſ.* uno. Hùc autem egregiè faciunt verſus *Xenophanis* Colophonii, quos laudat *Clemens* Alexandrinus Strom lib. V. pag. 256.

> Ἀλλ' εἴτοι χεῖράς τ' εἶχον βόες ἠὲ λέοντες,
> Ἢ γράψαι χείρεσσι, καὶ ἔργα τελεῖν, ἅπερ ἄνδρες,
> Ἵπποι μέν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοίας
> Καί κε Θεῶν ἰδέας ἔγραφον, καὶ σώματ' ἐποίουν
> Τοιαῦθ', οἷόν περ καὐτοὶ δέμας εἶχον ὅμοιον.

Leguntùr etiam apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. XIII. cap. XIII. pag. 679. & *Theodoretum* Therap. III. pag. 49. *Davies.*

2 *Quod ſi* fingere *nobis*] Ἀφομοιοῦν Græci dicunt. *Ariſtoteles* lib. I. Polit. Ὥσπερ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἈΦΟΜΟΙΟΥ͂ΣΙΝ οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ τοὺς βίους τῶν Θεῶν &c. *Urſinus.*

3 *Natantibus* invehens *beluis*] Putavi aliquando aliquid hoc loco ſubeſſe mendi in participio *invehens*, & legendum, vel *natantibus* invectus *beluis*, vel, *natantibus* inſidens *beluis*. Sed librorum omnium veterum conſenſus extorſit mihi, ut nihil mutandum exiſtimem. Sic *Corn. Nepos* in Timotheo. *Idem claſſi præfectus, circumvehens Peloponneſum, Laconicam populatus, claſſem eorum fugavit.* Lambinus.

Ibid.

adjunctis humano corpori, nolis eſſe? Difficili in loco verſor. Eſt enim vis tanta naturae, ut homo nemo velit niſi hominis ſimilis eſſe. Et quidem formica formicae. Sed tamen cujus hominis? [4] quotus enim quiſque formoſus eſt? Athenis cùm eſſem, è gregibus epheborum vix ſinguli reperiebantur. Video, quid adriſeris; ſed tamen ita ſe res habet. Deinde nobis, qui, concedentibus philoſophis antiquis, adulescentulis delectamur, etiam vitia ſaepe jucúnda ſunt. Naevus in articulò pueri delectat Alcaeum. At eſt corporis macula, naevus: illi tamen hoc lumen videbatur. Q. Catulus, hujus collegae & familiaris noſtri pater, dilexit municipem tuum Roſcium; in quem etiam illud eſt ejus:

Conſtiteram, [5] exorientem Auroram fortè ſalutans,
Cum ſubitò à laeva Roſcius exoritur.

Pace

Ibid. *Qualis ille maritimus Triton pingitur natantibus* invehens *beluis*] In hiſce verbis aliquid videtur Poeticum; crediderim igitur imperfectum veteris Poëtæ trochaïcum hic latere;

------*Maritumus Triton natantibus invehens*
Beluis.

A *Cicerone* reliqua propter orationis connexionem intermixta cenſeo. INVEHENS idem valet ac *invectus*. Noſter in Bruto cap. 97. *Adoleſcentia per medias laudes quaſi quadrigis vehens.* *Apuleius* Metam. lib. I. init. *Equo indigena peralbo* vehens. Similiter *equo vehentem* dixit *Agellius* N. A. lib. V. cap. 6. Tritonis deſcriptionem ſuppeditabit *Apollonius* Rhodius lib. IV, 1610, ſeqq. *Davies.*

4 *Quotus enim quiſque formoſus eſt*] *Eliens.* uterque, *Lincoln.* & *Bonon.* 1494. *quotus* tibi *quiſque formoſus eſt.* Quod ſi hæc præferatur lectio, Cotta Velleium alloqui cenſendus eſt. *Idem.*

5 *Exorientem Auroram*] Hoc in loco *Aurora* ſolem denotat. *Virgilius* Æn. VI, 535.

Hac vice ſermonum roſeis Aurora *quadrigis*
Jam medium ætherio curſu trajecerat axem.

Ubi *Donatus*, tradente *Servio*, *dicit Auroram cum quadrigis poſitam, ſolem ſignificare.* Certè cùm Tithoni conjux intelligitur, aiunt

---*Roſeis* AURORAM *ſurgere* BIGIS.

Pace mihi liceat, caeleſtes, dicere veſtra,
[1] *Mortalis viſu'ſt pulchrior eſſe Deo.*

[2] Huic, Deo pulchrior: at erat, ſicut hodie eſt, perverſiſſimis oculis. Quid refert? ſi hoc ipſum
29 ſalſum illi & venuſtum videbatur. Redeo ad Deos. [3] Ecquos ſi non tam ſtrabones, at paetulos eſſe arbitramur? ecquos naevum habere? ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quae ſunt in nobis? an omnia emendata in illis? Detur id vobis. Num etiam una eſt omnium facies? nam ſi plures; aliam eſſe alia pulchriorem neceſſe eſt: igitur aliquis non pulcherrimus Deus. Si una omnium facies eſt, [4] florere in

ut loquitur *Valerius Flaccus* Argon. lib. II, 26. Idem lib. I, 283.

Septem Aurora *dies, totidemque peregerat umbras*
Luna.

Ibi *dies* lego cum nonnullis Codd. non *vias*, ut alii; aut *vices*, ut *Nic. Heinſius.* Quomodocunque verò hac de re ſtatuatur, Auroram, nil niſi ſolem ſignificare poſſe, cenſeo, cùm Lunæ hic opponatur. *Chalcidius* in *Platonis* Timæum §. LXX. *Ortus dicitur -----primus ſplendor Solis invehentis diem. Hunc Poëtæ jubar, & interdum* AURORAM *cognominant.* Ἠὼς etiam ſimilitèr à Græcis adhibetur. *Muſæus* vſ. 110.

Φέγγος ἀναστείλασα κατήϊεν εἰς δύσιν
ἨΩ'Σ.

Ac iterum vſ. 287.

---- Ἀμφότεροι δὴ
Πολλάκις ἠρήσαντο κατελθέμεν εἰς δύσιν
ἨΩ͂.

Callimachus de templo Epheſio Hymn. in Dianam vſ. 249.

---Τῶν οὔτι θειότερον ὄψεται ἨΩ'Σ
Οὐδ' ἀφνειότερον.

Vide & *Theocritum* Idyll. II, 148. Non autem mirum, *ſolem exorientem* à Roſcio ſalutatum, cum ſol Ἀπόλλων φιλήτης diceretur, *quod lumen ejus exoriens amabile amiciſſima veneratione conſalutamus*, ut ait *Macrobius* Saturn. lib. I. cap. 17. *Epictetus* in ſententiis ex *Stobæo* collectis §. 83. Ὁ Ἥλιος οὐ περιμένει λιτὰς καὶ γοητείας, ἵνα ἀνατείλῃ, ἀλλ' εὐθὺς λάμπει καὶ πρὸς ἁπάντων ἀσπάζεται. De Pythagoreorum more teſtis eſt *Iamblichus* vit. Pythag. §. 256. & apud omnes ferè gentes eadem valuit conſuetudo. *Davies.*

1 *Mortalis viſus*] *Viſuſt* habet MStus liber, quod placet. *Urſinus.*

Ibid. *Mortalis* viſu'ſt] Vulg. *viſus*; ſed, cùm *Bonon.* 1494. habuerit *viſus eſt*; legendum credidi *viſu' ſt* pro more veteri; nec aliter *Urſini* Codex, cui ſum obſecutus. *Davies.*

2 *Huic, pulchrior Deo?*] Concinnior erit ſententia, ſi legatur: *Hui, pulchrior Deo?* P. Manucius.

Ibid. *Huic pulchrior Deo*] Aſſenſus *Manutio*, qui ex *huic* conjecit legendum

in caelo Academiam neceſſe eſt. Si enim nihil inter Deum & Deum differt; nulla eſt apud Deos cognitio, nulla perceptio. Quid ſi etiam, Vellei, falſum illud omnino eſt, nullam aliam nobis de Deo cogitantibus ſpeciem, niſi hominis, occurrere? tamenne iſta tam abſurda defendes? [5] Nobis fortaſſe ſic occurrit, ut dicis: Jovem, Junonem, Minervam, Neptunum, Volcanum, Apollinem, reliquos Deos, ea facie novimus, qua pictores fictoreſque voluerunt: neque ſolùm facie, ſed etiam ornatu, [6] aetate, veſtitu: at non Aegyptii, nec Syri, nec ferè cuncta barbaria; firmiores enim videas apud eos opiniones

gendum *bui!* non celabo lectorem in noſtris libris MSStis ſcriptum eſſe, ordine converſo, *deo pulchrior.* Lambinus.

Ibid. *Huic, Deo pulchrior*] *Gul.* etiam *Canterus* hunc locum mendi ſuſpectum habuit; is enim Nov. Lect. lib. IV. cap. 14. malebat, *hic Deo pulchrior?* Sed *Gruterus* vulgatam lectionem rectè defendit; eàque nihil eſt convenientius. *Huic*, nempe Catulo, Roſcius videbatur *Deo pulchrior.* Davies.

3 *Inſigni nota ſtrabones aut patulos*] Veneti, *ſi non tam ſtrabones, at patulos.* Et ſanè ſunt ſtrabonum oculi planè diſtorti, pæti autem fracto & inſtabili lumine. Sed non poſſum tamen noſtratem ſcripturam omninò adhuc improbare. *Camerarius.*

Ibid. *Ecquos ſi non tam Strabones, at patulos*] *Elienſis* unus & è vett. editis nonnulli dant, *ecquos* INSIGNI NOTA *ſtrabones*, AUT *patulos.* Quæ quidem ſcriptura, licet admodum depravata, veræ lectionis nos admonuit; ſcripſit enim *Cicero*, niſi fallor; *ecquos* IN IIS SI NON TAM *Strabones, at patulos.* *Nic. Heinſius* ad *Ovidium* A. A. lib. II, 659. reponit *ſi non* JAM *ſtrabones.* Sed vulgata non fuit loco movenda; TAM enim ad Roſcium refertur, qui fuit perverſiſſimis oculis. *Davies.*

4 *Florere in cælo Academiam neceſſe eſt*] Non erit, quo Deus à Deo poſſit diſtingui. Nota eſt Academicorum ἀκαταληψία. *Idem.*

5 *Nobis fortaſſe* SIC *occurrit, ut dicis: Jovem*] *Pall. Wower. Elienſ.* multique alii MSSti repræſentant, *ut dicis,* APPARUISSE *Jovem.* At vox penultima ſenſum turbat, & ab imperitis Librariis fuit adjecta. Vulg. *nobis fortaſſe* SI *occurrit;* nos autem, re ipſa duce, *Lambini* conjecturam recepimus, quam diſertè firmant *Reg.* à ſecunda manu, & *Cantab.* Idem.

6 Aetate, *veſtitu*] Vulgò *ætate* atque *veſtitu.* Sed conjunctionem, quam delevi, merito prætermittunt *Victor. Elienſ. Reg. Med. Lincoln.* & *Cantab.* eàque ex poſterioribus vocis antecedentis ſyllabis videtur nata. *Idem.*

opiniones eſſe de beſtiis quibuſdam, quàm apud nos de ſanctiſſimis templis & ſimulacris Deorum. Etenim fana multa exſpoliata, & ſimulacra Deorum de locis ſanctiſſimis ablata videmus à noſtris: at vero [1] ne fando quidem auditum eſt, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Aegyptio. Quid igitur cenſes? Apim illum, ſanctum Aegyptiorum bovem, nonne Deum videri Aegyptiis? Tam hercle, quàm tibi illam noſtram Soſpitam, quam tu numquam ne in ſomnis quidem vides, niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, [2] cum calceolis repandis. At [3] non eſt talis Argia, nec Romana Juno. [4] Ergo alia ſpecies Junonis Argivis, alia Lanu-

1 *Ne fando quidem auditum eſt, Crocodilum, aut Ibim, aut felem violatum ab Ægyptio*] Ex hac ſuperſtitione natum fuit Cambyſis Stratagema, quod ſic refert *Polyænus* lib. VII. cap. 9. Καμβύσης, ὅσα σέβουσιν Αἰγύπτιοι ζῶα, κύνας, πρόβατα, αἰλούρους, ἴβεις πρὸ τοῦ ἑαυτοῦ στρατοῦ ἔταξεν. Αἰγύπτιοι δὲ βάλλοντες ἐπαύσαντο, φόβῳ τοῦ πλῆξαι τι τῶν ἱερῶν ζώων. Plura congeſſimus ad Tuſcul. V, 27. At eædem beſtiæ apud cunctos Ægyptios non erant ſacræ, & nonnulli eas colebant, quas alii odio ſunt proſecuti. Vide *Diodorum Siculum* Bibl. lib. I. pag. 80. *Clementem Alexandrinum* Protrept. p. 11. & *Lucianum* Jove Tragœdo Tom. II. pag. 152. *Joſephus* in Apionem lib. I. cap. 25. Κοινὸν μὲν γὰρ αὐτοῖς (Αἰγυπτίοις) ἐστι πάτριον τὸ ταῦτα (ζῶα) θεοὺς νομίζειν· ἰδίᾳ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐν ταῖς τιμαῖς αὐτῶν διαφέρονται. *Herodotus* lib. II. cap. 69. Τοῖσι μὲν τῶν Αἰγυπτίων ἱροί εἰσι οἱ Κροκόδειλοι, τοῖσι δὲ οὔ, ἀλλ' ἅτε πολεμίους περιέπουσι. Iterum cap. 71. Οἱ δὲ ἵπποι οἱ ποτάμιοι νομῷ μὲν τῷ Παπρημίτῃ ἱροί εἰσι, τοῖσι δὲ ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι οὐκ ἱροί. Notum eſt Tentyritas inter & Ombitas certamen, quod lepidè deſcripſit *Juvenalis* Satir. XV. Adi ſis & *Ælianum* Hiſt. Anim. lib. X. capp. 21, & 24. *Davies.*

2 *Cum* calceolis *repandis*] *Pighius* ad A. U. C. DXCIX. mavult *cum* caligulis *repandis*. Sed nihil eſt mutandum; nam Junoni Soſpitæ calceolos repandos tribuêrunt. Vide *Bern. Montfalconium* Antiquit. Explic. lib. II. cap. V. fig. 10. *Idem.*

3 *Non eſt talis* Argia] Vulgò *Argiva*. Nos eam ſequimur rationem, quam præſtant *Victor. Elienſ.* & *Med.* Non aliter *Argiæ Sacerdotis filii prædicantur* Tuſc. I, 47. *Idem.*

4 *Ergo alia ſpecies Junonis Argivis, alia Lanivinis, alia nobis*] Ita legendus hic locus ex auctoritate vetuſtiſſimi libri, cùm in vulgatis deſint duo poſtrema verba, *alia nobis*, & pro *Lanivinis* ſcriptum ſit *Latinis*. Colebatur autem Lanivii Juno Soſpita

Lanuvinis, alia nobis. Et quidem alia nobis Capitolini, alia Afris Ammonis Jovis. Non 30
pudet igitur [5] phyſicum, id eſt, ſpeculatorem venatoremque naturae, ab animis conſuetudine inbutis, petere teſtimonium veritatis? Iſto enim modo dicere licebit, Jovem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbem, caeſios oculos Minervae, caeruleos eſſe Neptuni. Et quidem [6] laudamus Volcanum Athenis eum, quem fecit Alcamenes; in quo ſtante atque veſtito leviter apparet claudicatio non deformis. Claudum igitur habebimus Deum, quoniam de Volcano ſic accepimus. Age & his vocabulis eſſe Deos facimus, quibus à nobis nominantur. At primùm

ſpita cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis; cujuſmodi in denariis L. Roſcii Fabati, & L. Thorii Balbi, qui Lanivini fuerunt, ſignata reperitur. *Urſinus.*

Ibid. *Alia* Lanuvinis, *alia nobis*] Duas ultimas voces ex Cod. *Urſin.* addidimus, utpote quæ orationi neceſſariæ videbantur, cùm *Romanam Junonem* ſuprà memoraſſet *Cicero.* Vulg. *Lanuinis*; alii *Latinis* vel *Lavinis*; ſed nos MStum Regium ſecuti ſumus; incolas enim Lanuvii, *Lanuvinos* vocare par eſt. Vide *noſtrum* pro Balbo cap. XIII. pro Milone cap. XVII. *Livium* lib. VI. cap. 21. lib. VIII. cap. 14. alioſque plurimos. *Davies.*

5 *Phyſicum, id eſt, ſpeculatorem* venatoremque *natura*] *Reg.* & *Med.* dant *ventilatoremque*: *Elienſ.* autem unus, *veneratoremque.* Sed longè præſtat vulgata lectio. *Cyrillus* in Julian. lib. X. pag. 330. Ἐθέλουσι ΦΙΛΟΘΗΡΕΙΝ οὐ μάλα τὸ ἀληθές. Lege φιλοθηρεύειν. Pariter λόγον θηρεύειν dixit *Origenes* in Marcion. pag. 38. *Maximus Tyrius* Diſſ. XXVIII. Γίγνεται δὲ ἡ ἀνάμνησις κατὰ βραχὺ, ἕτερον ἐξ ἑτέρου θηρευούσης τῆς ψυχῆς. *Syneſius* Dione pag. 49. Δίχα νοῦ τὴν νοητὴν οὐσίαν θηρώμενοι. Vide & pag. 52. *Themiſtium* Orat. XXI. pag. 254. ac *Platonem* Phædon. §. 9, 10. ed. Cant. Perquam ſanè frequens eſt Metaphoricus hic VENANDI ſenſus; eæque voces non ſunt otioſa & frigida Phyſici interpretatio, ſed, quid ſub hoc nomine comprehendatur, explicant & evolvunt. *Idem.*

6 *Laudamus Vulcanum Athenis eum*] *Pall.* duo, *Reg.* nonnullique alii MSSti perperam exhibent, *laudamus* eſſe *Athenis Vulcanum eum.* Vulg. *Athenis laudamus Vulcanum eum*; quaſi in illâ urbe ſolâ laudaretur Alcamenis Vulcanus! Nos igitur eum verborum ordinem recepimus, quem præſtat *Elienſis* unus; ac tum demum intelligetur locus, ubi ſita, non tantum ubi laudata fuit, celebris illa ſtatua.

primùm quot hominum linguae, tot nomina Deorum. Non enim, ut tu Velleius, quocumque veneris, ſic idem in Italia Volcanus, idem in Africa, idem in Hiſpania. Deinde nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem noſtris: Deorum autem innumerabilis. An ſine nominibus ſunt? Iſtud quidem ita vobis dicere neceſſe eſt; quid enim attinet, cùm una facies ſit, plura eſſe nomina? Quàm bellum erat, Vellei, confiteri potiùs neſcire quod neſcires, quàm iſta effutientem nauſeare, atque [1] ipſum tibi diſplicere? An tu mei ſimilem putas eſſe aut tui Deum? Profectò non putas. Quid ergo? Solem

ſtatua. Hanc, quod etiam notavit Cl. *Boherius*, ita deſcripſit *Valerius Maximus* lib. VIII. cap. XI, 3. extern. *Tenet viſentes Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus. Præter cetera enim perfectiſſimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur, quod ſtat diſſimulatæ claudicationis ſub veſte leviter, veſtigium repræſentans, ut non tanquam exprobratum vitium, ita tamen certam propriamque Dei notam decore ſignificans.* Davies.

1 *Ipſum* ſibi *diſplicere*] Sic libri MSSti, à quibus non diſſentio; videndum tamen eſt, num rectius ita legi poſſit, *ipſum* tibi *diſplicere*. P. Manucius.

Ibid. *Ipſum* TIBI *diſplicere*] Editi ſimul ac MSSti dant, *ipſum* SIBI *diſplicere*; quod ferri non poteſt: nam Cotta Velleium adloquitur; adeò ut *pronomen* ſecundæ *perſonæ* proprium omninò requiratur. Nos igitur *Manucii Lambinique* conjecturam ad niſimus; non enim erat, cur ſacri haberentur Librariorum errores. *Davies*.

2 *Nec humano viſu quod docui, nec* TALI *aliquo*] Hanc lectionem retinent libri, & patienter ferunt editores; mihi tamen inepta prorſus videtur & inficeta. Certiſſimè legendum, *nec humano viſu, quod docui, nec* ALIO *aliquo*. Epicurei enim Deos eſſe ἀνθρωπομόρφους, nullamque aliam figuram iis aſſignari poſſe, ſtatuebant. Vide ſupra cap. 18. & 27. *Plutarchum* de Placit. Philoſ. lib. 1. cap. 7. & *Sextum Empiricum* Pyrrhon. Hypot. lib. III. cap. XXIV. pag. 155. Eam ſententiam cùm redarguiſſet Cotta, Velleium rogat, quid negare Deos eſſe dubitet, ſiquidem nec humanâ, nec ulla aliâ ſint formâ. *Idem*.

3 *Quod tibi* ita *perſuaſum eſt*] Mediam vocèm ſuppeditarunt *Victor. Reg. Med.* & *Lincoln.* Ea carent vulgati. *Idem*.

4 *Sigilla* numerantes] Senſu, ut opinor, meliore, clariore quidem certè, legetur, *ſigilla* VENERANTES. *P. Manucius*.

Ibid. *Omnia ſigilla* venerantes] Sic reſtituit *Manutius*, cùm anteà legeretur, *omnia ſigilla numerantes*. Inepte. *Lambinus*.

Ibid.

lem dicam, aut lunam, aut caelum, Deum? ergo etiam beatum. Quibus fruentem voluptatibus? & ſapientem. Quî poteſt eſſe in ejuſmodi trunco ſapientia? Haec veſtra ſunt. Si igitur [2] nec humano viſu, quod docui; nec tali aliquo, [3] quod tibi ita perſuaſum eſt; quid dubitas negare Deos eſſe? Non audes. Sapienter id quidem: etſi hoc loco non populum metuis, ſed ipſos Deos. Novi ego Epicureos [4] omnia ſigilla numerantes; quamquam [5] video nonnullis videri, Epicurum, ne in offenſionem Athenienſium caderet, verbis reliquiſſe Deos, re ſuſtuliſſe. Itaque in illis ſelectis ejus brevibuſque ſenten-

Ibid. *Omnia ſigilla* numerantes] Sic omnes ferè MSSti, unde *Paullus Manucius*, probante *Lambino*, reponendum putavit, *omnia ſigilla* VENERANTES. Non equidem nego, quin hæc conjectura longè præferenda ſit ei, quam propoſuit *Janus Gulielmius*; is enim literarum, quàm ſenſus, rationem habuit, quum reſcripſit, *omnia ſigilla* MUNERANTES; nam Crœſo neceſſe eſt locupletiores fuerint iſti Epicurei, quibus tantæ erant facultates, ut *omnia ſigilla* muneribus honeſtare potuerint. *Lincoln.* habet *nova ſigilla numerantes. Elienſis* unus, *omnia* nova *ſigilla* INHIANTES; alter, NOVA *ſigilla* INHIANTES. Lego, *in omnia ſigilla inhiantes.* Vult noſter eos cum admiratione quadam & reverentia cunctas Deorum ſtatuas adire ac intueri. Nec conſtructio, nec poteſtas, quam verbo *inhiandi* tribuimus, poteſt in dubium revocari. *Sulpicius Severus* Dial. III. cap. XI. In *bona eorum* inhiaverat. *Lucretius* lib. I. vſ. 37.

Paſcit amore avidos, inhians in te, *Dea, vultus.*

Virgilius Æn. IV, 64.

Pectoribus inhians, *ſpirantia conſulit exta.*

Ubi *Servius*: INHIANS, *intenta per ſollicitudinem*. Iterum Æn. VII, 813.

Turbaque miratur matrum & proſpectat euntem
Attonitis INHIANS *animis.*

Ad quem locum inſignis ille Grammaticus: INHIANS, *ſtupore quodam in ore patefacto. Auſonius* in Epiſtola *Symmachianis* admiſtà lib. I, 32. *Qua me blanditiis* INHIANTEM *ſuis, veluti ſucco nectaris delibuta, perducit. Trebellius Pollio* in Gallienis pag. 179. ed. Pariſ. *Scrutantes omnia, atque uniuſcujuſque vultum mira* inhiatione *mirantes.* Leg. *rimantes*; haud enim arrident *Salmaſii* conata, qui vocem ex lingua Gallica interpretatur. Sic ferè *Prudentius* Periſt. Hymn. XI, 135.

Mærore attoniti, atque oculis RIMANTIBUS *ibant,*

Vide & *Tacitum* Annal. III, 3. *Davies.*

5 *Video nonnullis videri Epicurum ---- verbis reliquiſſe Deos, re ſuſtuliſſe*] Inter eos fuit *Poſidonius*. Vide noſtrum

ſententiis, quas appellatis κυρίας δόξας, haec ut opinor prima ſententia eſt: [1] *Quod beatum & inmortale eſt, id nec habet nec exhibet cuiquam*
31 *negotium*. In hac ita expoſita ſententia, ſunt qui exiſtument, [2] quod ille inſcientia planè loquendì fecerit, feciſſe conſulto. De homine minimè vafro malè exiſtumant. Dubium eſt enim, [3] utrùm aliquid dicat iſte beatum & inmortale; [4] an, ſi quod ſit beatum, id eſſe inmortale. Non animadvertunt, hîc eum ambiguè locutum eſſe; ſed multis aliis locis, & illum, & Metrodorum tam apertè, quam paullo antè te. Ille verò Deos eſſe putat; nec quemquam vidi, qui magis ea, quae timenda eſſe negaret, timeret; mortem dico & Deos. Quibus mediocres homines non ita valde moventur; his ille clamat omnium mortalium

ſtrum infra cap. XLIV. *Sextus Empiricus* advſ. Mathem. pag. 319. Καὶ Ἐπίκουρος δὲ κατ' ἐνίους, ὡς μὲν πρὸς τοὺς πολλοὺς ἀπολείπει Θεόν, ὡς δὲ πρὸς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων οὐδαμῶς. Hinc eum ἀθεότητος inſimulat *Ælianus* Var. Hiſt. lib. II. cap. 31. & de Provid. apud *Suidam* in Ἐπίκουρος. Vide & *Theophilum* Antiochenum lib. III. pag. 213. *Davies*.

1 *Quod beatum & immortale eſt*] Græcè ſit Epicurus: Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει. Extat apud *Sextum* Empiricum, *Diogenem* Laertium, *Nemeſium*, & alios bene multos. At hæc, τῶν κυριωτάτων δοξῶν πρώτη, συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεισμα εὐθὺς ἀνατρέπειν non immeritò videtur *Plutarcho* adv. Colotem Tom. II. pag. 1125. Vide & *Lactantium* de Ira Dei cap. IV. *Idem*.

2 *Quod ille* inſcientia *planè loquendi*] Sic legendum vel libris omnibus invitis; nam *inſcitia* idem valet, quod *ſtultitia*, ut teſtatur *Feſtus*. Hic autem *Cicero* ſignificat Epicurum ignoratione, ſeu inſcientia planè loquendi, ambiguè locutum eſſe. *Lambin.*

Ibid. Hujus conjecturam diſertè firmat MS. *Reg.* quapropter eam, expulſa, quæ vulgò fertur, *inſcitia*, recipere non dubitavimus. *Davies*.

3 *Utrum* aliquid dicat *iſte*] Hunc verborum ordinem præſtant *Lincoln.* & *Aſcenſ.* Vulgò, *utrum dicat aliquid iſte*: quo ſervato legi poſſit *utrum dicat aliquid eſſe*, ut habet *Elienſ.* unus. *Idem.*

4 *An, ſi quod ſit* beatum, *id eſſe immortale*] Vulg. *an, ſi quod ſit, id eſſe immortale*. Sed orationis integritati neceſſaria prorſus eſt, vox illa, quam nos ex vetuſtioribus editis accepimus. Licet enim nec in MSStis *Gruterianis* nec in noſtris compareat, ſenſus

mortalium mentes eſſe perterritas. Tot millia latrocinantur, [5] morte propoſita. Alii omnia, quae poſſunt, fana compilant. Credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis. Sed, quoniam non audes (jam enim cum ipſo Epicuro loquar) negare eſſe Deos; quid eſt quod te inpediat [6] aut ſolem, aut mundum, aut mentem aliquam ſempiternam in Deorum natura ponere? Numquam vidi, inquit, animam rationis conſiliique participem in ulla alia niſi humana figura. Quid? Solis numquidnam, aut lunae, aut quinque errantium ſiderum ſimile vidiſti? Sol duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum, curſus annuos conficit. [7] Hujus hanc luſtrationem ejuſdem incenſa radiis menſtruo ſpatio luna complet. Quinque autem ſtellae

ſenſus eam flagitat, & Librarii negligentiæ ſocordiæque ſunt poſtulandi. *Idem.*

5 *Morte* propoſita] *Lincoln.* & *Elienſ.* unus *poſtpoſita*, hoc eſt, contemtâ. *Arnobius* lib. I. pag. 49. *Qui poſtpoſito Deorum metu donaria ſpoliant populanturque templorum.* *Auguſtinus* C. D. lib. 1. cap. 28. *Humana laude* poſtpoſitâ. Longè tamen præſtat vulgata lectio; nam *mortem* vocat *propoſitam*, quià Leges eam latrocinio pœnam ſtatuebant. Οἱ λῃσταὶ τρυφῶσιν εἰδότες ὅτι ὑπὸ τῇ δίκῃ κεῖνται, ut loquitur *Philoſtratus* vit. Apollonii lib. II. cap. 29. *Idem.*

6 *Aut Solem, aut mundum, aut mentem*] Vulg. *aut ſolem*, aut Lunam. *aut mundum, aut mentem.* Voces, quas delevi, per ſe ſatis ſunt commodæ; ſed eas prætermittunt MSS. *Reg. Elienſ. Med. Lincoln. Bonon.* 1494. & *Victor.* noſque *Ciceronis* verba, non aliorum additamenta, dare ſtuduimus. Sic infra cap. XXXIV. Beatitudo *cur aut in Solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam, figurâ membriſque corporis vacuam, cadere non poteſt?* nullà *Luna* factà mentione. *Idem.*

7 *Hujus hanc* luſtrationem] Sic conjecerat *Lambinus*, ac ità diſertè *Cantabr. Elienſ.* unus pro varia lectione, & *Reg.* à manu ſecundâ. Optime. *Noſter* lib. II. cap. 10. *Eundem* luſtrat *orbem* ------ *ſigniferum* luſtrat *orbem* ----- *Latitudinem* luſtrans *ſigniferi orbis.* *Ovidius* Metam. VI, 571.

Signa Deus bis ſex acto luſtraverat
anno.

Macrobius in ſomn. Scip. lib. II. cap. XI. *Menſis Luna annus eſt intrà quem cœli ambitum* luſtrat. *Idem* Saturn. lib. I. cap. 14. *Quibus* (diebus) *Sol Zodiacum* luſtrat. Vulg. *hujus hanc* illuſtrationem. Simile mendum *Lactantii* Codices etiam nunc obſidet, in

ſtellae eundem orbem tenentes, aliae propiùs à terris, aliae remotiùs, ab îſdem principiis, diſparibus temporibus eadem ſpatia conficiunt. Numquid tale, Epicure, vidiſti? Ne ſit igitur ſol, ne luna, ne ſtellae: quoniam nihil eſſe poteſt, niſi quod adtigimus aut vidimus. Quid? Deum ipſum numne vidiſti? cur igitur credis eſſe? Tollamus ergo omnia, quae aut hiſtoria nobis, aut ratio nova adfert. [1] Ita ſit, ut mediterranei mare eſſe non credant. Quae ſunt tantae animi anguſtiae, [2] ut ſi Seriphi natus [eſſes,] nec umquam egreſſus ex inſula in qua lepuſculos vulpeculaſque ſaepe vidiſſes, non crederes leones & pantheras eſſe, cùm tibi quales eſſent diceretur: ſi verò de elephanto quis diceret, etiam rideri te putares.

32 Et tu quidem, Vellei, non veſtro more, ſed dialecticorum ([3] quae funditus gens veſtra non novit) [4] argumenti ſententiam concluſiſti. Beatos eſſe Deos ſumpſiſti. Concedimus. Beatum

in iis enim legitur lib. II. cap. 12. *Luna, quæ orbem illum ſigniferum* XXX. *dierum ſpatio* ILLUSTRAT, ubi certiſſimè reponendum, LUSTRAT. *Davies.*

1 *Ita* ſit, *ut mediterranei*] *Pall.* & *Elienſ.* unus, *ita* FIT: unde vir Cl. *Joan. Clericus* legit, ita FIET; quia falſum eſt, mediterraneos mare eſſe non crediſſe. *Idem.*

2 *Ut ſi Seriphi --- diceretur: ſi vero de elephanto quis diceret, rideri te putares*] Hæc in libris editis ἐρωτηματικῶς proferuntur. Sed cum loco non quadrarent interrogationes iſtæ, mihi cum Cl. *Walkero* delendæ videbantur. Quin & *eſſes*, eodem monente, ſuppoſiticium puto. *Idem.*

3 QUÆ *funditus gens veſtra non novit*] Puto legendum eſſe QUEM, ut ſubaudiatur, *morem*; & deinde, *argumentis ſententiam*, non *argumenti ſententiam*. P. Manucius.

Ibid. Quos *funditus gens veſtra non novit*] Veneti, QUÆ *funditus gens veſtra.* Nam Epicurus dialecticam certe repudiavit, ut ait Torquatus in I. de Finibus: *In Dialectica autem veſtra nullam vim exiſtimat eſſe, nec ad melius vivendum, nec ad commodius diſſerendum.* Quod autem in Venetis QUAE infertur, quod referat τὰ διαλεκτικὰ, eſt illud quidem minus ſimplicis orationis, ſed haud ſcio an verum. *Camerarius.*

4 Argu-

tum autem ſine virtute neminem eſſe poſſe. Id quoque damus, & libenter quidem. Virtutem autem ſine ratione conſtare non poſſe. Conveniat id quoque neceſſe eſt. Adjungis, Nec rationem eſſe, niſi in hominis figura. Quem tibi hoc daturum putas? ſi enim ita eſſet, quid opus erat te gradatim iſtuc pervenire? [[5] quid autem eſt iſtuc gradatim?] ſumpſiſſes tuo jure. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te veniſſe gradibus: a ratione ad humanam figuram quo modo accedis? Praecipitare iſtuc quidem eſt, non deſcendere. Nec verò intelligo, cur maluerit Epicurus Deos hominum ſimiles dicere, quàm homines Deorum. Quaeres, quid interſit: ſi enim hoc illi ſimile ſit, [6] eſſe illud huic. Video. Sed hoc dico, non ab hominibus formae figuram veniſſe ad Deos: Dî enim ſemper fuerunt, & nati numquam ſunt, ſi quidem aeterni ſunt futuri: at homines nati: antè igitur humana

4 Argumento *ſententiam concluſiſti*] In libris MSStis hoc diſſimilitudinis à vulgatis reperi, quod habent, partim *argumenta*, partim *argument.* cum litura, aut lacuna poſt litteram *t*. Hinc conjeci legendum *argumento*. (Sic diſerte MS. *Med.*) *Manutius* legit *argumentis*. Supra autem non longè, ejuſdem conjecturam ſecutus ſum; ubi, pro *qua funditus*, ille reponit *quem funditus*. Lambin.

Ibid. Argumenti *ſententiam concluſiſti*] Si cum *Manucio* legas *argumentis*, tum minimè neceſſaria videtur illa conjectura, pro quâ repoſuit *quem funditus*; nam QUAE ad *argumenta* non incommodè referatur. Sed, ut verum fatear, *quem* lubens amplector, & vocem *argumenti*, non *Tullio*, ſed exſcriptoribus deberi cenſeo, qui notare voluerunt, quis fuerit *mos Dialecticorum*. Hanc ſuſpicionem firmant varietates, quæ in MSStis comparent. *Davies.*

5 *Quid autem eſt iſthuc gradatim?*] Hæc additicia eſſe meritò cenſuit Cl. *Walkerus*. Fraterculi nempe cujuſdam ſunt, cui nota non fuit vocis *gradatim* poteſtas: quapropter ea nos uncinis cinximus. *Idem.*

6 *Eſſe illud huic. Video*] Hanc interpunctionem ſagaciter commentus eſt doctiſſimus *Walkerus*. Vulgo *eſſe illud huic video*. Male. *Idem.*

humana forma, quàm homines, [1] ea, qua erant forma Dî inmortales. Non ergo illorum, humana forma, ſed noſtra, divina dicenda eſt. Verùm hoc quidem, ut voletis. Illud quaero, quae fuerit tanta fortuna. Nihil enim ratione in rerum natura factum eſſe voltis. Sed tamen quis iſte tantus caſus? unde tam felix concurſus atomorum, ut repentè homines Deorum forma naſcerentur? Semina Deorum decidiſſe de caelo putamus in terras, & ſic homines patrum ſimiles extitiſſe? Vellem diceretis: Deorum cognationem agnoſcerem non invitus. Nihil tale dicitis: ſed caſu eſſe factum, ut eſſemus ſimiles Deorum. Et nunc argumenta quaerenda ſunt, quibus hoc refellatur? [2] Utinam tàm facilè vera invenire poſſem, quàm falſa convincere.
33 Etenim enumeraſti memoriter, & copioſe (ut mihi quidem admirari liberet, in homine eſſe Romano tantam ſcientiam) [3] uſque à Thale Mileſio

1 *Eâ*, qua *erant forma Dii immortales*] Legendum *eâque erant formâ Dii immortales*; quam conjecturam veram eſſe loci ſenſus docet, & firmat *Regii* Codicis auctoritas. *Davies.*

2 *Utinam tam facilè vera invenire poſſem, quàm falſa convincere*] Vulg. *poſſim*. Nos *Lactantii* fidem ſecuti ſumus, qui hæc laudat Div. Inſtit. lib. II. cap. 3. & de Ira Dei cap. XI. *Idem.*

3 Uſque à *Thale Mileſio*] *Virgilius* Æn. VII, 288.

--- *Claſſemque ex æthere longè*
Dardaniam Siculo proſpectat ab uſque *Pachyno.*

Seneca Medea vſ. 434. Uſque *a peruſtis Indiæ populis petunt.* Elienſ. tamen uterque dat, *uſque ad Thalem Mileſium*; quod prorſus eſt abſurdum & oſcitantibus Librariis imputandum. Similiter in *Sedulium* peccarunt, apud quem plurimi Codd. exhibent Carm. lib. I, 87.

Primus ad uſque chaos meritis vivacibus Enoch
Multa per innumeros jam ſecula contigit annos.

Cum vera lectio ſit, *primus ab uſque Chao*; ſicut monuerunt eruditi. Contrario plane vitio *Lactantius* inquinatur, qui in editt. ſic loquitur lib. II. cap. VIII. §. 49. *Denique à primis illis ſeptem ſapientibus*, à Socrate uſque

Mileſio de Deorum natura philoſophorum ſententias. Omneſne tibi illi delirare viſi ſunt, qui ſine manibus & pedibus conſtare Deum poſſe decreverunt? Ne hoc quidem vos movet, conſiderantes quae ſit utilitas quaeque opportunitas in homine membrorum, ut judicetis membris humanis Deos non egere? Quid enim pedibus opus eſt ſine ingreſſu? quid manibus, ſi nihil comprehendendum eſt? quid reliqua deſcriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil ſine cauſſa, nihil ſupervacaneum eſt? Itaque nulla ars imitari ſollertiam naturae poteſt. Habebit igitur linguam Deus, & non loquetur: dentes, palatum, fauces nullum ad uſum: quaeque procreationis cauſſa [4] natura corpori adfinxit, ea fruſtra habebit Deus: nec externa magis, quam interiora; [5] cor, pulmones, jecur, cetera; quae detracta utilitate, quid habent venuſtatis? quandoquidem haec eſſe in Deo propter pulchritu-

que ad Platonem, *pro confeſſo & indubitato habitum eſt.* Quot igitur ætatibus Platonem Socrates anteibat? An in temporum notatione vir diſertiſſimus tam fuit ignarus, ut turpius ſe dederit, quam ἀπαίδευτος iſte Sophiſta, cujus meminit *A. Gellius* XVII, 21? An neſcivit, hoſce philoſophos eodem tempore floruiſſe? Ille verò non neſcivit; at exſcriptores imperiti neſciêrunt. Fidentiſſime repono, *ad Socratem uſque* AC *Platonem*, & tot editores vulgatam ſcripturam ſine cenſura præteriiſſe miror. *Idem.*

4 *Natura corpori* adfinxit] *Elienſ.* uterque, *Med.* & *Benon.* 1494. *affixit.* Idem.

5 *Cor, pulmones, jecur, ceteraque, detracta utilitate, quid habent venuſtatis?*] Corrigo, *Cor, pulmones, jecur, cetera; quæ detracta utilitate quid habent venuſtatis?* ut à præcedentibus tenui diſtinctionis nota ſejungantur, & ad verbum *habebit* referantur. *P. Manucius.*

Ibid. *Cor, pulmones, jecur, cetera; quæ &c.*] Sic anteà vulgò legebatur, *Cor, pulmones, jecur,* ceteraque, *detracta utilitate, quid habent venuſtatis?* Qua in lectione nihil erat vitii, præter vitioſam interpunctionem, & copulationem *que*, pro quâ debebat ſcribi relativum *quæ.* Lambinus.

pulchritudinem voltis. [1] Iſtiſne fidentes ſomniis non modò Epicurus, & Metrodorus, & Hermachus contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, ſed meretricula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere [2] auſa eſt? [3] ſcito illa quidem ſermone & Attico: [4] ſed tamen. Tantum Epicuri hortus habuit licentiae! Et ſoletis queri: Zeno quidem etiam litigabat. Quid dicam Albutium? Nam Phaedro nihil elegantius, nihil humanius: ſed ſtomachabatur ſenex, ſi quid aſperius dixeram. Cùm [5] Epicurus Ariſtote-

1 *Iſtiſne* fidentes *ſomniis*] *Videntes* pro *fidentes* habet antiquus liber, non male; ut ⅃IDENTES videatur ſcriptum fuiſſe in antiquioribus; antiqua ſcribendi ratione, quâ TERMINA⅃IT DI⅃I F. & alia ſimilia in veterum monumentis reperiuntur. *Urſinus.*

Ibid. *Iſtiſne* fidentes *ſomniis*] *Urſini* liber, *videntes*; ut ipſe cenſet, non malè; ut ego, peſſimè; nam iſta lectio ſenſum nullum facit, & Librariis debetur, qui literas illas crebro confundunt. *Davies.*

2 *Auſa ſit*] Scribendum *auſit*, ex MSto. *Urſinus.*

Ibid. *Scribere auſa* EST] Vulg. *auſa ſit*, quod non fert Latinitas; nam *modus indicativus* planè requiritur, ut vidit *D. Lambinus.* Nos igitur eam recepimus lectionem, quam præſtat *Elienſ.* uterque cum *Bonon.* 1494. *Davies.*

3 *Scito illa quidem* &c.] Secutus ſum *P. Victorii* ſententiam, quæ nihil diſcrepat ab antiqua ſcriptura; ſic enim habent noſtri libri veteres. Docet autem ille lib. Var. Lect. XXIV. cap. 18. eſſe hic ἀποσιώπησιν bonis ſcriptoribus uſitatam. Quod ſi nulla hic eſſet reticentia, ſed integra & libera locutio, hic eſſet quaſi orationis tenor & curſus: *ſcito illa quidem ſermone & Attico; ſed tamen* meretricula, quod indignum eſt. Sequitur acclamatio, ſeu epiphonema: *tantum Epicuri hortus habuit licentia.* Lambinus.

4 *Sed tamen*, cur *tantum Epicuri* &c.] Legendum, CUM *tantum*: & mox; *ſoletis queri*, non *quærere.* Camerarius.

Ibid. *Sed* tamen. *Tantum Epicuri* &c.] Si fortè ratio, quam ſecuti ſunt *Victorius* & *Lambinus*, quæque mihi non diſplicet, ſatis haud faciat; legi poſſit: *ſcito illa quidem ſermone & Attico, ſed* INFAMI; hoc eſt, impudenti, contumelioſo, maledico. *Plinius* H. N. Præf. pag. 10. *Ceu vere* (non *ſeu vere*) *neſciam, adverſus Theophraſtum hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit, ſcripſiſſe etiam feminam, & proverbium inde natum. ſuſpendio arborem eligendi.* Davies.

5 *Epicurus Ariſtotelem vexarit contumelioſſimè*] *Athenaus* lib. VIII. p. 354. Εἰδὼς καὶ Ἐπίκουρον τὸν φιλαληθέστατον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ (Ἀριστοτέλους) ἐν

Ariſtotelem vexarit contumelioſiſſimè: Phaedoni Socratico turpiſſimè maledixerit: Metrodori, ſodalis ſui, fratrem [6] Timocraten, quia neſcio quid in philoſophia diſſentiret, [7] totis voluminibus conciderit: in Democritum ipſum, quem ſecutus eſt, fuerit ingratus: Nauſiphanem, magiſtrum ſuum, [8] à quo nihil didicerat, tam malè acceperit. Zeno quidem non eos ſolùm, qui 34
tum erant, [9] Apollodorum, Syllum, ceteros figebat maledictis; ſed Socratem ipſum, parentem philoſophiae, Latino verbo utens, [10] ſcurram Atticum

ἐν τῇ περὶ ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησεν, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν· εἶτα ἀναπεπλασμένου τοῦ Πλάτωνος περιπάτου &c. Vide & *Diogenem Laertium* lib. x. §. 8. Idem.

6 *Timocraten -----totis voluminibus conciderit*] Epicuro paria ſaltem reddidit Timocrates, ut patet ex *Diogene Laertio* lib. x. §. 6. *Idem.*

7 *Totis voluminibus* conciderit] Quidam legi malunt *conſciderit*, à verbo *conſcindo.* Lambinus.

8 *A quo* nihil *didicerat*] Ita præ ſe ferebat Epicurus, quod αὐτοδίδακτος videri cupiebat. *Sextus Empiricus* adverſ. Mathem. init. Γενόμενος ὢν τούτου (Ναυσιφάνους) μαθητὴς ὁ Ἐπίκουρος, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν ἈΥΤΟΔΙΔΑΚΤΟΣ εἶναι καὶ ἈΥΤΟΦΥΗΣ φιλόσοφος, ἠρνεῖτο ἐκ παντὸς τρόπου, τήν τε περὶ αὐτοῦ φήμην ἐξαλείφειν ἐσπούδαζεν &c. Vide & noſtrum ſupra cap. XXVI. Miror itaque viros doctos hunc locum ſollicitaſſe. Eorum unus repoſuit *à quo* illa *didicerat*; alter, *à quo nihil* non *didicerat.* Davies.

9 *Apollodorum*, Syllum, *ceteros*] Hunc locum valde ſuſpectum habet *Petr. Victorius* Var. Lect. lib. XXIV. cap. 19. tum quod ejus diſciplinæ ullum *Syllum* vocatum nunquam legit; tum quod in calamo exaratis libris aliter ſcriptum offendit; illi enim quos inſpexit vir doctiſſimus, habebant, *Apollodorum* ſine *ceteros*. At noſtri Codices, ut & alii plures, vulgatam lectionem ſervant; *Sylli*que, ſed Pythagoreï, meminit *Iamblichus* vit. Pythag. §. 159. Vide *Joan. Jonſium* Hiſt. Phil. II, 15. *Aldobrandinus* quidem ad *Laertii* VII, 39. legit *Apollodorum Syllum*; *Boherius* autem *Apollodorum Sillum* vel *Cittieum*. Uterque virgulam tollit ut vel *Syllus*, vel *Sillus*, vel *Cittieus* ad unum *Apollodorum* referatur. Hoc mihi non placet, quamvis haud liqueat, quis fuerit ille *Syllus*, vel *Sillus*, ut habet MS. *Med.* Idem.

10 *Scurram Atticum fuiſſe dicebat*] Eodem nomine Socratem dehoneſtant *Minucius Felix* Octav. cap. XXXVIII. & *Lactantius* Div. Inſtit. lib. III. cap. 20. At, ſi non dolendum eſt optimi illius viri fatum, illi ſaltem culpandi, qui maledicum iſtum nebulonem conviciis ſuis ſunt imitati. *Idem.*

ticum fuiſſe dicebat: [1] Chryſippum numquam niſi Cheſippum vocabat. Tu ipſe paullo antè, cùm tamquam ſenatum philoſophorum recitares, ſummos viros deſipere, delirare, dementes eſſe dicebas. Quorum ſi nemo [2] verum vidit de natura Deorum; verendum eſt, ne nulla ſit omnino. Nam iſta, quae vos dicitis, ſunt tota commenticia, vix digna lucubratione anicularum: non enim ſentitis, quàm multa vobis ſuſcipienda ſint, ſi inpetraveritis, ut concedamus eandem hominum eſſe & Deorum figuram. Omnis cultus, & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quae adhibetur homini: ingreſſus, curſus, adcubitio, inclinatio, ſeſſio, comprehenſio; ad extremum etiam ſermo, & oratio. Nam quòd & mares Deos & feminas eſſe dicitis, quid ſequatur videtis. Equidem mirari ſatis non poſſum, unde ad iſtas opiniones veſter ille princeps venerit. Sed clamare non deſinitis, retinendum hoc eſſe, Deus

1 *Ciſippam*] Veneti, *Cheſippum*, à verbo obſcenioris ſignificationis χέσαι ficto nomine. *Camerarius*.

Ibid. *Cheſippum vocabat*] A verbo χέζειν, quod eſt, ſit honos auribus, cacare. *Lambinus*.

Ibid. *Chryſippum nunquam niſi* Cheſippum *vocabat*] *Elienſis* unus, *verſippum*: *Reg. Buſlid. Cantabr.* & *Med.* exhibent, *Chryſippam vocabat*. Notum eſt illud *Homericum*:

--- Ἀχαιίδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

quod imitatus eſt *Virgilius* Æn. IX, 617.

O vere Phrygiæ, *neque enim* Phryges --

Sed vix eſt, ut Epicureus Stoico mollitiem impingat; nimia potius morum ſeveritas voluptariis illis philoſophis conviciandi præberet anſam. Vulgatam igitur lectionem retineo; in ludibrium enim & ignominiam levi mutatione nomina detorquere, veteribus fuit uſitatum. Sic Labienus, *Rabienus*; Cyprianus, *Coprianus*; Antiochus Epiphanes, *Epimanes*; Platon, *Sathon* vocabatur. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. V. cap. I. & *Athenaeum* lib. II. pag. 45. V, 139. 196. 220. X, 439. Hujuſce moris meminit *Quinctilianus* Inſtit. Orat. lib. VI. cap. III. pag. 313. & exemplorum affatim ſuppeditabit vir Cl. *J. A. Fabricius* Bibl. Græc. lib. I. cap. XXIX. §. 8. *Davies*.

2 *Verum* vidit] Sic legendum cum MSStis *Reg. Lincoln. Med.* & *Elienſ.*

non

Deus ut beatus inmortaliſque ſit. Quid autem obſtat, quo minùs ſit beatus, ſi non ſit bipes? aut iſta [3] ſive beatitas, ſive beatitudo dicenda eſt, (utrumque omnino durum, ſed uſu mollienda nobis verba ſunt) verùm ea, quaecumque eſt, cur aut in ſolem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem aeternam, figura membriſque corporis vacuam, cadere non poteſt? Nihil aliud dicis, niſi, numquam vidi ſolem, aut mundum beatum. Quid? mundum, praeter hunc, umquamne vidiſti? Negabis. Cur igitur non ſexcenta millia eſſe mundorum, ſed innumerabilia auſus es dicere? Ratio docuit. Ergo hoc te ratio non docebit, cùm praeſtantiſſima natura quaeratur, eaque beata & aeterna, [4] quae ſola divina natura ſunt; [5] ut inmortalitate vincimur ab ea natura, ſic animi praeſtantia vinci: atque ut animi, item corporis? Cur igitur, cùm ceteris rebus inferiores ſimus, forma pares ſumus?

[1] ad

non *videt*, ut vulgo. *Idem.*

3 *Sive* beatitas, *ſive* beatitudo *dicenda eſt*] *Elienſ.* unus perperam, *ſive* bonitas, *ſive beatitudo.* Huc autem reſpicit *Quinctilianus* Inſtit. Orat. lib. VIII. cap. III. pag. 391. *Apud Ciceronem* beatitas *&* beatitudo; *qua dura quidem ſentit eſſe, verumtamen uſu putat poſſe molliri.* Sequentium ætatum ſcriptores modo *beatitudinem* dixere, modo *beatitatem.* Idem.

4 *Qua ſola* divina natura *ſunt*] Dura quidem videtur loquendi ratio, multumque variant Codices. Editi nonnulli repræſentant *in divina natura. Pal.* ſec. & Wower. *qua ſola divina natura eſt. Pal.* tert. *Elienſ.* unus, *Reg. Med. Lincoln.* & *Renon.* 1494. *qua ſola* divinæ naturæ *ſunt*: eaque ſcriptura Cl. *Boherio* placet; nec mihi diſpliceret, niſi *natura* toties repetita nauſeam moveret. Lego itaque *qua ſola divina ſunt.* Sic certè locutus eſt noſter Tuſc. I, 27. *Natura*, quæ vox à Librariis per compendium *na* ſcribebatur, ex ultimis verbi præcedentis literis videtur orta. *Idem.*

5 *Ut immortalitate* vincimur] Sic legendum conjecit *D. Lambinus*, eamque hariolationem recipere non ſum veritus, quæ cùm re ipſa, tum auctoritate MSti *Regii* nititur. Vulg. *vincamur.* Abſurdè; neque enim dubitabat *Cicero*, utrùm Dii nos æternitate vincerent. *Idem.*

1 *Ad*

[1] ad ſimilitudinem enim Deo propiùs accedebat
35 humana virtus, quàm figura. An quicquam tam pucrile dici poteſt (ut eundem locum diutiùs urgeam) quàm ſi ea genera beluarum, quae in rubro mari Indiavę gignantur, nulla eſſe dicamus? Atqui ne curioſiſſimi quidem homines exquirendo audire tam multa poſſunt, quàm ſunt multa, quae terra, mari, paludibus, fluminibus exiſtunt: quae negemus eſſe, quia numquam vidimus. Ipſa verò quàm nihil ad rem pertinet, quae vos delectat maxumè, ſimilitudo? Quid? canis nonne ſimilis lupo? atque, ut Ennius,

[2] *Simia quàm ſimilis, turpiſſuma beſtia, nobis?*

at mores in utroque diſpares. Elephanto beluarum nulla prudentior: at figura quae vaſtior? De beſtiis loquor? Quid? inter ipſos homines nonne & ſimillimis formis diſpares mores, & [3] moribus ſimillimis figura diſſimilis? Etenim ſi ſemel, Vellei, ſuſcipimus genus hoc argumenti, adtende quò ſerpat: tu enim ſumebas, niſi in hominis figura rationem ineſſe non poſſe: ſumet alius, niſi in terreſtri; niſi in eo, qui natus ſit; niſi in eo, qui adoleverit; niſi in eo, qui didicerit;

1 *Ad ſimilitudinem enim* Deo] Cum *Lambino* legerim *Dei*; eamque conjecturam Cl. *Boherius* merito videtur amplexus. *Davies.*

2 *Simia quam ſimilis, turpiſſima beſtia, nobis*] Ita quidem omnes noſtri; proinde miror unde factum, ut *Hier. Columna* Fragm. Ennian. pag. 140. ediderit,

Simia quàm turpis, ſimillima *beſtia nobis.*

Nam, præterquam quod hac ratione verſus rectis pedibus non incedit, *Sereni Sammonici* parodia lectionem noſtram firmat & ſtabilit. *Idem.*

3 *Moribus* ſimillimis *figura diſſimilis*] Vulg. *moribus figura diſſimilis.* At apertè deerat vox Antitheſi neceſſaria; eamque ſuppeditavit inſignis ille Codex *Elienſis.* Nonnulli, conjectura ſola freti, dedêre, *moribus conſimilibus.* Idem.

4 Quaſi

cerit; niſi in eo, qui ex animo conſtet & corpore caduco & infirmo; poſtremò niſi in homine atque mortali. Quòd ſi in omnibus his rebus obſiſtis, quid eſt quòd te forma una conturbet? His enim omnibus, quae propoſui, adjunctis, in homine rationem eſſe & mentem videbas: quibus detractis, Deum tamen noſſe te dicis, modò lineamenta maneant. Hoc eſt non conſiderare, ſed [4] quaſi ſortiri quid loquare. Niſi fortè ne hoc quidem adtendis, non modò in homine, ſed etiam in arbore, quicquid ſupervacaneum ſit, aut uſum non habeat, obſtare. Quàm moleſtum eſt uno digito plus habere? quid ita? [5] quia nec ſpeciem nec uſum alium quinque deſiderant. Tuus autem Deus non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, [6] feminibus, cruribus. Si ut inmortalis ſit, quid haec ad vitam membra pertinent? quid ipſa facies? Magis illa, cerebrum, cor, pulmones, jecur: haec enim ſunt domicilia vitae. Oris quidem habitus ad vitae firmitatem nihil pertinet. At eos vituperabas, qui ex operibus 36
magni-

4 *Quaſi ſortiri quid loquare*] *Xenophon* Cyrop. lib. I. pag. 84. Ἡ γε ἀνθρωπίνη σοφία οὐδὲν μᾶλλον οἶδε τὸ ἄριστον αἱρεῖσθαι, ἢ εἰ ΚΛΗΡΟΥΜΕΝΟΣ, ὅ, τι λάχοι, τοῦτό τις πράττοι. Hunc locum, ex libro ſibi familiari ſumtum, noſter videtur imitatus. *Idem.*

5 *Quia nec* ſpeciem nec uſum alium *quinque deſiderant*] Hunc locum mendo laborare vidit ampliſſ. *Boherius*; nec malè quidem, ut arbitror, reſcribendum putavit vir ille doctus, *quia nec* ſpecie nec uſu *alium quinque deſiderant.* Forſan etiam non incommodè reponi poſſit, *quia nec ſpeciem nec uſum* alîus *quinque deſiderant.* *Alius* in gignendi caſu ponitur. *Idem.*

6 Feminibus, *cruribus*] *Elienſ. Lincoln.* & Reg. à prima manu, *femoribus*, quod idem valet. *Idem.*

magnificis atque praeclaris, cùm ipſum mundum, cùm ejus membra, caelum, terras, maria, cúmque horum inſignia, ſolem, lunam, ſtellaſque vidiſſent, cúmque temporum maturitates, mutationes, viciſſitudineſque cognoviſſent, ſuſpicati eſſent aliquam excellentem eſſe praeſtantemque naturam, quae haec feciſſet, moveret, regeret, gubernaret. Qui, etiam ſi aberrant à conjectura, video tamen quid ſequantur. Tu quod opus tandem magnum & egregium habes, quod effectum divina mente videatur, ex quo eſſe Deos ſuſpicere? Habebam, inquis, in animo inſitam informationem quandam Dei; & barbati quidem Jovis, [1] galeatae Minervae. Num igitur eſſe tales putas? Quanto meliùs haec vulgus imperitorum? qui non membra ſolùm hominis Deo tribuunt, ſed uſum etiam membrorum;

1 *Galeata Minerva*] Etiam in nummis argenteis & aureis, *galeatam Minervam* exprimebant veteres; quales nummos duos vidi apud *Erricum Memmium* V. C. & *Cl. Teveninum*, hominem antiquitatis R. periſſimum; quos quia commemoravi & deſcripſi in Commentariis in *Corn. Nepotem*, in Alcibiade, ego hic de iis plura non ſcribam. *Lambinus.*

2 *Ægyptii, nullam beluam, niſi ob aliquam utilitatem*] Tres præcipuè rationes memorantur, cur animalia coluerint Ægyptii. Eas recenſet *Diodorus Siculus* lib. I. pag. 77. & ex eo *Euſebius* Præp. Evang. lib. II. cap. I. Primam tangunt *Lucianus* de Sacrif. Tom. I. pag. 369. & *Artemidorus* Oneir. lib. I. cap. 9. Tertium, noſter. Sic etiam *Diogenes Laërtius* Procem. §. XI. Τὰ εὔχρηστα τῶν ζώων Θεοὺς ἐδόξασαν. *Plutarchus* de Iſid. & Oſid. Tom. II. pag. 353. de Ægyptiis ſic loquitur: Οὐδὲν γὰρ ἄλογον, οὐδὲ μυθῶδες, οὐδ' ὑπὸ δεισιδαιμονίας — ἐγκατεστοιχειοῦτο ἱερουργίαις, ἀλλὰ τὰ μὲν ἠθικὰς ἔχοντα καὶ ΧΡΕΙΩΔΕΙΣ αἰτίας, τὰ δὲ οὐκ ἄμοιρα κομψότητος ἱστορικῆς ἢ φυσικῆς ἐστιν. Davies.

3 *Conſecraverunt. Ibes maximam*] Libri veteres habent, *conſecraverunt.* VELUT *Ibes maximam.* Quæ ſcriptura cur rejicienda ſit, non video. *Lambinus.*

Ibid. *Velut Ibes*, quæ *maximam vim ſerpentium conficiunt — avertunt peſtem*]. Vulg. *velut Ibes maximam vim* &c. omiſſa voce tertia, quam non modo σύνταξις poſtulat, ſed exhibent etiam MSSti *Wower.* & *Reg.* à ſecunda manu. De re ipſa ſic *Ælianus* H. A. lib. II. cap. 38. Αἱ δὲ

ἴβεις

brorum: dant enim arcum, ſagittas, haſtam, clypeum, fuſcinam, fulmen; &, ſi, actiones quae ſint Deorum, non vident, nihil agentem tamen Deum non queunt cogitare. Ipſi, qui inridentur, [2] Aegyptii, nullam beluam, niſi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, conſecraverunt. [3] Velut ibes; quae maxumam vim ſerpentium conficiunt, cùm ſint aves excelſae, cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro; avertunt peſtem ab Aegypto, cùm volucris anguis ex vaſtitate Libyae vento Africo [4] invectas interficiunt atque conſumunt: ex quo fit, ut illae, nec morſu vivae noceant, nec odore mortuae. [5] Poſſum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: ſed nolo eſſe longus. Ita concludam tamen, beluas à barbaris propter beneficium conſecratas: veſtrorum Deorum

ἴβεις (Ἴβιες) τοὺς ἐξ Αἰθιοπίας κατὰ τὴν τοῦ Νείλου ἐπίκλυσιν ἀφικνουμένους (πτερωτοὺς ὄφεις) ἀπαντῶσαι διαφθείρουσιν. Non verò Libycos tantum ſerpentes, ſed & Arabicos conficiunt aves illæ beneficæ, ut paullò ante tradit Sophiſta Præneſtinus. *Ammianus Marcellinus* lib. XXII. pag. 231. *Occurrunt eadem volucres* (Ibes) *pinnatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus venena malignantes, eoſque, antequam finibus ſuis excedant, prœliis ſuperatos aëriis vorant.* Vide & *Herodotum* lib. II. c. 75. *Diodorum Siculum* lib. I. pag. 78. & *Plinium* H. N. lib. X. cap. 28. Porro Scholiaſtes *Juvenalis* ad Satir. XV, 3. legit *veluti ibin. Ibes maxumam* &c. *Davies.*

4 Invectas *interficiunt --- ex quo fit ut* illæ *nec morſu* vivæ *noceant, nec odore* mortuæ] Fruſtrà Cl. *Boherius* reponit, invectos *interficiunt --- ex quo fit ut* illi *nec morſu* vivi *noceant, nec odore* mortui. Lectionem vulgatam ſervat Scholiaſtes *Juvenalis* ad Satir. XV, 3. ut & omnes *Tullii* Codices. Hi verò ſemper ſunt ſequendi, niſi vel ſenſus obſtat, vel Latinitas, vel auctorum veterum teſtimonia. *Idem.*

5 *Poſſum de* ichneumonum *utilitate, de* crocodilorum, *de* felium *dicere*] *Euſebius* Præp. Evang. lib. II. cap. 1. pag. 49. Τὸν μὲν Αἴλουρον πρὸς τὰς ἀσπίδας εὔθετον ὑπάρχειν καὶ τὰ ἄλλα δηλητὰ τῶν ἑρπετῶν· τὸν δὲ Ἰχνεύμονα, τὰ τῶν Κροκοδείλων ᾠὰ συντρίβειν, ἀναιρεῖν τε καὶ τοὺς Κροκοδείλους πηλῷ κυλιόμενον, καὶ ἐπιπηδῶντα κεχηνόσι τοῖς στόμασι, διαφαγόντα τε αὐτῶν τὰ ἐντὸς τῆς κοιλίας, νεκροὺς ἀποσφάζειν. Et pag. 50. Τὸν δὲ κροκόδειλον

Deorum non modò beneficium nullum extare, 37 ſed ne factum quidem omnino. *Nihil habet*, inquit, *negotii.* Profectò Epicurus, quaſi pueri delicati, nihil ceſſatione melius exiſtumat. At ipſi tamen pueri, etiam cùm ceſſant, exercitatione aliqua ludicra delectantur: Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere, ut, ſi ſe commoverit, vereamur ne beatus eſſe non poſſit? Haec oratio non modò Deos ſpoliat motu & actione divina, ſed etiam homines inertes efficit; ſi quidem agens aliquid, ne Deus quidem, eſſe

κόδειλον σέβεσθαί φασι διὰ τὸ μὴ τολμᾷν διανήχεσθαι τὸν Νεῖλον τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας καὶ Λιβύης λῃστὰς, τῶν Κροκοδείλων χάριν &c. Hæc omnia, nè plures memorem, latius diducta legas apud *Diodorum Siculum* Bibl. lib. I. pagg. 78, 80. *Davies.*

1 *Qua deinde* actio *vita*] Cl. *Boherio* placet *ratio vita*; quòd Epicuri ſententia *Deos ſpoliat motu & ACTIONE divina.* Inter ſe tamen his locis benè convenit, nam *actio vita* ſimpliciter vitam, vel, ſi mavis, rationem vitæ denotat; ut *agere vitam* eſt vivere. Vide ſis hujuſce libri cap. 1. *Idem.*

2 *Utatur enim ſuis benis oportet, fruatur*] Vulgò *& fruatur*: nos verò conjunctionem delevimus, quam reſpuunt *Pall. Victor. Med.* ac *Lincoln.* Sanè Juris conſultis *uti frui* ſine copula paſſim dicitur. Sic Digg. lib. VII. Tit. 1. leg. 1. *Uſus fructus eſt jus alienis rebus* utendi fruendi, *ſalva rerum ſubſtantia.* Quæ verba repetit *Juſtinianus* Inſt. lib. II. Tit. IV. §. 1. *Idem.*

3 *Superior aër*] Antiqui libri, & *ſuperius aër*, & *ſupremum aër* habent. Ego rectius legi putarem, *ſuperiorem aër*; ut ſubaudiatur, *locum teneat*; vel etiam, *ſuperior aëri*; ut inſequens membrum ſpectet. *P. Manucius.*

Ibid. *Superior aëri; ignibus altiſſima ora reddatur*] Sic omninò legendum eſt, & ita olim edideram; ita denique multis antè annis in meo Codice emandaram; quod idem & *Manutio* venit in mentem. Nam vulgata lectio, *ſuperior aër*, ferri non poteſt. Nihilo magis illa, quam tamen *Manutius* non improbat, *ſuperiorem aër*, ut ſubintelligatur, inquit ille, ſeu potius, ut repetatur ἀπὸ κοινοῦ, *locum teneat*; non poteſt enim illud, *locum teneat*, ſubintelligi, quia interpoſitum eſt, *hanc inundet aqua.* Lambinus.

Ibid. *Superior* ætheri] *Manucii Lambini*que conjecturam non admiſi; nam *Reg. Lincoln.* & *Bonon.* 1494. *ſupremum æther*: in Codd. autem *Victor. Pall. Elienſ.* & *Med.* legitur *ſuperior æther*, prout ediderat *Gruterus*; unde reſcribendum, *ſuperior* AETHERI. *Æther* certè pro *aëre* non rarò ponitur. *Lucretius* lib. II. p. 275.

Humor ad humorem, terreno corpore terra
Creſcit, & ignem ignes procudunt, ætheraque æther.

Virgilius

eſſe beatus poteſt. Verùm ſit ſanè, ut voltis, Deus, effigies hominis & imago: quod ejus eſt domicilium? quae ſedes? qui locus? [1]quae deinde actio vitae? quibus rebus, id quod voltis, beatus eſt? [2]utatur enim ſuis bonis oportet, fruatur, qui beatus futurus eſt: nam locus quidem his etiam naturis, quae ſine animis ſunt, ſuus eſt cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua; [3] ſuperior aetheri, ignibus altiſſima ora reddatur. Beſtiarum autem terrenae ſunt aliae, partim aquatiles, aliae quaſi ancipites,

Virgilius de Scylla Georg. I, 406.

> *Quacunque illa levem fugiens ſecat* æthera *pennis.*

Vide & vſ. 409. Æn. V, 695. ac ibi *Servium*. *Ovidius* de Nyctimene Met. II, 594.

> ——*Tenebriſque pudorem*
> *Celat, & à cunctis expellitur* æthere *toto.*

Lactantius lib. I. cap. 5. *Cleanthes & Anaximenes* æthera *dicunt eſſe ſummum Deum*; cum noſter ſuprà cap. X. & alii omnes tradant, Anaximenem AERA Deum ſtatuiſſe. Vide *Clementem* Alex. Protrep. pag. 19. *Claudianus* de Raptu Proſ. lib. I, 251.

> ——*Incanduit* AETHER;
> *Egit flamma polum; fluxit mare; terra pependit.*

Ubi non erat, cur *J. F. Gronovio* contrà MSStorum fidem placeret AER. Pariter Græci. *Heſychius*: *Αἰθέρος, ἀέρος.* *Homerus* Iliad. Π, 364.

> Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Οὐλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω
> ΑἸΘΕ´ΡΟΣ ἐκ δίης, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνει.

Ad quem locum Scholiaſtes; Πῶς αἰθέρος; τὰ γὰρ νέφη ταῦτα ἀεὶ τὸ ἀέρος συμβέβηκε. Τάχα ἂν συγχεῖται ὁ ἈΗ´Ρ πρὸς τὸ ἈΙΘΕ´ΡΑ. Dein laudat Il. Λ, 54. & Ο, 192. *Æſchylus* Prom. Vinct. vſ. 125.

> ——ἈΙΘΗ´Ρ δ' ἐλαφραῖς
> Πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει.

Sic & vſ. 280. *αἰθέρα ἁγνὸν* vocat πόρον οἰωνῶν. Vide & vſ. 394. *Apollonius* Rhodius Argon. lib. II, 286.

> ---Κατὰ δ' ἈΙΘΕ´ΡΟΣ ἆλτο
> Οὐρανόθεν----.

Adi etiam lib. III, 1264. & Scholiaſten in *Ariſtophanis* Nub. vſ. 570. Nec ſoli Poëtæ ſic loquuntur, ſed etiam philoſophi. *Maximus Tyrius* Diſſ. I. Τοῦτο *μὲν κατ' οὐρανὸν αἱ ἀστέρων φύσεις· τοῦτο δ' αὖ κατ'* ἈΙΘΕ´ΡΑ *αἱ δαιμόνων οὐσίαι.* Ubi *αἰθὴρ* aerem denotat: cum medii Dii *in* AERIS *plagis terræ conterminis nec minus confinibus cælo perinde verſentur.* Verba ſunt *Apuleii* de Deo Socr. pag. 677. Idem *Maximus* de Ariſtea Diſſ. XXVIII. Ἡ δὲ ψυχὴ ἐκδῦσα τοῦ σώματος ἐπλανᾶτο ἐν τῷ ΑἸΘΕ´ΡΙ, ὄρνιθος δίκην. Et alibi paſſim. Vide & *Hieroclem* in Aur. Carm. III. pag. 40, 42. In aliis quidem *Tullii* locis *ἰσοδυναμοῦσιν æther & cælum.* At verbis eandem poteſtatem ſemper non ſubjiciunt accuratiſſimi ſcriptores: quapropter ſequenda videtur Codicum fides. *Davies.*

1 *Quà*

cipites, in utraque ſede viventes: ſunt quaedam etiam, [1] quae igne naſci putentur, appareantque in ardentibus fornacibus ſaepe volitantes. Quaero igitur, veſter Deus primùm ubi habitet: deinde quae cauſſa eum loco moveat; ſi modò movetur aliquando: [2] poſtremò, cùm hoc proprium ſit animantium, ut aliquid appetant, quod ſit naturae accommodatum; Deus quid appetat: ad quam denique rem [3] motu mentis ac rationis utatur: poſtremò, quo modo beatus ſit, quo modo aeternus: quicquid enim horum adtigeris, ulcus eſt. Ita malè inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. Sic enim dicebas, [4] ſpeciem Dei percipi cogitatione, non ſenſu: nec eſſe in ea ullam ſoliditatem, neque eandem ad numerum permanere, eamque eſſe ejus viſionem, ut ſimilitudine & tranſitione cernatur, neque deficiat umquam ex infinitis corporibus ſimilium acceſſio:

1 *Quæ* igne *naſci putentur*] MS. P. habet *igni*, unde *Gulielmius* conjicit *igni enaſci*; at *Lambino* placet *ex igne naſci*. Legendum credo, *quæ* IN *igne*, vel *igni*, *naſci putentur*. *Ariſtoteles* H. A. lib. V. cap. 19. Ἐν δὲ Κύπρῳ ------ γίνεται θηρία ἘΝ ΤΩ͂Ι ΠΥΡΙ͂ τῶν μεγάλων μυιῶν μικρόν τι μείζονα, ὑπόπτερα, ἃ διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζει καὶ πηδᾷ. *Apuleius* de Deo Socr. pag. 678. *Ariſtoteles auctor eſt in fornacibus flagrantibus quædam propria animalia pennulis apta volitare totumque ævum ſuum* IN IGNI *diverſari* &c. Hæc animalia *pyralidas* ſeu *pyrauſtas* vocata fuiſſe docet *Plinius* H. N. lib. XI. cap. 36. Vide & *Cl. Salmaſium* Exerc. Plinian. pag. 177. *Davies.*

2 Poſtremo, *cum hoc proprium ſit*] Ad finem quæſtionum ſuarum non adhuc pervenit *Cicero*; nam paullò infra quærit, POSTREMO, *quomodo beatus ſit, quomodo æternus*. Mihi vix dubium videtur, quin hic reponendum ſit, POST VERO, *cùm hoc proprium ſit* &c. *Idem.*

3 *Motu mentis ac* rationis *utatur*] Nihil aliud eſt ratio quam motus mentis. Noſter lib. III. cap. 27. *Haud ſcio an melius fuerit humano generi* motum *iſtum celerem* cogitationis, *acumen*, *ſolertiam*, quam rationem vocamus, ------ *non dari omninò*. Et cap. 28. *Quæ enim libido ſine* animi motu *& cogitatione*, id eſt, ratione, *perficitur*. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. VI. cap. 17. *Vis & ratio ejus* (mentis) *in motu eſt* --- *cum* cogitatio *ipſa nihil aliud ſit quam* mentis agitatio. Repones igitur ex *Cantab.* & *Elienſ.*

acceſſio: ex eoque fieri, ut in haec intenta
mens noſtra, beatam illam naturam & ſempiter-
nam putet. Hoc, per ipſos Deos de quibus lo- 38
quimur, quale tandem èſt? nam ſi tantummo-
dò ad cogitationem valent, nec ullam habent
ſoliditatem nec eminentiam; quid intereſt, u-
trùm de hippocentauro an de Deo cogitemus?
Omnem enim talem conformationem animi ce-
teri philoſophi motum inanem vocant: vos au-
tem adventum in animos & introitum imagi-
num dicitis. Ut igitur Ti. Gracchum cùm vi-
deor concionantem in Capitolio videre, [5] de M.
Octavio deferentem ſitellam, tum eum motum
animi dico eſſe inanem: tu autem & Gracchi
& Octavî imagines remanere, quae, in Capito-
lium cùm pervenerint, tum ad animum meum
referantur. [6] Hoc idem fieri in Deo, cujus cre-
bra facie pellantur animi; ex quo eſſe beati, at-
que

Elienſ. uno, *motu mentis ac* RATIONE *statur.* Idem.

4 *Speciem Dei percipi* &c] Vide ſupra cap. XVIII. & *Laertium* lib. X. §. 139. quem emendat *Gaſſendus* Op. Tom. IV. pag. 129. *Idem.*

5 *De M. Octavio deferentem ſitellam*] Quidam hic *ciſtellam* legi volunt, ut in Lib. I. ad Herennium; aut illic quoque legendum *ſitellam*, quod malo. *Lambinus.*

Ibid. *De M. Octavio deferentem ſitellam*] De ſitellâ, in quam ſuffragia conjiciebantur, mentio eſt in lege Servilia, cujus extant apud me fragmenta quædam. *Eamque. ſortem. ex. hace. lege. apertam. bracioque. aperto. litteram. digiteis. opertam. palam .... nudat. cauſa. ad. ſitellam. ſorti. veniet. is. in. eam. ſitellam. manum. demittito. tam. devexam. populo.* &c. *Urſinus.*

Ibid. *De M. Octavio deferentem ſitellam*] Ut ei tribunatum plebis ſuffragio ſuo populus abrogaret, quòd agrariæ Legi, quam tulit Gracchus, intercederet. Hiſtoriam narrant *Plutarchus* in Gracchis pag. 829. & *Appianus* Bell. Civ. lib. I. pag. 609. ſeq. De ſitella verò veterum loca collegit *Hadr. Turnebus* Adverſ. lib. XIII. cap. 13. *Davies.*

6 *Hoc idem fieri* in Deo ---- *ex quo eſſe* beati atque æterni *intelligantur*] A ſingulari numero ad pluralem tranſiit. Sic *Seneca* de Provid. cap. 2. *Miraris tu, ſi* Deus *ille bonorum amantiſſimus* ------ *fortunam illis, cùm quâ exerceantur aſſignat! Ego verò non miror, ſi quando impetum* CAPIUNT *ſpectandi magnos viros, colluctantes cum*

aliqua

que aeterni intelligantur. Fac imagines eſſe, quibus pulſentur animi. Species dumtaxat objicitur quaedam: num etiam cur ea beata ſit? cur aeterna? Quae autem iſtae imagines veſtrae, aut unde? A Democrito omnino haec licentia. Sed & ille reprehenſus à multis eſt, nec vos exitum reperitis: totaque res vacillat & claudicat. Nam quid eſt, quod minùs probari poſſit, quàm omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numae, Pythagorae, Platonis, [1] nec ex forma, qua illi fuerunt? quomodo ergo illi? & quorum imagines? [2] Orpheum poetam docet Ariſtoteles numquam fuiſſe, & hoc [3] Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujuſdam

aliqua calamitate. *Gaudentius* Serm. VIII. p. 86. *Cave ſolum ut aliter non* delinquas, *id eſt*, (ſic rectè MSSti) *ut à fornicationibus* fugias *jam fidelis factus. Hac autem cuſtodire ita demum* POTERITIS, *ſi ebrietatem devitetis* &c. *Iamblichus* vit. Pyth. §. LXXXIV. Μηδὲ ἈΛΕΚΤΡΥΌΝΑ λευκὸν θύειν. ἹΚΈΤΗΣ γὰρ, ἱερὸς τοῦ μηνός· διὸ ϗ ΣΗΜΑΊΝΟΥΣΙΝ ὥραν. Non enim erat cur *Æg. Menagius* ad *Diogenis Laertii* VIII, 34. maluerit σημαίνει τὴν ὥραν. Iterum §. CLXXV. Μηδέποτε λήθην ἔχειν πρὸς τὸ ΘΕΙ͂ΟΝ ὁσιότητός τε, ϗ θεραπείας, ἀλλ' ἀεὶ τίθεσθαι περὶ τῆς διανοίας, ὡς ἘΠΙΒΛΈΠΟΝΤΑΊ τε ϗ ΠΑΡΑΦΥΛΆΤΤΟΝΤΑΙ τὴν ἀνθρωπίνην ἀγωγήν. *Plutarchus* περὶ ἀοργησίας pag. 459. A. Αὐτοὺς δ' ἡμᾶς οὐ πολλάκις ἐκφοβεῖ τὸ κολάσαι πλημμελήσαντα ΔΟΥ͂ΛΟΝ· ἈΠΟΔΙΔΡΆΣΚΟΥΣΙ γὰρ τὰς ἀπειλὰς ϗ τοὺς λόγους ΔΕΊΣΑΝΤΕΣ. Vide ſis *Ælianum* V. H. lib. I. cap. 4. *Origenem* contra Celſum lib. II. pag. 68. & *Philoſtratum* vit. Apollonii lib. I. cap. XI. *Davies.*

1 *Nec ex forma, qua illi fuerunt*] Reponendum credo *nec* EÂ *forma*, quomodo *Lambinum* conjeciſſe jam video. *Idem.*

2 *Orpheum poëtam docet Ariſtoteles numquam fuiſſe*] Hæc verba non ſignificant nullum fuiſſe Orphea. Volunt tantum poëmata, quæ ſunt Orpheo tributa, falſo nomen ejus præ ſe tuliſſe. Vide præſtantiſſimum *J. A. Fabricium* Bibl. Græc. lib. I. cap. 18. *Ariſtoteles* certè lib. I. de Anima cap. V. pag. 386. non obſcurè docet, quæ fuerit ejus de Orphicis carminibus ſententia. Τοῦτο δὲ πέπονθεν, inquit, ϗ ὁ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ΚΑΛΟΥΜΈΝΟΙΣ ἔπεσι λόγος. Locus tamen, ad quem reſpexit noſter, jamdudum periit. *Idem.*

3 *Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujuſdam fuiſſe* Cerdonis] Poſtrema hæc dictio in MSStis inquinatior eſt; habent enim meliores CERCONIS. Alii autem adhuc depravatius

dam

tius

dam fuiſſe Cercopis. At Orpheus, id eſt, imago ejus, ut vos voltis, in animum meum ſaepe incurrit. Quid, quòd ejuſdem hominis in meum aliae, aliae in tuum? [4] quid, quòd earum rerum, quae numquam omnino fuerunt, neque eſſe potuerunt, ut Scyllae, ut Chimaerae? quid, quòd hominum, locorum, urbium earum, quas numquam vidimus? quid, quòd, ſimulac mihi conlibitum eſt, praeſtò eſt imago? quid, quòd etiam ad dormientem [5] veniunt invocatae? To- 39
ta res, Vellei, nugatoria eſt. Vos autem non modò oculis imagines, ſed etiam animis inculcatis. [6] Tanta eſt impunitas garriendi. At quàm licenter? [7] Fluentium frequenter tranſitio fit

tius. Legi apud *Suidam*, in dictione Ὀρφεὺς, cum de his verſibus loqueretur, hæc verba; *Λέγονται δὲ εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ· οἱ δὲ* ΚΕΡΚΩΠΟΣ *τοῦ Πυθαγορείου.* Quare & ex antiquis veſtigiis & ex Græcorum teſtimonio CERCOPIS, non CERDONIS, puto eſſe legendum. *Victorius.*

Ibid. *Orphicum carmen Pythagorei* ferunt *cujuſdam fuiſſe* Cercopis] Plures MSSti *Cerdonis*; alii *Certonis* & *Cerconis*. Leg. *Cercopis*, ut dudum vidêrunt eruditi. MS. autem *Med.* exhibet *Orphicum carmen Pythagorei* FERTUR *cujuſdam* &c. ac ita legendum credo: alioquin enim non conſtat utrum Pythagorei carmen Orphicum Cercopi tribuerint, an verò Cercops ipſe fuerit Pythagoreus. Hoc autem modo tollitur orationis ambiguitas. *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. I. pag. 144. *Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως* ΚΕΡΚΩΠΟΣ *εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν, καὶ τὸν ἱερὸν λόγον.* Sic & *Suidas* in Ὀρφεὺς. *Davies.*

[4] *Quid quod earum rerum, quæ numquam omninò fuêrunt* &c] His ſcrupulis occurrere conatur *Lucretius* lib. IV, 735, 780. *Idem.*

[5] *Veniunt* invocatæ] *Elienſis* unus, *non vocatæ*, quod ex interpretatione natum. *Corn. Nepos* Cimone cap. IV. *Quos* INVOCATOS *vidiſſet in foro, omnes devocaret.* *Terentius* Eunuch. Act. V. Sc. IX, 29. *Tua domus, Te præſente, abſente, pateat,* INVOCATO *ut ſit locus ſemper.* Eadem vocis poteſtas apud *Plautum* Captiv. Act. I. Sc. I, 2. & *Arnobium* lib. V. pag. 169. *Idem.*

[6] *Tanta eſt impunitas garriendi.* At quàm licenter?] *Elienſ.* unus *ad quam licentiam.* Omninò legerim, *tanta eſt impunitas garriendi atque licentia!* Sic *impunitatem* & *licentiam* junxit noſter pro Milone cap. XXXI. *Idem.*

[7] *Fluentium* frequenter *tranſitio fit viſionum*] Lege *fluentium* CONTI-

NENTER

ſit viſionum, ut è multis una videatur. Puderet me dicere non intelligere, ſi vos ipſi intelligeretis, qui iſta defenditis. [1] Quomodo enim probas, continenter imagines ferri? aut, ſi continenter, quo modo aeternae? Innumerabilitas, inquis, ſuppeditat atomorum. [2] Num eadem ergo iſta facient, ut ſint omnia ſempiterna? Confugis ad aequilibritatem: ſic enim ἰσονομίαν, ſi placet, appellemus: & ais, *quoniam ſit natura mortalis, inmortalem etiam eſſe oportere.* Iſto modo, quoniam homines mortales ſunt, ſint aliqui inmortales: & quoniam naſcuntur in terra, naſcantur & in aqua. [3] *Et quia ſunt quae interimant, ſint quae conſervent.* Sint ſanè: [4] ſed ea conſervent, quae ſunt: Deos iſtos eſſe non ſentio. Omnis tamen iſta rerum effigies ex individuis quo modo corporibus oritur? quae etiam

NENTER *tranſitio ſit viſionum*; nam ſecundum Epicurum,

Nec mora nec requies inter datur ulla fluendi.

ut ait *Lucretius* IV, 228. Hinc paullò poſt quærit Cotta: *quomodo autem probas* CONTINENTER *imagines ferri?* Vide & *Auguſtinum* Epiſt. CXVIII. n. 27. *Davies.*

1 *Quomodo* enim *probas*] *Elienſis* unus, *quomodo* autem *probas*, quod melius. *Idem.*

2 *Num* eadem *ergo* iſta *facient*] Legendum, *num* eædem *ergò* iſtæ *facient*; de *Atomis* enim agitur, quæ vox eſt generis feminini. Vel potius, quod Cl. *Walkerus* monuit, *num eadem ergò iſta faciet*; ut ad *innumerabilitatem* referantur illæ voces. *Idem*

3 *Et quia ſunt qua interimant,* SINT *qua conſervent*] Leg. ESSE *qua conſervent.* Nam verba *Velleii* ſunt, & à ſuperioribus pendent. Vide cap. 19. *Idem.*

4 *Sed ea conſervent, qua ſunt*] Videtur legendum, *ſed ea* quæ *conſervent, qua ſunt?* Urſinus.

Ibid. Mihi ſana videtur Codicum lectio. Sint, inquit, quæ conſervent: ſed eæ res conſervent quæ reverà ſunt & exiſtunt: Deos iſtos in rerum natura eſſe non ſentio. *Davies.*

5 *Voluptatum, credo; nempe ad corpus pertinentium*] Vulg. ſic locum diſtinguunt: *Voluptatum. Credo: nempe ad corpus pertinentium.* Sed, cùm ea interpunctio ſit incommoda, nos *Bonon.* 1494. & *Victor.* ſecuti ſumus. *Idem.*

6 *Non arbitror te, Vellei, ſimilem eſſe Epicureorum reliquorum, quos pudeat*] *D. Lambinus*, particulam negativam

etiam ſi eſſent, quae nulla ſunt; pellere ſe ipſa, & agitari inter ſe concurſu fortaſſe poſſent: formare, figurare, colorare, animare non poſſent. Nullo igitur modo inmortalem Deum efficitis. Videamus nunc de beato. Sine virtute 40
certè nullo modo: virtus autem actuoſa: & Deus veſter nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem. Quae ergo vita? Subpeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu. Quorum tandem bonorum? [5] voluptatum, credo; nempe ad corpus pertinentium: nullam enim noviſtis, niſi profectam à corpore, & redeuntem ad corpus, animi voluptatem. [6] Non arbitror te, Vellei, ſimilem eſſe Epicureorum reliquorum, [7] quos pudeat earum Epicuri vocum, quibus ille teſtatur, ſe ne intelligere quidem ullum bonum, quod ſit ſejunctum à delicatis

tivam deeſſe ratus, voluit, *quos* NON *pudeat*. His non aſſenſus eſt *Gruterus*, Pall. ſuis ſerviliter addictus. Ego verò particulam negantem, non adjiciendam, ſed ab orationis principio arceſſendam cenſeo; locum enim ſic conſtituo: *Arbitror te, Vellei, ſimilem eſſe Epicureorum reliquorum, quos* NON *pudeat* &c. Nam reliquorum Epicureorum numero Velleium eximere non voluit Cotta. Si is eſſet ejus animus, eum his verbis non alloqueretur, *quem cibum, quos tactus, quos odores adhibebis ad Deos, ut eos perfundas voluptatibus?* Illos autem magiſtri ſui non piguit. Hinc cùm *Cicero* de Fin. II, 3. Torquatum interroget, *An hac ab eo* (Epicuro) *non dicuntur?* Ille, *Quaſi verò me* PUDEAT, *inquit, iſtorum, aut non poſſim, quemadmodum ea dicantur, oſtendere.*

Themiſtius Orat. XXIII. pag. 287. Ἄλλῳ δὲ φιλοσόφῳ ἄλλοι νόμοι εἰσὶν, ὁπόσους συνέγραψεν ὁ ἀρχηγέτης τῶν λόγων --- ὅτῳ δὲ μέλλει (Leg. μέλει) ὁ κῆπος, ὁπόσους Ἐπίκουρος ὁ Νεοκλέους· καθάπερ Σόλωνος μὲν τῷ Ἀθηναίῳ, Λυκούργου δὲ τῷ Σπαρτιάτῃ. Vide ſis & *Æg. Menagium* ad *Diogenis Laertii* lib. X. §. 9. *Idem.*

[7] *Quos* non *pudeat* earundum *Epicuri vocum*] Veneti, *quos pudeat earum Epicuri vocum*, ut intelligendum ſit, Velleium admodum fortem Epicureum fuiſſe, qui nihil vereretur proloqui omnium, quæ à magiſtro didiciſſet. Sed mihi ita hic aliquando locus eſſe legendus viſus, QUIN *pudeat earum* tandem *Epicuri vocum*. Camerarius.

licatis & obſcaenis voluptatibus: [1] quas quidem, non erubeſcens, perſequitur omnes nominatim. Quem cibum igitur, aut quas potiones, aut quas vocum aut florum varietates, aut quos tactus, quos odores adhibebis ad Deos, ut eos perfundas voluptatibus? At poetae quidem, nectar, ambroſiam, epulas comparant, & aut Juventatem, aut Ganymedem pocula miniſtrantem. Tu autem, Epicure, quid facies? neque enim, unde habeat iſta Deus tuus, video; nec, quomodo utatur. Locupletior igitur hominum natura ad beatè vivendum eſt, quàm Deorum, quòd pluribus generibus fruitur voluptatum. At has leviores ducis voluptates, quibus quaſi [2] titillatio (Epicuri enim hoc verbum eſt) adhibetur ſenſibus. Quouſque ludis? nam Philo etiam noſter ferre non poterat, aſpernari Epicureos, molles & delicatas voluptates: ſumma enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri ſententias, his ipſis verbis, quibus erant ſcriptae. Metrodori verò, [3] qui eſt Epicuri collega ſapientiae, multa in-

1 *Quas quidem, non erubeſcens, perſequitur omnes nominatim*] In libro περὶ τέλους. Græca nobis ſervavit *Athenæus* lib. VII. pag. 280. Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. Hæc & alibi repetit. Adi quæ notavimus ad Tuſc. III, 18. *Davies.*

2 *Titillatio*] Γαργαλισμός. *Cleomedes* Κυκλ. Θεωρ. lib. II. pag. 250. ed. Baſil. Καὶ τὰ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν αὐτῷ διεφθορότα ἐστὶ σαρκὸς εὐσταθῆ καταστήματα --- καὶ ἱερὰ ἀνακραυγάσματα καὶ ΓΑΡΓΑΛΙΣΜΟΥΣ σώματος. Vide & *Athenæum* Deipnoſ. lib. XII. pag. 546. E. *Idem.*

3 *Qui eſt Epicuri collega ſapientiæ*] Reg. habet, *qui eſt Epicuri collega* vel ſapientior *ſapientiæ*. Ex Archetypi Codicis ora voces eas recepit Librarius, quæ variam ſolùm lectionem denotabant. Et uterque quidem Elienſis ac *Med.* exhibent, *qui eſt Epicuri collega* ſapientior. At verò longè præſtat vulgata; quod ii demum intelligerent

inpudentiora recitabat: accuſat enim Timocratem, fratrem ſuum, Metrodorus, quòd dubitet omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri: neque id ſemel dicit, ſed ſaepius. Adnuere te video: nota enim tibi ſunt. Proferrem libros, ſi negares. Neque nunc reprehendo, quòd ad voluptatem omnia referantur; alia eſt ea quaeſtio: ſed doceo, Deos veſtros eſſe voluptatis expertes: ita veſtro judicio ne beatos quidem. At dolore vacant. Satin' eſt 41
id ad illam abundantem bonis vitam beatiſſimam? Cogitat, inquiunt, aſſiduè beatum eſſe ſe: habet enim nihil aliud, quod agitet in mente. Comprehende igitur animo, & propone ante oculos, Deum nihil aliud in omni aeternitate, niſi, *Mihi pulchrè eſt*, &, *Ego beatus ſum*, cogitantem. Nec tamen video, [4] quo modo non vereatur iſte Deus beatus, ne intereat, cùm ſine ulla intermiſſione pulſetur agiteturque atomorum incurſione ſempiterna, cumque ex ipſo [5] imagines ſemper affluant. Ita nec beatus eſt

telligent, qui nôrunt, Epicurum, ſeſe pariter & Metrodorum ſapientes nominaſſe. Vide *Ciceronem* Fin. lib. II. cap. 3. *Idem*.

4 *Quomodo non vereatur iſte Deus beatus, nè intereat*] *Reg. Med. Bonon.* 1494. & ex editis multi, duabus ultimis vocibus omnino prætermiſſis, dant, *quomodo* VIDEATUR *iſte Deus beatus*. *Pal.* autem ſec. *Quomodo non moveatur iſte Deus, cum ſine ulla intermiſſione pulſetur*; quod à re, quam agit *Tullius*, eſt alienum, licet id huic loco aptum putet *Grutérus*. Mihi præ ceteris arridet vulgata: quam tuetur *Auguſtinus* Epiſt. CXVIII. n. 30. Certè ſtatuit Epicurus ea tantum

-------durare ætatem poſſe per omnem,
Plagarum quæ ſint expertia, ſicut inane eſt
Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum.

Verba ſunt *Lucretii* lib. III, 812. *Idem*.

5 *Imagines ſemper affluant*] Sic legit *Auguſtinus* Epiſt. CXVIII. n. 30. *Lambinus* tamen ex conjectura repoſuit, *ſemper ad nos affluant*. At hoc

eſt veſter Deus, nec aeternus. At etiam de ſanctitate, de pietate adverſus Deos, libros ſcripſit Epicurus. At quo modo in his loquitur? ut Coruncanium, aut Scaevolam, pontifices maxumos, te audire dicas: non eum, qui ſuſtulerit omnem funditus religionem: [1] nec manibus, ut Xerxes, ſed rationibus Deorum inmortalium templa & aras everterit. Quid eſt enim, cur Deos ab hominibus colendos dicas, cùm Dî non modo [2] homines non colant, ſed omnino nihil curent, nihil agant? At eſt eorum eximia quaedam praeſtanſque natura, ut ea debeat ipſa per ſe ad ſe colendam elicere ſapientem. An quicquam eximium poteſt eſſe in ea natura, quae ſua voluptate laetans, nihil nec actura ſit umquam, neque agat, neque egerit? Quae porrò pietas ei debetur, à quo nihil acceperis? aut quid omnino, cujus nullum meritum ſit, ei deberi

beri

additamentum minimè neceſſarium videtur; quid enim ad rem, de qua agitur, facit, ad nos an ad Nephelococcygiam affluant imagines? Vide ſupra cap. 18, 39. *Davies.*

1 *Nec manibus, ut Xerxes*] Cum Græciam Xerxes invaderet, τά ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα, ut ait *Themiſtocles* apud *Herodotum* lib. VIII. cap. 10. Vide & *Ciceronem* de Legg. lib. II. cap. 10. *Idem.*

2 *Homines non colant*] *Hominibus non conſulant*, magis probarem; erat enim hæc Epicuri ſententia, Deos hominibus non conſulere; quod Cotta refellit cùm hoc loco, tum in fine libri, cum inquit: *Dii nulla re egentes & inter ſe diligunt &* hominibus conſulunt. Item lib. II. *Si*, inquit, *omnibus* hominibus Deos conſulere *cenſemus.* Et hujus diſputationis lib. III. *Primum Deorumne providentia mundus regatur*; *deinde* conſulantne rebus *humanis.* Et alibi in eandem ſententiam ſæpiſſime; quæ, quia tam manifeſta in re minus videntur neceſſaria, prætermittam. *P. Manucius.*

Ibid. *Hominibus non conſulant*] Sic emendàvit hunc locum *Manutius*, qui anteà ita legebatur, *homines non colant.* Lambinus.

Ibid. *Non modo homines non* colant] Licet *Manucii Lambini*que conjecturam non probem; tamen imperitè fecit *Gruterus*, qui eam eſſe præter Auctoris mentem pronuntiavit; eundem enim ſenſum fundit, ac vulgata lectio, quæ quidem omninò eſt retinenda. *Auguſtinus* C. D. lib. x. cap.

1. *Dici-*

beri poteſt? eſt enim pietas, juſtitia adverſum Deos: cum quibus quid poteſt nobis eſſe juris, cùm homini nulla cum Deo ſit communitas? ſanctitas autem eſt ſcientia colendorum Deorum: qui quamobrem colendi ſunt, non intelligo, nullo nec accepto ab iis nec ſperato bono. Quid eſt autem, quòd Deos veneremur 42
propter admirationem ejus naturae, in qua egregium nihil videmus? Nam ſuperſtitione, quod gloriari ſoletis, facilè eſt liberari, cùm ſuſtuleris omnem vim Deorum. Niſi fortè Diagoram aut Theodorum, qui omnino Deos eſſe negabant, cenſes ſuperſtitioſos eſſe potuiſſe. Ego ne Protagoram quidem: [3] cui neutrum liquerit, nec eſſe Deos, nec non eſſe. Horum enim ſententiae omnium, non modò ſuperſtitionem tollunt, in qua ineſt timor inanis Deorum; ſed etiam religionem, quae Deorum cultu pio continetur.

Quid?

1. *Dicimur etiam* colere *homines, quos honorifica vel recordatione vel præſentia frequentamus.* Et illam quidem poteſtatem huic verbo paſſim tribuit *Cicero.* Vide pro Roſcio Amerino cap. 37. & pro Corn. Balbo cap. 26. *Colere* verò *&* *majoribus* *&* *minoribus convenit,* ut monuit *Donatus* ad *Terentii* Adelph. Act. III. Sc. II, 54. Vide & Act. V. Sc. VIII, 4. *Horatius* de Heroibus humano generi beneficis lib. II. Ep. I, 7.

Dum terras hominumque colunt genus ----

Tacitus Annal. lib. III. pag. 95. B. *Nam etiam tum plebem, ſocios, regna,* colere & coli *licitum.* Adi ſis & *Suetonium* Othone cap. 2. At imprimis huc facit *Ovidii* verſus, a *Gronovio* jam laudatus, Met. VIII, 724.

Cura pii Dis ſunt, &, qui coluêre, coluntur.

Gaudentius Serm. VI. pag. 72. *Semper Deus* CULTOR *populi ſui percutit Aegyptios.* Similiter apud *Æſchylum* Prom. Vinct. vſ. 545. Prometheus, qui Deus eſt, σέβεσθαι θνατοὺς ἄγαν dicitur. Sic θεραπεύειν tam de vilioribus, quam de Diis, uſurpant Græci. Vide, ſi neſcis, *Arrianum* Epict. lib. I. cap. 19. *Davies.*

3 *Cui neutrum* liquerit] *Med.* & *Elienſ.* uterque *libuerit*; *Lambinus* autem *liquuerit.* Ac ita ſanè ſcribendum; vel etiam *licuerit*; hoc enim modo præteritum *liquendi* formabant veteres. Vide *Ovidium* Met. IV, 253. VII, 381. & *G. J. Voſſium* Art. Gram. lib. V. cap. 24. *Idem.*

 1 *Fictam*

Quid? ii, qui dixerunt, totam de Dîs inmortalibus opinionem [1] fictam eſſe ab hominibus ſapientibus reipublicae cauſſa, ut, quos ratio non poſſet, eos ad officium religio duceret; nonne omnem religionem funditus ſuſtulerunt? Quid? [2] Prodicus Ceus, [3] qui ea, quae prodeſſent hominum vitae, Deorum in numero habita eſſe dixit, quam tandem religionem reliquit? Quid? qui aut fortis, aut claros, aut potentis viros tradunt poſt mortem ad Deos perveniſſe, eoſque eſſe ipſos, quos nos colere, precari, venerarique ſoleamus, nonne expertes ſunt religionum omnium? quae ratio maxumè [4] tractata ab Euhemero eſt, quem noſter & interpretatus & ſecutus eſt, praeter

1 *Fictam eſſe ab hominibus ſapientibus Reip. cauſa*] *Sextus Empiricus* advſ. Mathem. pag. 310. Ἔνιοι τοίνυν ἔφασαν τοὺς πρώτους τῶν ἀνθρώπων προεστῶτας, καὶ τὸ συμφέρον τῷ βίῳ σκεψαμένους, πάνυ συνετοὺς ὄντας, ἀναπλάσαι τὴν περί τε τῶν θεῶν ὑπόνοιαν &c. Vide ſis *Plutarchum* Plac. Philoſ. lib. I. cap. 7. *Lactantium* de Ira Dei cap. x, 47. & *Auguſtinum* C. D. IV, 32. *Davies.*

2 *Prodicus Chius*] Alii videntur legiſſe in antiquo Codice, *Prodicus Cius*. Nos hic hæremus, cum ex cap. XIV. auctorem hujus ſententiæ fuiſſe Perſeum appareat; niſi ſi velis legere, *Perſeus Citieus*, non *Prodicus Cius*, litteris haud ita diſſimilibus, ut correctio temeraria videri poſſit. Perſeum autem, Zenonis auditorem, fuiſſe Citieum, *Suidas*, & *Laertius* in Zenone teſtatur. *P. Manucius.*

Ibid. *Quid Prodicus* Ceus] Sic leg. non *Chius*, ut vulgg. is enim Κεῖος, non Χῖος, ut ſatis notum. Similiter apud *Baſilium* Hom. XXIV. pag. 575. ſcribendum, ὁ Κεῖος, non Χῖος, ὅτε σοφιστής, agit enim de Prodico. Quod autem iſtam de Diis opinionem Perſæo ſupra tribuerat noſter; *Paullus Manucius* reponendum cenſuit, *quid Perſeus* (debuit ſaltem, *Perſaeus*) *Citieus?* Et ſane *Perſeus* legitur in *Elienſium* uno. Omninò tamen retinenda mihi videtur lectio vulgata. *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 311. Πρόδικος δὲ ὁ Χῖος (leg. Κεῖος) Ἥλιον, φησι, καὶ Σελήνην καὶ κρήνας, καὶ καθόλου πάντα τὰ ὠφελοῦντα τὸν βίον ἡμῶν οἱ παλαιοὶ Θεοὺς ἐνόμισαν, διὰ τὴν ἀπ᾽ αὐτῶν ὠφέλειαν. Ac iterum pag. 317. Πρόδικος (ἔλεγε) τὸ ὠφελοῦν τὸν βίον ὑπειλῆφθαι Θεόν, ὡς Ἥλιον, καὶ Σελήνην, καὶ ποταμοὺς, καὶ λειμῶνας, καὶ καρποὺς, καὶ πᾶν τὸ τοιουτῶδες. Adi ſis & *Minucium Felicem* Octav. cap. XXI. ac *Themiſtium* Orat. XXX. pag. 349. *Davies.*

3 *Qui ea quae prodeſſent hominum vitae, Deorum in numero habita eſſe dixit*] Reſpexit ad Græca illa, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον, &, Θεοὶ σωτῆρες ἐάων. Urſinus. *Ibid.* Omninò præter nè quid gravius dicam. *Davies.*

4 *Tractata ab Euhemero*] *Sextus Em-*

praeter ceteros, Ennius. [5] Ab Euhemero autem & mortes, & ſepulturae demonſtrantur Deorum. Utrùm igitur hic confirmaſſe videtur religionem, an penitus totam ſuſtuliſſe? Omitto [6] Eleuſinam ſanctam illam & auguſtam,

Ubi initiantur [7] gentes orarum ultimae.

Praetereo Samothraciam, eaque,

——— Quae Lemni
Nocturno aditu occulta coluntur,
Silveſtribus ſaepibus denſa;

Quibus explicatis ad rationemque revocatis, rerum magis natura cognoſcitur, quàm Deorum. Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus 43
in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos ſuos

Empiricus advſ. Mathem. pag. 311. Εὐήμερος δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς ἄθεος, φησὶν, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος, οἱ περιγενόμενοι τῶν ἄλλων ἰσχύϊ τε καὶ συνέσει ὥστε πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῶν κελευόμενα πάντας βιοῦν, σπουδάζοντες μείζονος θαυμασμοῦ καὶ σεμνότητος τυχεῖν, ἀνέπλασαν περὶ αὐτοὺς ὑπερβάλλουσάν τινα καὶ θείαν δύναμιν, ἔνθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐνομίσθησαν θεοί. Vide ſis, inter alios, *Arnobium* lib. IV. pag. 147. *Lactantium* Div. Inſtit. lib. I. cap. XI. & *Auguſtinum* C. D. lib. VI. cap. 7. lib. VII. cap. 26. ac de Conſ. Evang. lib. I. cap. 23. *Davies.*

5 *Ab Euhemero autem & mortes* & ſepulturæ *demonſtrantur Deorum*] Hinc tolli poteſt fœdum è Lactantio mendum; ſiquidem de Ira Dei cap. XI. ita vulgo legitur: *Qui* (Euhemerus & Ennius) *eorum omnium natales, conjugia, progenies, imperia, res geſtas, obitus,* SIMULACHRA *demonſtrant.* Omninò reſcribendum SEPULCHRA, prout exhibet MS. *Bonon. Minucius Felix* cap. XXI. *Euhemerus Deorum natales, patrias,* SEPULCHRA *dinumerat.* Vide & Epitomen *Lactantii* cap. XIII. *Idem.*

6 Eleuſinam *ſanctam*] Nonnulli Codd. *Eleuſinem*; alii *Eleuſina:* nec refert quam lectionem recipiamus, cùm omnes bene ſe habeant. Nam lapſus eſt Cl. *Boherius*, qui *Eleuſinam* ex Inſcript. Gruter. pag. CCCIX. eliminat. *Hieronymus* de viris Illuſt. cap. XIX. *Cumque Hadrianus Athenis exegiſſet hiemem, inviſens* Eleuſinam, *& omnibus panè Græcia ſacris initiatus.* Ac in verſione Chronici Euſeb. pag. 167. *Hadrianus Athenis hiemem exigens* Eleuſinam *inviſit.* Et ſanè primum caſum ex quarto Græcorum paſſim faciunt Latini. Vide nos ad Tuſcul. I, 46. *Idem.*

7 *Gentes orarum ultima*] Sic *ultimos orbis Britannos* dixit *Horatius* lib. I. Od. 35. *ultimas orientis terras Agellius* N. A. lib. IX. cap. 4. *extremos orbis incolas* Ammianus Marcellinus lib. XVII. cap. 4. & πόλιν Κάναβον ἐσχάτην ΧΘΟΝΟΣ *Æſchylus* Prom. Vinct. vſ. 845. *Idem.*

ſuos inrigavit, [1] nutare videtur in natura Deorum. Tum enim cenſet imagines divinitate praeditas [2] ineſſe univerſitati rerum: [3] tum principia, menteſque, quae ſunt in eodem univerſo, Deos eſſe dicit: [4] tum animantes imagines, quae vel prodeſſe nobis ſolent, vel nocere: tum ingentes quaſdam imagines, tantaſque, ut univerſum mundum complectantur extrinſecus. Quae quidem omnia ſunt [5] patriâ Democriti, quàm Democrito digniora. Quis enim iſtas imagines comprehendere animo poteſt? quis admirari? quis aut cultu aut religione dignas judicare? Epicurus verò ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cùm Dîs inmortalibus & opem, & gratiam ſuſtulit: [6] cum enim optumam & praeſtantiſſimam

tiſſimam

1 Nutare *videtur*] Olim hic operæ *natare* impreſſerant, cum *nutare*, ut eſt in libris vulgatis omnibus, excudi juſſiſſem; tantummodo quorundam conjecturam adſcripſiſſem *natare*. *Natare* autem *videtur*, ſi cui fortè placeat, id eſt, non ſatis ſibi conſtare, neque certus & firmus eſſe videtur, tranſlatione ducta à natantibus, qui cùm in elemento molli & cedente moveantur, ſtabiles eſſe non poſſunt. Sic *Horatius* Satir. 7. lib. II.

--- *Pars multa* natat, *modo recta capeſſens,*
Interdum vitiis obnoxia.

Ubi errant, qui *natat* interpretantur ἐπιπολάζει, id eſt, frequens eſt, apparet. Quo fit ut probabilis ſit eorum conjectura. Omninò *nutare* malim quam *natare*. Lambinus.

Ibid. At ad *Flacci* locum *natare* legit vir ille doctus; nec abludit *Elienſ.* qui habet *vacare*. Omninò tamen præſtat *nutare*, quod omnes fere MSSti repræſentant. *Auguſtinus* Epiſt. CXVIII. n. 27. *Ideoque fluctuavit ejus, ſicut iſti dicunt,* NUTAVITQUE *ſententia.* Vide quæ diximus ad *Minucii Felicis* cap. XVI. *Davies.*

2 *Ineſſe* univerſitati *rerum*] *Victorius* habet, *ineſſe* in univerſitate *rerum*, cui favet *Elienſis* uterque. Et hæc & illa loquendi ratio æque eſt Latina. *Idem.*

3 *Tum principia* menteſque *qua ſunt in eodem univerſo*] *Auguſtinus* Epiſt. CXVIII. n. 28. *Democritus ſentit ineſſe concurſioni atomorum vim quandam animalem & ſpirabilem: qua vi eum credo & imagines ipſas divinitate praditas dicere non omnes omnium rerum, ſed Deorum, &* PRINCIPIA MENTIS *eſſe univerſis quibus divinitatem tribuit* &c. Hinc patet *Auguſtinum* in ſuo Codice reperiſſe, *tum* principia mentis *qua ſunt in eodem univerſo*, eamque lectionem meritò, ſicut arbitror, probat ampliſſ. *Boherius.* Ille philoſophus, haud ſecus ac Epicurus, rotundas & minutas

parti-

tiſſimam naturam Dei dicat eſſe, negat idem eſſe in Deo gratiam; tollit id, quod maxumè proprium eſt optumae praeſtantiſſimaeque naturae. Quid enim eſt melius, aut quid praeſtantius bonitate & beneficentia? qua cùm carere Deum vóltis, neminem Deo nec Deum nec hominem carum, neminem ab eo amari, neminem diligi voltis. Ita fit, ut non modò homines à Dîs, ſed ipſi Dî inter ſe ab aliis alii negligantur. Quanto Stoici melius, qui à vobis reprehenduntur? 44
Cenſent autem, ſapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos: nihil eſt enim virtute amabilius; [7] quam qui adeptus fuerit, ubicumque erit gentium, à nobis diligetur. Vos autem quid mali datis, [8] cùm in inbecillitate gratificationem

particulas, mentis eſſe principia ſtatuebat. Vide *Lucretium* lib. III, 187, 243. *Idem.*

4 *Tum* animantes *imagines*, *quæ vel prodeſſe nobis ſolent vel nocere*] *Fr. Vigerus* ad *Euſebii* Præp. Evang. lib. v. cap. 17. mavult *animatas imagines*; ſed nihil opus eſt, cùm *animans* idem denotet ac ἔμψυχον, & receptam lectionem ſervet *Auguſtinus* Ep. CXVIII. n. 28. Democriti ſententiam ſic refert *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 311. C. Δημόκριτος εἴδωλά τινά φησιν ἐμπελάζειν τοῖς ἀνθρώποις· καὶ τούτων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθοποιά, τὰ δὲ κακοποιά· ἔνθεν καὶ εὔχετο ΕΥΛΟΓΩΝ τυχεῖν εἰδώλων. Εἶναι ταῦτα μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ &c. Hanc Democriti εὐχὴν memorat *Plutarchus* in Æmilio Paulo Tom. I. pag. 255. & de Defect. Orac. Tom. II. p. 419. unde reponendum liquet, ΕΥΛΟΓΧΩΝ τυχεῖν εἰδώλων. Idem.

5 *Patria Democriti, quam Democrito digniera*] Democritus erat Abderites; is autem popùlus ob ingenii ſtuporem fuit inſignis. Notum eſt illud *Martialis* Epigr. lib. x, 25.

Abderitanæ pectora plebis habes.

Vide *Juvenalem* Satir. x, 48. & *Hadr. Junium* inter Adagia *Deſ. Eraſmi* pag. 279. Ed. Hanov. *Idem.*

6 *Cum enim optimam & præſtantiſſimam naturam Dei* dicat *eſſe*, negat *idem*] Vel cum *Walkero* noſtro legendum, *dicit eſſe, negat idem*; vel cum Cl. *Boherio*, *dicat eſſe*, neget *idem*; ut *modorum* ſervetur ratio. Ita ſanè ſemper elegantes ſcriptores, quicquid de Afris ſtatuatur. De iis vide *Deſ. Heraldum* ad *Arnobium* pagg. 112, 113. *Idem.*

7 *Quam qui adeptus fuerit*] Sic *Elienſ.* & *Reg.* melius, quam *erit*, quod exhibent Vulgati. *Idem.*

8 *Cum* in imbecillitate *gratificationem*] Sic reſtitui, parva mutatione facta. Nam ex *imbecillitatem*, quod erat corruptum, feci *in imbellicitate*, quod perſpicuè verum & rectum eſt.

Quod

cationem & benivolentiam ponitis? Ut enim omittam vim & naturam Deorum; ne homines quidem cenſetis, niſi inbecilli eſſent, futuros beneficos & benignos fuiſſe. Nulla eſt caritas naturalis inter bonos? Carum ipſum verbum eſt amoris; ex quo amicitiae nomen eſt ductum: quam ſi ad fructum noſtrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit iſta amicitia, ſed mercatura quaedam utilitatum ſuarum. Prata, & arva, & pecudum greges diliguntur iſto modo, quòd fructus ex eis capiuntur; hominum caritas & amicitia, gratuita eſt: quanto igitur magis Deorum? [1] qui nulla re egentes, & inter ſe diligunt, & hominibus conſulunt. Quod ni ita ſit, quid veneramur, quid precamur Deos? cur ſacris pontifices, cur auſpiciis augures praeſunt? quid optamus à Dîs inmor-

Quod ſi cui dubium eſt, argumento erit hujus libri verſiculus ultimus, qui ita habet: *Quoniam, ut dicitis, omnis in imbecillitate eſt & gratia & caritas.* Lambinus.

Ibid. In *imbecillitate gratificationem & benevolentiam ponitis*] Vulg. *imbecillitatem.* Ego verò inſignem hanc *Lambini* emendationem lubens ſum amplexus: nam *Gruterus* de eâ, quia carpere non potuit, nè verbum quidem fecit, & veterem lectionem, quæ abſurda prorſus eſt & barbara, retinuit. De re ipſa ſic *Laertius* lib. x. §. 77. Οὐ γὰρ συμφωνῦσι ---- χάριτες μακαριότητι, ἀλλ' ἀσθενείᾳ. *Plutarchus* ex Epicuri mente Tom. II. p.1103. D. Ἐλπίζεις τι χρηστὸν παρὰ θεῶν δι' εὐσέβειαν; τετύφωσαι· (Leg. τετύφλωσαι) τὸ γὰρ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται. Vide noſtrum ſupra cap. XVII. & *Lactantium* de Ira Dei capp. 2. & 4. *Davies.*

1 *Qui nulla re egentes*] *Elienſ.* uterque cum *Reg.* & *Med.* habent, *qui* in *nulla re egentes* ſunt; & ultimam vocem repræſentarunt etiam MSS. *Victoriani.* Si ſit â Vulgg. abeundum, legerim, *qui, ut nulla re egentes ſint*; id eſt, quamvis nulla re egeant. Eſt Hellenismus, qui apud optimos ſcriptores interdum reperitur. Noſter infra lib. II. cap. 8. *Omnia enim hac meliora ſunt, quàm ea, qua* ſunt *bis* carentia. *Lucretius* lib. III, 397.

Et magis. eſt *animus vitai clauſtra* coërcens.

Vide quæ notavimus ad Tuſcul. IV, 3. *Idem.*

2 *Ludimur ab homine*] Optimè *Plutarchus* adv. Colot. pag. 1112. D. Πῶς οὖν ἀπολείπουσι φύσιν καὶ ψυχὴν καὶ ζῶον;

inmortalibus? quid vovemus? At etiam liber eſt Epicuri, de ſanctitate. [2] Ludimur ab homine non tam faceto, quàm ad ſcribendi licentiam libero. Quae enim poteſt eſſe ſanctitas, ſi Dî humana non curant? quae autem animans natura, nihil curans? Verius eſt igitur nimirum illud, quod familiaris omnium noſtrûm Poſidonius diſſeruit in libro quinto de natura Deorum, nullos eſſe Deos, Epicuro videri; quaeque is de Dîs inmortalibus dixerit, [3] invidiae deteſtandae gratia dixiſſe: neque enim tam deſipiens fuiſſet, [4] ut homunculi ſimilem Deum fingeret, [5] lineamentis dumtaxat extremis, non habitu ſolido; membris hominis praeditum omnibus, uſu membrorum ne minimo quidem; exilem quendam atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, [6] nihil gratificantem omnino, nihil curantem, nihil

ζᾶσιν; ὡς ὅρκον, ὡς εὐχὴν, ὡς θυσίαν, ὡς προσκύνησιν, ῥήματι καὶ λόγῳ καὶ τῷ φάναι καὶ προσποιεῖσθαι καὶ ὀνομάζειν, ἃ ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοῖς δόγμασιν ἀναιροῦσιν. Vide & librum *non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum* pag. 1102. B. *Idem.*

3 *Invidiæ deteſtandæ gratia*] Huc reſpicit *Lactantius* de Ira Dei cap. IV. *Denique* M. Tullius *à* Poſidonio *dictum refert, id Epicurum ſenſiſſe, nullos Deos eſſe, ſed ea, quæ de Diis locutus eſt, invidiæ* DEPELLENDÆ *cauſſa dixiſſe.* Sed ſenſum potius refert, quàm verba numerat *Ciceronis*; libri enim nihil variant, niſi quod *Bonon.* 1494. *invidia* deteſtante *gratia* perperam exhibeat. Noſter Philipp. IV. cap. 4. *O Dii immortales, avertite &* deteſtamini, *quæſo, hoc omen.* Idem Catil. I. cap. XI. *Quandam prope juſtam patriæ querimoniam* deteſter *ac deprecer.* Sic apud *Macrobium* Saturn. lib. I. cap. 12. Hercules *deteſtatus eſſe* dicitur *præſentiam feminarum*, quod idem valet, ac amoliri vel avertere. *Idem.*

4 *Ut* homunculi *ſimilem Deum fingeret*] Vulg. *homunculis*, quod MSStorum fide mutavimus. *Idem.*

5 *Lineamentis duntaxat extremis*] Pari modo noſter Orat. cap. LVI. *Extrema lineamenta orationi attulit.* Et apud *Auguſtinum* C. D. lib. II, cap. XXI, 3. *Ut formam ſaltem ejus &* extrema *tamquam* lineamenta *ſervaret.* Vide & *Lactantium* de Ira Dei cap. X, 26. *Idem.*

6 *Nihil gratificantem omninò, nihil curantem*] Vulg. *nihil gratificantem, omnino nihil curantem.* Sed nos eam ſecuti ſumus interpunctionem, quam præſtat

nihil agentem. Quae natura primùm nulla eſſe poteſt: idque videns Epicurus, re tollit, oratione relinquit, Deos. Deinde, ſi maxumè talis eſt Deus, ut nullâ gratia, nulla hominum caritate teneatur; [1] valeat: quid enim dicam, propitius ſit? eſſe enim propitius poteſt nemini, quoniam, ut dicitis, omnis in inbecillitate eſt & gratia, & caritas.

præſtat *Victor.* eaque gratiorem reddit orationem. *Davies.*

1 *Valeat*] Id eſt, *abeat & recedat, quandoquidem prodeſſe nulli poteſt*, ut ait *Lactantius*, hunc locum laudans, de Ira Dei cap. VIII. *Agellius* N. A. lib. II. cap. 29. *Valeant ---- amici cum propinquis. Terentius* Andr. Act. IV. Sc. II, 13. VALEANT, *qui inter nos diſſidium volunt*; ubi *renuntiationis & imprecationis eſſe verbum* notat *Donatus.* Vide & Act. V. Sc. III, 18. nec non *Servium* ad Æn. V, 80. XI, 97. Sic Græci χαίρειν adhibent, ut noſcum. *Lucianus* pro lapſu inter ſalut. Tom. I. pag. 496. ΧΑΙ͂ΡΕ οὐ μόνον φιλοφροσύνης ἦν σύμβολον, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθείας καὶ τοῦ μηκέτι χρήσεσθαι ἀλλήλοις. Similiter τὸ ἘΡΡΩΣΘΕ διπλῆν περίμφασιν ἔχει, ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, ut monet Sophiſta, qui ſub *Phalaridis* nomine latet, Epiſt. LXXXIV. Rem ipſam ſic effert *Nemeſius* de Nat. Hom. cap. XLII. pag. 306. Εἰ γὰρ μὴ προνοεῖ θεὸς, οὐδὲ τιμωρεῖται, οὐδὲ τοῖς εὖ πράξασιν ἔπαθλα νέμει, οὐδὲ τῶν ἀδικουμένων τὰς βλάβας ἀπείργει, τίς ἂν οὖν ἔτι προσκυνήσειε θεὸν μηδὲν εἰς ἡμῖν (leg. μηδὲν ἡμῖν) συλλαμβανόμενον; Adi ſis & *Arrianum* Epictet. lib. I. cap. 12. *Idem.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS DE NATURA DEORUM AD M. BRUTUM

LIBER SECUNDUS.

QUAE cùm Cotta dixiſſet; tum Vellei- 1
us, Nae ego, inquit, incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus ſum. Nam neque indiſertum Academicum pertimuiſſem, nec ſine iſta philoſophia rhetorem, quamvis eloquentem: neque enim flumine conturbor inanium verborum, nec ſubtilitate ſententiarum, ſi orationis eſt ſiccitas. Tu autem, Cotta, utraque re valuiſti: [1] corona tibi & judices defueruut. Sed ad iſta aliàs: nunc Lucilium, ſi ipſi commodum eſt, audia-

1 Corona *tibi & judices defuerunt*] Corona *dicitur circumſtans in orbem populus*, ut ait *Lactantius* Div. Inſt. lib. IV. cap. 26. *Seneca* de Ira lib. I. cap. 12. *Relicto judice, ad* coronam *venis.* Iterum lib. II. cap. 7. Corona *pro mala causâ, bonâ patroni voce, corrupta.* Idem de Brev. vitæ cap. XX. *Imperita* coronæ *aſſentationes captantem, ſpiritus liquit.* Eadem notione reperitur apud noſtrum cùm alibi, tum pro Milone cap. I. & lib. II. Fin. c. 22. Vide ſis & *Agellium* N. A. lib. VII. cap. 4. *Virgilium* Æn. IX, 508. 551. aliiſque; nam paſſim obvia fit hæc vocis notio. *Davies.*

1 *Eun-*

audiamus. Tum Balbus, [1] Eundem equidem mallem audire Cottam, dum, qua eloquentia falſos Deos ſuſtulit, eadem veros inducat: eſt enim & philoſophi, & pontificis, & Cottae, de Dîs inmortalibus habere non errantem & vagam, ut Academici, ſed, ut noſtri, ſtabilem certamque ſententiam: nam contra Epicurum ſatis ſuperque dictum eſt. Sed aveo audire, tu ipſe, Cotta, quid ſentias. An, inquit, oblitus es quod initio dixerim, faciliùs me, talibus praeſertim de rebus, quid non ſentirem, quàm quid ſentirem, poſſe dicere? Quòd ſi haberem aliquid, quod liqueret; tamen te viciſſim audire vellem, cùm ipſe tam multa dixiſſem. Tum Balbus; Geram tibi morem, & agam quàm breviſſimè potero: etenim, convictis Epicuri erroribus, longa de mea diſputatione detracta oratio eſt. Omnino dividunt noſtri totam iſtam de Dîs inmortalibus quaeſtionem in partes quatuor. Primùm docent

1 *Eundem* equidem *mallem audire Cottam*] Legerim *eundem*, inquit, *mallem audire Cottam*; nec aliter MS. *Lincoln*. & editio *Aſcenſiana*. Davies.

2 *Adſpice hoc ſublime candens*] Si ſcripti fuêrunt hoc loco verſus Iambei ab *Ennio*, ſic debuêrunt hæc edi, *Adſpice hoc --- Sublime candens, quem invocant omnes Jovem*, ut *adſpice hoc* pertineat ad verſum ſuperiorem, ſitque ejus pars poſtrema. *Sublime candens* &c. verſus erit integer Senarius. Sed credibilius eſt ſcriptos fuiſſe Trochaïcos. Quarè nihil mutandum cenſeo. *Lambinus*.

Ibid. *Aſpice hoc ſublime candens, quem* invocant *omnes Jovem*] Verſus eſt Trochaïcus ex *Ennii* Thyeſte deſumtus, quem hoc in loco ſic exhibent MSSti, ut & infra cap. xxv. & lib. III. capp. 4, 16. At *Feſtus* in *ſublimem* & *Probus* ad *Virgilii* Eclog. vi. pag. 70. legunt, *quem* vocant *omnes Jovem*. Non multum intereſt hanc an illam ſcripturam recipias, licet præplaceat ea ratio, quæ in *Tullii* membranis invenitur; præſertim cùm illam firmet *Apuleius* de Mundo cap. vi. *Joſ.* quidem *Scäliger* ad *Varronem* de R. R. lib. III. pag. 235. teſtatur, veteres illius Scriptoris libros repræſentare *ſublimen*, & ita reponendum pronuntiat. Sed *Bon. Vulcanii* MStus vulgatam lectionem defendit, ut & res ipſa; nam in animo habuiſſe videtur illud *Euripideum*:

'Ορᾷς

cent eſſe Deos: deinde, quales ſint: tum, mundum ab his adminiſtrari: poſtremò, conſulere eos rebus humanis. Nos autem hoc ſermone, quae priora duo ſunt, ſumamus: tertium & quartum, quia majora ſunt, puto eſſe in aliud tempus differenda. Minimè verò, inquit Cotta: nam & otioſi ſumus, & iis de rebus agimus quae ſunt etiam negotiis anteponendae. Tum 2
Lucilius, Ne egere quidem videtur, inquit, oratione prima pars: quid enim poteſt eſſe tam apertum tamque perſpicuum, cùm caelum ſuſpeximus, caeleſtiaque contemplati ſumus, quàm eſſe aliquod numen praeſtantiſſimae mentis, quo haec regantur? Quod ni ita eſſet, quî potuiſſet adſenſu omnium dicere Ennius?

[2] *Aſpice hoc ſublime candens, quem invocant omnes Jovem*;

illum verò & Jovem, & dominatorem rerum, & [3] omnia nutu regentem, &, ut idem Ennius,

[1] —— *pa-*

Ὁρᾷς τὸ ὕψι, τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα ---

Præterea vereor, ut *Sublimen* unquam à Romanis fuerit uſurpatum. *Propertius* quidem lib. II. Eleg. xix, 57. in vulg. ſic loquitur:

At nullo Domina teritur SUBLIMINE *amor, qui*
Reſtat & immerita ſuſtinet aure minas.

Ubi mirè ſe torſerunt interpretes. Eorum vanis conatibus omiſſis, monebo duntaxat legendum videri,

At nullo Domina teritur MOLIMINE *amor, qui*
Reſtat &c.

Hoc eſt, quamvis Domina nullâ non ratione conetur amorem, quo teneor, amovere, fruſtrà prorſus eſt; is enim pertinaciter ſe gerit, nec quibuſvis injuriis, licet immeritis, avocatur. *Davies.*

3 *Omnia* nutu *regentem*] *Elienſ.* uterque, *Med. Lincoln. Victor.* aliique repræſentant *omnia* MOTU *regentem*; parique modo variant Codices apud *Claudianum* de Rapt. Proſ. lib. III, 66. Sed hoc in loco præſtat vulgata lectio; apud Poëtas enim omnia Jovis NUTU peragi nemo neſcit. In re notâ unius *Sedulii* verba proferam, ut obiter emendentur. Sic igitur ille lib. I, 222.

Nempe Creatori (cujus quaecunque videntur,

Sen

[1] ———*patrem divômque hominumque*,

& praeſentem ac praepotentem Deum. Quod qui dubitet, haud ſanè intelligo, cur non idem, ſol ſit an nullus ſit, dubitare poſſit. [2] Quid enim eſt hoc illo evidentius? Quod niſi cognitum comprehenſumque animis haberemus, non tam ſtabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec unà cum ſaeculis aetatibuſque hominum inveterare potuiſſet. Etenim videmus, ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuiſſe. Quis enim hippocentaurum fuiſſe aut chimaeram putat? quaeve anus tam excors inveniri poteſt, quae illa, quae quondam credebantur, apud inferos portenta extime-

Seu quaecunque latent, & rerum machina SERMO *eſt*)
Omne ſuum famulatur opus, ſequiturque jubentis
Imperium, quocunque trahit ſententia nutu.

In lineà ſecundâ legendum, *rerum machina* SERVA *eſt*, ut habent nonnulli Codices; nam illa ratio, quam ſecutus eſt *Chr. Cellarius*, ſenſum planè nullum fundit. Ultimus autem verſus, diſtinctione poſita, ſanitatem recipiet:

----*ſequiturque jubentis*
Imperium, quocunque trahit ſententia, NUTU.

JUBENTIS NUTU; ut hic *omnia* NUTU REGENTEM. Sic & paſſim ſolutæ orationis Scriptores. *Plinius* Paneg. cap. LXXX. *Talia eſſe crediderim, quæ ipſe mundi parens temperat* NUTU. Adi *Ciceronem* pro Roſcio Amerino cap. XLV. ac *Arnobium* lib. I. pag. 15. lib. II. pag. 80. & lib. IV. p. 140. *Euſebius* H. E. lib. I. c. 2. Πατέρα εἰσάγων ὡς ἂν Πανηγεμόνα, βασιλικῷ ΝΕΥ'ΜΑΤΙ προστάττοντα. Idem Præpar. Evang. lib. VII. cap. X. pag. 314. ΝΕΥ'ΜΑΤΙ γὰρ αὐτοῦ (Θεοῦ) --- τὴν τῶν ἁπάντων οὐσίωσιν γεγονέναι. Vide ſis, inter alios, *Theodoretum* de Prov. Serm. I. pagg. 17, 18. & V. pag. 102. *Davies.*

1 *Patrem Divûmque hominumque*] Sic iterum hujuſce libri cap. XXV. & apud *Varronem* L. L. lib. IV. pag. 18. Hic autem loquendi modus ex *Homero* ſumtus eſt, apud quem Jupiter paſſim vocatur πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε. Vide *Dionem Chryſoſtomum* Orat. XII. ac LIII. *Iamblichum* vit. Pythag. §. XXXIX. & *Philoſtratum* vit. Apollonii lib. IV. cap. 30. *Idem.*

2 Quid *enim eſt hoc illo evidentius*] Leg. Quî *enim eſt hoc illo evidentius?* Id etiam olim monuiſſe video *D. Lambinum*; ſed ſurdis cecinit. *Idem.*

3 *Apud Regillum bello* Latinorum] Forſan legendum *bello Latino*; ſic enim loqui ſolent ſcriptores. *Lactantius* Div. Inſt. lib. II. cap. VII, 9. *Caſtor & Pollux bello* Latino *apud lacum Juturnæ viſi ſunt equorum ſudorem abluentes.* Nec inter ſe pugnans

hostes

extimeſcat? opinionum enim commenta delet dies; naturae judicia confirmat. Itaque & in noſtro populo & in ceteris Deorum cultus religionumque ſanctitates exiſtunt in dies majores atque meliores. Idque evenit non temerè nec caſu, ſed quòd praeſentiam ſaepe Divi ſuam declarant: ut & [4] apud Regillum bello Latinorum, cùm A. Poſtumius dictator cum Octavio Mamilio Tuſculano praelio dimicaret, in noſtra acie Caſtor & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt: & recentiore memoria îdem Tyndaridae Perſen victum nuntiaverunt. [5] P. enim Vatienus, avus hujus adoleſcentis, cùm è praefectura Reatina Romam venienti noctu duo [6] juvenes cum equis albis

noſter & *Lactantius*, licet hic *lacum Juturnæ* ille vero *lacum Regillum* memorat. Nam ad lacum Regillum commiſſa eſt pugna, quâ victoriam fecerant Caſtores. Id inter alios docebunt *Florus* lib. I. cap. XI, 2. & *Valerius Maximus* lib. I. cap. 8. At *apud Juturnæ lacum ſecunda vulgârunt*, ut ait *Symmachus* lib. I. Ep. 95. *Juturnæ* verò *lacus* intelligendus eſt is, qui in urbe Roma poſitus erat, non alter, qui juxtà fluvium Numicum. Diſertè *Valerius Maximus* lib. I. cap. 8. *Caſtorem verò & Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi R. excubuiſſe cognitum eſt, quo ad* lacum Juturnæ *ſuum equorumque ſudorem abluere viſi ſunt, junctaque fonti ædes eorum, nullius hominum manu reſerata, patuit. Plutarchus* Coriolano pag. 215. Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ μάχῃ (Romanorum & Latinorum) καὶ τοὺς Διοσκούρους ἐπιφανῆναι λέγουσι, καὶ μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς ὀφθῆναι ῥεομένοις ἱδρῶτι τοῖς ἵπποις ἘΝ ἈΓΟΡᾼ τὴν νίκην ἐπαγγέλλοντας, οὗ νῦν ΠΑΡᾺ ΤῊΝ ΚΡΉΝΗΝ νεὼς ἐστὶν αὐτοῖς ἱδρυμένος. Idem in Paulo Æmilio pag. 268. Ἦν δὲ (μάχην) Ῥωμαῖοι Ταρκυνίους μετὰ Λατίνων ἐπιστρατεύσαντας ἐνίκησαν, αὐτάγγελοι φράζοντες ὤφθησαν ἀπὸ τοῦ στρατοῦ μικρὸν ὕστερον ἄνδρες δύο καλοὶ καὶ μεγάλοι, (τούτους εἴκασαν εἶναι Διοσκόρους) ὁ δ' ἐντυχὼν πρῶτος αὐτοῖς ΚΑΤ' ἈΓΟΡᾺΝ ΠΡῸ ΤῆΣ ΚΡΉΝΗΣ ἀναψύχουσι τοὺς ἵππους, ἱδρῶτι πολλῷ περιρρεομένους, ἐθαύμαζε τὸν περὶ τῆς νίκης λόγον. Omninò vide *Dionyſium Halicarnaſſenſem* lib. VI. cap. 13. *Idem.*

5 *P. enim Vatienus*] *Vatinius* eſt in veteribus libris, & ità legendum. cùm hìc, tum apud *Valerium Maximum* lib. I. cap. VIII. & *Lactantium* lib. II. cap. VII. Itàque in Faſtis ex hac emendatione, & ex verbis quæ ſequuntur, *Avus hujus Adoleſcentis*; addendum erit *P. N.* ut integra inſcriptio ſit, *P. Vatinius P. F. P. N.* Urſinus.

6 *Juvenes* cùm *equis albis*] *Elienſ.* tinus, *juvenes* cum in *equis albis.* Utramque nimirum lectionem con-

albis dixiſſent Regem Perſen illo die captum, ſenatui nuntiavit. Et primo, quaſi temerè de republica locutus, in carcerem conjectus eſt: poſt, à Paullo literis adlatis, cùm idem dies conſtitiſſet; & agro à ſenatu, & vacatione donatus eſt. Atque etiam cùm [1] ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maxumo praelio deviciſſent, eo ipſo die auditam eſſe eam pugnam ludis Olympiae, memoriae proditum eſt. Saepe Faunorum voces exauditae, ſaepe viſae formae Deorum, [2] quemvis non aut hebetem, aut inpium, Deos praeſentes eſſe confiteri coegerunt.

3 Praedictiones verò & praeſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quae ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, praedici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Quòd ſi ea ficta credimus licentia

junxit Librarius, cùm quædam exemplaria legerent *juvenes* cum *equis*; alia verò, *juvenes* in *equis albis*. Et ita legendum credo: nam Caſtores *albis equis inſidentes* Vatinio obvios fuiſſe tradunt *Valerius Maximus* lib. I. cap. 8. & *Lactantius* Div. Inſt. II, 7. Renititur quidem doctiſſimus *Boherius*; quòd, teſte *Floro* lib. II. cap. XII, 14. *Eodem die quo victus eſt Perſes in Macedonia, Roma cognitum eſt. Duo juvenes* candidis equis apud JUTURNÆ LACUM *pulverem & cruorem abluebant. Hi nuntiavêre* &c. Sed ſcriptor ille geſta belli Latini cum Macedonico miſcuit; quod etiam feciſſe videtur *Latinus Pacatus* Pan. XII. cap. XXXIX, 4. Equos autem candidos Dioſcuris mortuis aſſignavit antiquitas, quia vivi talibus uterentur. *Ovidius* Metam. VIII, 372.

At gemini nondum cæleſtia ſidera fratres,
Ambo conſpicui nive candidioribus alba
Vectabantur equis.

Quapropter apud *Lucianum* Tom. I. pag. 236. Ed. Amſtel. ἵππος ἑκατέρῳ λευκὸς tribuitur. Hinc eos λευκοπώλους vocat *Pindarus* Pyth. A, 127. & λευκίππους *Euripides* Helen. vſ. 646. Adiſis & *Polyænum* Stratag. lib. II. cap. XXXI, 4. *Davies.*

1 *Ad fluvium Sagram*] Hiſtoriam referunt *Strabo*, *Plutarchus*, *Juſtinus*, *Suidas* & alii. Vide *Andr. Schottum* ad *Zenobii* Cent. II. Adag. XVII. *Idem.*

2 *Quemvis aut non hebetem, aut impium*] Sic habent omnes libri, quos quidem viderim; quorum verborum hæc mihi ſententia eſſe videtur. Nemo

centia fabularum, Mopſum, Tireſiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum; quos tamen augures ne ipſae quidem fabulae adſciviſſent, ſi res omnino repudiarent; ne domeſticis quidem exemplis docti numen Deorum comprobabimus? Nihil nos P. Claudî, bello Punico primo, temeritas movebit, qui etiam per jocum Deos inridens, cùm cavea liberati pulli non paſcerentur, mergi eos in aquam juſſit; ut biberent, quoniam eſſe nollent. Qui riſus, claſſe devicta, multas ipſi lacrimas, [3] magnam populo Romano cladem adtulit. Quid? collega ejus Junius, eodem bello, nonne tempeſtate claſſem amiſit, cùm auſpiciis non paruiſſet? [4] Itaque Claudius à populo condemnatus eſt: Junius necem ſibi ipſe conſcivit. [5] C. Flaminium Caelius religione neglecta cecidiſſe apud Thraſimenum ſcribit cum

mo eſt, modo non ſit hebes, qui cum Deorum præſentiam in tot rebus cognoverit, non cogatur fateri Deos eſſe; aut ſi neget, cum ſit non hebes, non ſit impius. Hæc videtur eſſe horum verborum ſententia. Sed quidam malunt ſic legi: *quemvis aut non habetem, aut* non *impium* &c. (Ita habet *Reg.* noſter à ſecunda manu) Eâdem ſententia. Ego nihil muto, cùm ſic, ut edidi, habeant libri veteres. *Lambinus.*

3 *Magnam* populo Romano *cladem attulit*] *Elienſ.* unus & *Bonon.* 1494. *magnam* Reip. *cladem attulit.* Noſter de Divin. lib. I, 35. *Neglexit ſigna rerum futurarum* magna cum clade Reipublicæ: *Auguſtinus* C. D. lib. I. cap. 36. *Romana* Reip. clades *in religionem noſtram referunt:* Vide & lib. IV. cap. 2. Non igitur dubitandum, quin proba ſit illa loquendi ratio. Vulgatam tamen lectionem hic retineo, cùm æquè ſit commoda; ſe plurium Librorum auctoritate tueatur; & *Cicero* paullò poſt *Reip. vulnus* memoret; adeò ut hæc ejuſdem vocis iteratio non ſatis compta videatur. *Davies.*

4 *Itaque Claudius*] Vulgg. *P. Claudius.* Sed prænomen illud, jubentibus MSSris, ablegandum cenſui. De re ipſa vide ſupplementa Liviana *Freinſhemii* lib. XIX. capp. 30, 31. *Id.*

5 *C. Flaminium Cælius*] Sic legendum, non *C. Flamininum*, quamvis ità olim editum ſit in prima editione: id enim factum eſſe me imprudente, atque adeò invito, declarat; quòd hoc operarum peccatum relatum eſt inter errata. Quis enim neſcit *Flamininos* eſſe patritios, &

cum magno reipublicae volnere. Quorum exitio intelligi poteſt, eorum imperiis rempublicam amplificatam, qui religionibus paruiſſent. Et, ſi conferre volumus noſtra cum externis, ceteris rebus aut pares aut etiam inferiores reperiemur; religione, id eſt cultu Deorum, multo ſuperiores. An Attî Navî lituus ille, quo [1] ad inveſtigandum ſuem regiones vineae terminavit, contemnendus eſt? Crederem, niſi ejus augurio [2] rex Hoſtilius maxuma bella geſſiſſet. Sed, negligentia

Quinctiæ gentis: hunc *C. Flaminium* autem, cujus cognomen non reperio, eſſe plebeium, & Flaminiæ gentis? Sed hac de re alias plura. *Lambinus.*

Ibid. Rem ſic tradit Epitome *Liviana* XXII. *C. Flaminius, conſul, homo temerarius, contra auſpicia profectus, ſignis militaribus effoſſis quæ tolli non poterant & ab equo quem conſcenderat per caput devolutus, inſidiis ab Annibale circumventus, ad Traſimenum lacum cum exercitu caſus eſt.* Inter alios vide *Valerium Maximum* lib. I. cap. VI, 6. noſtrum de Divin. lib. I. cap. 35. lib. II. cap. 33. denique *Minucium Felicem* Octav. cap. VII. *Davies.*

1 *Ad inveſtigandum* SUEM *regiones vineæ terminavit*] Si ita ſcripſit *Tullius*, humani aliquid hic paſſus eſt; non enim ad *ſuem* inveſtigandam, ſed, inventâ ſue, ad *uvam*, quæ maxima eſſet, reperiendam vineæ regiones terminavit Navius. Vide noſtrum de Divin. lib. I. cap. 17. & *Dionyſium Halicarnaſſeum* lib III. cap. 70. *Elienſ.* unus habet, SUAM *religionem vineæ.* Legi poſſit, *ad inveſtigandam* UVAM maximam *regiones vineæ terminavit.* Hæc certè mutatiò culpâ *Ciceronem* liberat: fortè tamen ſummum illum virum fefellit memoria. *Idem.*

2 *Rex Hoſtilius*] Nullus hic quærendus eſt color, ſed *ἁμάρτημα μνημονικὸν* ultro confitendum; nam, quod olim monuit *Xyſtus Betuleius*, non Hoſtilius, ſed Tarquinius Priſcus, memorari debuit. Vide Noſtrum de Divin. lib. I. cap. 17. & *Livium* lib. I. cap. 36. nè *Dionyſium Halicarnaſſeum, Valerium Maximum, Florum*, aliosque plurimos adducam. Talia levicula doctiſſimis quibuſque viris excidunt, & ſimilis lapſûs memoriam ſervavit *Agellius* Noct. Attic. lib. xv. cap. 6. Vide ſis & lib. xri. ad Attic. Epiſt. vi. *Idem.*

3 *Nulla peremnia ſervantur*] Auſpicia peremnia, ut ex *Feſto* intelligere licet, erant, cum Magiſtratus in campum euntes Petroniam amnem auſpicatò tranſibant. *Feſtus* in *Peremne: Peremne dicitur auſpicari, qui amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicatò tranſit.* Idem in *Petronia: Petronia amnis eſt in Tiberim profluens, quam magiſtratus auſpicatò tranſeunt, cum in Campo quid agere volunt. Quod genus auſpicii,* peremne *vocatur. Amnem autem antiqui fœmininè enunciabant.* Lambinus.

Ibid. *Nulla perennia* ſervantur] *Victor.*

gligentia nobilitatis augurii diſciplina omiſſa, veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantùm retenta. Itaque maxumae reipublicae partes, in his bella quibus reipublicae ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur; [3] nulla peremnia ſervantur, [4] nulla ex acuminibus; [5] nulli viri vocantur, ex quo in procinctu teſtamenta perierunt. Tum enim bella gerere noſtri duces incipiunt, cùm auſpicia poſuerunt. At verò apud majores tanta religionis vis fuit, ut quidam imperatores

Bor. & *Elienſ.* uterque *ſalvantur.* Sed, quod notatu dignius eſt, *peremnia* fuerunt, non cùm ſolam Petroniam, prout cenſuit *Lambinus*, ſed cum alios quoque fluvios auſpicatò tranſirent. Hinc ex diſciplinæ veteris neglectu proveniſſe monet, *Cicero* de Div. lib. II. cap. 36. ut AMNES *non tranſeant auſpicatò.* Id autem *flumen auſpicatur, quod ſua ſponte in amnem influit*, ut loquitur *Feſtus* in *Manalis fons.* Ita certè locum reſtituit *Joſ. Scaliger*; quem de variis *peremnium* generibus vide ſis ad vocem PEREMNE. *Davies.*

4 *Nulla ex acuminibus*] *Arnobius* lib. II. adverſus gentes pag. 91. *Numquid ſervatis de cœlo, aut otioſas facitis obnuntiationibus actiones? Cùm pacatis bella, ſignum monſtratis ex arce? aut fetialia jura tractatis? per clarigationem repetitis res raptas? aut Martium diſcrimen obeuntes, ſpem prœlii praſumitis, & ex acuminibus auſpicatis?* *M. Tullius* lib. II. de Divin. cap. 36. *Itaque nec amnes tranſeunt auſpicatò, nec tripudio auſpicantur; nam ex acuminibus quidem, quod totum auſpicium militare eſt* &c. *Lambinus.*

5 *Nulli viri vocantur*] De hoc loco conſule Adverſaria *Adr. Turnebi.* Lambinus.

Ibid. *Nulli viri vocantur, ex quo in procinctu teſtamenta perièrunt*] Cùm olim delectus habebatur, primi citari nominarique ſolebant, boni ominis gratiâ, *Valerius*, *Salvius*, *Statorius*, *Victor*, quo quidem & ſalutem & victoriam ſibi ominabantur; quod idem, ut reor, milites in procinctu teſtamentum facturi imitabantur; nam etſi, impendente maximo mortis periculo, ſic teſtari ſolebant: tamen, viris bonorum nominum vocatis, ſibi & ſalutem & victoriam auſpicabantur. Sed genus illud teſtamenti in deſuetudinem abiiſſe & hic dicit *Cicero*, & *Juſtinianus* refert. *Viros* tamen *vocari* priſco genere orationis & religionis dixit, ut è *Macrobio* apparet lib. I. Saturn. cap. 16. ſic ſcribente: *Viros vocare feriis non oportet: ſi vocaverit, periculum eſt.* Iterum: *Vitabant veteres ad viros vocandos etiam dies, qui eſſent notati rebus adverſis.* TURNEBUS Adverſ. lib. XXIII. cap. XII. col. 756.

Ibid. *In procinctu teſtamenta*] Ita dicebantur ea, quæ facta ſunt, quùm VIRI *ad prælium faciendum in aciem* VOCABANTUR, ut verbis utar *Agellii* Noct. Attic. lib. XV. cap. 27. Vide *Feſtum* vocibus *in procinctu* & *procincta claſſis*, ac *Juſtinianum* lib. II. Inſt. Tit. X, 1. *Davies.*

peratores etiam ſe ipſos Dîs inmortalibus capite velato [1] verbis certis pro republica devoverent. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex haruſpicum reſponſis [2] commemorare poſſum, quibus ea confirmentur, quae dubia nemini debent eſſe.
4 Atqui & noſtrorum augurum, [3] & Etruſcorum haruſpicum diſciplinam, P. Scipione, C. Figulo conſulibus, res ipſa probavit: [4] quos cùm Ti. Gracchus conſul iterum recrearet, [5] primus rogatorum, ut eos retulit, ibidem eſt repentè mortuus. Gracchus cùm comitia nihilo minus

1 *Verbis* conceptis] Sic legendum, non, ut eſt in libris vulgatis, *verbis certis*. Lambinus.

Ibid. *Verbis* certis] *D. Lambinus* edidit *verbis conceptis*; at præproperum ſanè judicium tulit vir doctiſſimus, cùm MSStorum fidem deſeretet. *Certa verba* ſunt legitima & ſolemnia, quod ex *Cicerone*, *Varrone* & *Feſto* docuit *Barn. Briſſonius* Form. lib. I. pag. 108. Nos alia proferemus exempla. *Ovidius* de ſacris Annæ Perennæ Faſt. lib. III. vſ. 675.

Nunc mihi cur cantent, ſupereſt, obſcœna puella,
Dicere; nam coëunt, CERTAQUE *probra canunt.*

Pomponius Digg. lib. I. Tit. II. Leg. II, 6. *Quas actiones-----nè populus, prout vellet, inſtitueret,* CERTAS *ſolenneſque eſſe voluerunt. Juſtinianus* lib. IV. Inſt. Tit. X, I. *Procurator neque* CERTIS VERBIS, *neque præſente ſemper adverſario------conſtituitur. Auguſtinus* C. D. lib. V. cap. 18. *Se occidendos* CERTIS VERBIS *quodammodo conſecrantes Decii devoverunt.* Ipſam formulam, quam reſpicit noſter, ſuppeditabit *Livius* lib. VIII. cap. 9. Adi & lib. X. cap. 28. *Davies.*

2 *Commemorare* poſſum] Vulg. *poſſumus*; quod mutatum voluêrunt MSSti ſimul ac editi veteres. *Idem.*

3 *Et Etruſcorum haruſpicum*] Vulg. *& Etruſcorum,* & *haruſpicum*; quæ quidem lectio, quamvis eam MSSti retineant, abſurda prorſus eſt & inſicera. Rectè igitur fecit *Aldus* Nepos, qui vocem penultimam delendam pronuntiavit; non enim *Etruſcum* ab *haruſpice* diverſum voluit *Cicero*, ſed Etruſcus nationem, haruſpex ſcientiam denotat; quam noſter *Tuſcam diſciplinam* vocat lib. VI. Fam. Ep. 6. Idem mendum occurrit lib. II. de Leg. cap. 9. *Prodigia, Portenta, ad Etruſcos* & *haruſpices* (Leg. *ad Etruſcos haruſpices*) *ſi ſenatus juſſerit, deferunto.* Noſter Divin. lib. I. cap. 2. *Cum magna vis videretur eſſe---in* haruſpicum *diſciplinâ, omnem hanc ex* Etruria *ſcientiam adhibebant.* Iterum lib. II. cap. 35. *Quid enim ſcire E-* truſci haruſpices *potuerunt? Ovidius* Metam. XV, 577.

Quæ ſimul inſpexit Tyrrhenæ gentis haruſpex,

A. Gel-

minus peregiſſet, remque illam in religionem populo veniſſe ſentiret, ad ſenatum retulit: ſenatus, quos ad ſoleret, referendum cenſuit: haruſpices introducti, reſponderunt, non fuiſſe juſtum comitiorum rogatorem. Tum Gracchus, ut è patre audiebam, incenſus ira, Itane vero? ego non juſtus, qui & conſul rogavi, & augur, & auſpicatò? an vos Tuſci ac barbari auſpiciorum populi Romani jus tenetis, & interpretes eſſe comitiorum poteſtis? Itaque tum illos exire juſſit: poſt autem ex provincia literas ad collegium

Agellius lib. IV. cap. 5. *Haruſpices ex Etruriâ acciti ---In* Etruſcos haruſpices *malè conſulentes animadverſum.* Sic paſſim *Livius*, aliique veteres; nec mirum, cùm Tages Etruſcus, primus hujus diſciplinæ fuerit inventor. Vide ſis *Arnobium* lib. II. pag. 92. & *Amm. Marcellinum* lib. XXI. pag. 179. Quum tamen omnes Codd. illam particulam repræſentent, potius reſcripſerim, *& Etruſcorum* etiam *haruſpicum.* Qui libros manu exaratos tractârunt, quàm nullum ferè diſcrimen ſit inter eas voces, haud ignorant. *Idem.*

4 *Quos cùm Tib. Gracchus* Conſul iterùm recrearet] *Reg.* & *Elienſ.* uterque repræſentant *Gracchus* Conſules *iterùm recrearet*; quod planè falſum eſt, non enim anteà Conſulatum inierant. Haud melior eſt lectio vulgata; nam *recreatio* actûs iterationem denotat. Erat quidem Gracchus tunc temporis ſecundùm Conſul; ſed eos non potuit *recreare*, quià jam primum creabantur. Editio *Manuc.* habet, *quos cum Tiberius, conſul iterum*, crearet. Rectè quidem: niſi fortè reſcribamus, *quos cum Tiberius* CONSULES, *conſul iterum*, CREARET. Excidere potuit vox illa, quòd ei cum ſequente tanta fuerit ſimilitudo. *Idem.*

5 *Primus* rogatorum *ut eos retulit*] *Rogator* habet liber MStus. *Urſinus.*

Ibid. *Primus* rogatorum] *Reg.* cum aliis nonnullis, *primus interrogator.* Ambiguitatis vitandæ cauſa, reponerem *primus rogator*, quod dant MSS. *Urſin. Med. Cantab.* & *Elienſ.* pro varia lectione; non enim is intelligitur, qui primus ſententiam rogabatur, quemadmodum malè ſtatuit *Aldus* Nepos; ſed qui centuriæ prærogativæ fuit rogator, ut liquido patet ex lib. II. de Divin. cap. 35. Ubi ſic noſter: *Quos* (Haruſpices) *cùm Tiberius Gracchus, propter mortem repentinam* ejus, qui in prærogativa referenda ſubito concidiſſet, *in ſenatum introduxiſſet ----- Vide nè in eum dixerint, qui* ROGATOR centuriæ *fuiſſet; is enim erat mortuus.* Adi & lib. I. cap. 17. *Valerium Maximum* lib. I. cap. I, 3. ac *Plutarchum* in Marcello pag. 300. A. *Davies.*

collegium miſit, ſe, cùm legeret libros, recordatum eſſe [1] vitio ſibi tabernaculum captum fuiſſe [hortos Scipionis;] quòd, cùm pomoerium poſteà intraſſet, habendi ſenatus cauſa, in redeundo, cùm idem pomoerium tranſiret, auſpicari eſſet oblitus: itaque vitio creatos conſules eſſe. Augures rem ad ſenatum: [*] ſenatus, ut abdicarent conſules: abdicaverunt. Quae quaerimus exempla majora? Vir ſapientiſſimus atque haud ſcio an omnium praeſtantiſſimus, peccatum ſuum, quod celari poſſet, confiteri maluit quàm

1 *Vitio ſibi tabernaculum captum fuiſſe Haruſpectionis*] Haruſpectionis tabernaculum vocat, quod auſpicandi cauſſà ceperat Gracchus. Fœdâ autem maculâ locus hic in omnibus anteà impreſſis libris deformatus fuerat; cùm imperiti homines, ex antiquâ voce HARUSPECTIONIS, feciſſent *in hortos Scipionis*. Quibus ex verbis cùm idonea ſententia nulla elici poſſit; cumque neque *Cicero* ipſe in libris de Divinatione, ubi bis hanc hiſtoriam narrat, neque ceteri, qui eandem litteris prodidêrunt, ullam *Scipionis hortorum* mentionem faciant; ſubeſſe mendum, facile equidem intelligebam; neque tamen priùs manus admovere auſus ſum, quàm in vetuſtis libris hoc, quod nunc repoſui, perſpicuè ſcriptum animadverti. Tueamur igitur antiquitatem, licet obſcura rerum cognitio ſit, nè, dum blandimur inſcitiæ noſtræ, longius à veritate diſcedamus. *Plutarchi* quidem locus, in vita Marcelli, cur nonnullis videatur *Scipionis hortos* potius, quàm *haruſpectionem* ſignificare, cauſſam non video. Ego ſequor, ut dixi veteres libros; & antiqua verba, licet rara, nec ad intelligendum aperta, libenter tamen conſervo. Quamquam hic quidem *haruſpectio* quid ſignificet, ſatis conſtat. Neque mutare dicitur, qui libros impreſſos ad antiquorum exemplum corrigit, ſed qui diſcedit ab antiquis. Itaque non ego, ut quidam dixit, hujus correctionis auctor, ſed reſtitutor, nihil enim ex ingenio repoſui. Contrà verò temere fecêrunt, qui, conjecturam ſecuti, legere maluêrunt *in hortos Scipionis*; aut, cur id fecerint, teſtes antiquos libros, vel hiſtoriam aliquam proferant. *P. Manucius.*

Ibid. *Vitio ſibi tabernaculum captum fuiſſe hortos Scipionis*] Vulg. *in hortos*; *D.* autem *Lambinus* reponit *in hortis*. At cùm *præpoſitionis* illius nullum ſit in MSStis veſtigium, nos eam recepimus lectionem, quam præſtant omnes *Pall.* noſtrique Codices, niſi quod *Elienſ.* unus habeat *hortum*. Voces tamen, quas retinui, Librariis adjudicandas cenſeo; quapropter à me ſunt uncinis cinctæ. Nam *tabernaculum capere* dicitur *ὁ ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος ἔξω πόλεως ἔχων οἶκον ἢ σκηνὴν μεμισθωμένην*, ut loquitur *Plutarchus* in M. Marcello pag. 300. Eandem phraſin adhibent cùm alii, tum *Cicero* de Divin. II, 35. & *Livius* lib. IV. cap. 7. Ejus hæc ſunt verba: *Tertio menſe quam*

quàm haerere in republica religionem: conſules ſummum imperium ſtatim deponere, quam id tenere punctum temporis contra religionem. Magna augurum auctoritas. Quid? haruſpicum ars, nonne divina? Haec innumerabilia ex eodem genere qui videat, nonne cogatur confiteri Deos eſſe? Quorum enim interpretes ſunt, eos ipſos eſſe certe neceſſe eſt: Deorum autem interpretes ſunt: Deos igitur eſſe fateamur. At fortaſſe non omnia eveniunt, quae praedicta ſunt. 3 Ne aegri quidem, quia non omnes convaleſcunt, idcircò

quam inierunt (magiſtratum tribuni militum tres) *augurum decreto, perinde ac vitio creati honore abière*; *quod C. Curtius, qui comitiis eorum præfuerat, parum rectè* tabernaculum cepiſſet. Quin & *Valerius Maximus* lib. I. cap. I, 3. hanc ipſam rem ſic narrat. *A Tib.* inquit, *Graccho ad collegium augurum literæ ſunt ex Provincia miſſæ, quibus ſignificabat ſe, cum libros ad ſacra populi pertinentes legeret, animadvertiſſe* VITIO TABERNACULUM CAPTUM *comitiis conſularibus, quæ ipſe feciſſet* &c. Is autem ferè *Ciceronis* eſt exſcriptor; adeoque *hortos Scipionis* legiſſe non videtur. Et quidem vel id, vel aliud additamentum prorſus eſt ſupervacaneum. Quod igitur *P. Manucius* è veteribus, ut ait, libris repoſuerit, *tabernaculum captum fuiſſe* HARUSPECTIONIS; aut quod ampliſſ. *Boberius* legendum conjecerit, *tabernaculum captum fuiſſe* AVISPECTIONIS vel AVISPICIONIS; id mihi non rectè factum videtur: neque enim voces illas probi commatis arbitror, licèt *ſpectio* fuerit in auguralibus uſitata. Vide *Feſtum* & *Varronem* lib. V. L. L. §. 8. *Davies.*

2 *Senatus ut abdicarent conſules: abdicaverunt*] Vulgò *ut abdicarent: conſules abdicaverunt.* Sed nos pravam illam diſtinctionem ex ipſa re ſimul ac editt. *Victor.* & *Aſcenſ.* mutavimus. *Ea re ab auguribus ad ſenatum relata, juſſu ejus C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Romam redierunt, & ſe conſulatu abdicaverunt.* Vide *Valerium Maximum* lib. I. cap. I, 3. *Idem.*

3 *Nè ægri quidem omnes convaleſcunt. Idcircò ars nulla medicina eſt?*] Sic legendum; nam vulgata, à quâ non diſcrepat antiqua, fieri non poteſt: *Ne ægri quidem, quia non omnes convaleſcunt, idcirco ars nulla medicina eſt.* Credibile eſt ab aliquo ſemidocto adjectas eſſe has duas voculas *quia non*, propter vocem *idcirco*, quæ ſequitur. Liceret tamen, ſi pluribus conjecturis locus eſſet, ita legere: *Ergo quia non omnes ægri convaleſcunt, idcirco ars nulla medicina eſt?* Lambinus.

Ibid. *Nè* ægri *quidem, quia non omnes convaleſcunt, idcirco ars nulla Medicina eſt?*] Licet *D. Lambini* conjecturas haud probem; tamen minus arridet *Jani Gruteri* pervicacia, quâ motus ſtatuit, lectionem vulgatam eſſe *gratioſiſſimæ venuſtatis elocutionem*; nam

idcircò ars nulla medicina eſt? [1] Signa oſtenduntur à Dîs rerum futurarum. In his ſi qui erraverunt, non Deorum natura, ſed hominum conjectura peccavit. [2] Itaque inter omnes omnium gentium ſumma conſtat: omnibus enim innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe Deos.
5 Quales ſint, varium eſt: eſſe nemo negat. Cleanthes quidem noſter quattuor de cauſſis dixit in animis hominum informatas Deorum eſſe notiones. Primam poſuit eam, de qua modò dixi, quae orta eſſet ex praeſenſione rerum futurarum: alteram, quam ceperimus ex magnitudine

nam prorſus eſt ſolœca, nec habet vox *agri*, ad quod referatur. Quid multis opus eſt? Legendum credo, *nè* AEGRIS *quidem, quia non omnes convaleſcunt, idcirco ars nulla Medicina eſt?* Rectè *Ariſtoteles* Rhet. lib. I. cap. I. §. 20. Οὐδὲ γὰρ Ἰατρικῆς τὸ ὑγιῆ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν· ἔστι γὰρ, καὶ τοὺς ἀδυνάτους μεταλαβεῖν ὑγιείας, ὅμως θεραπεῦσαι καλῶς. Vel, ut *Ovidii* verbis utar Epiſt. ex Ponto lib. I. Eleg. III, 17.

Non eſt in Medico ſemper relevetur ut ager;
Interdum doctâ plus valet arte malum.

Vide & lib. de Divin. cap. 14. *Cyrillum* in Julian. lib. X. p. 354. D. ac *Iſidorum* Peluſiotam lib. IV. Epiſt. 205. *Davies.*

1 *Signa oſtenduntur —— conjectura peccavit*] Simili ferè modò Aſtrologiam, quam *judiciariam* vocant, tuetur Fauſtus apud *Clementem* Hom. XIV. cap. XI. Πολλὰ πταίειν, inquit, οἶδα τοὺς Ἀστρολόγους, πολλὰ δὲ καὶ ἀληθεύειν· ὑποπτεύω οὖν μήπως ἃ μὲν ἀκριβοῦσιν, ἀληθεύουσιν· ἃ δὲ πταίουσιν ἀμαθίᾳ πάσχουσιν· ὡς ὑπονοεῖν με τὸ μὲν μάθημα συνεστάναι, αὐτοὺς δὲ δι' ἀμαθίαν ψεύδεσθαι μόνην, διὰ τὸ μὴ πάντας ἀεὶ πάντων ἀκριβοῦν δύνασθαι. Adi ſis & *Julium Firmicum* Matheſ. lib. I. cap. 2. Hanc autem *Tullii* γνώμην laudat *Ammianus Marcellinus* lib. XXI. cap. 1. Apud eum legitur, *in his ſi quis erraverit*; quam varietatem non tam Codicum diſcrepantiæ, quàm labili memoriæ tribuerim. *Idem.*

2 *Itaque inter omnes omnium gentium* &c.] Locus ſuſpectus ſua ſponte. Augent ſuſpicionem libri veteres, qui ſic habent: *Itaque inter omnes omnium gentium ſumma conſtat.* Quæ ſcriptura nihilo eſt planior aut certior, quàm vulgata. Putabam has voces, *ſententia* & *ſumma*, eſſe alienas; pro *ſumma* reponendum *homines*, ut ita legatur: *Itaque inter omnes omnium gentium* homines *conſtat*, videlicet eſſe Deos. *Lambinus.*

Ibid. *Inter omnes omnium gentium ſumma conſtat*] Vulg. *inter omnes omnium gentium* ſententia *conſtat*: *Pal. tert. ſcientia conſtat. Victor.* autem vocem penultimam omninò prætermittit, cujus loco *D. Lambinus* HOMINES interponit. Ego verò lectionem

tudine commodorum, quae percipiuntur caeli temperatione, fecunditate terrarum, aliarumque commoditatum complurium copia: tertiam, [3] quae terreret animos fulminibus, tempeſtatibus, nimbis, nivibus, grandinibus, vaſtitate, peſtilentia, terrae motibus, & ſaepe fremitibus, lapideiſque imbribus, & guttis imbrium quaſi cruentis; [4] tum lapidibus, aut repentinis terrarum hiatibus; tum, praeter naturam, hominum pecudumque portentis; tum facibus viſis caeleſtibus; tum ſtellis his, quas Graeci cometas, [5] noſtri cincinnatas vocant,

ctionem recepi, quam præſtant *Elienſ.* unus, *Med. Lincoln. Reg.* à prima manu, *Gruterique* tres MSSti: & ea *Tulliana* loquendi formulæ prorſus eſt conſentanea. Noſter Acad. Quæſt. lib. IV. c. 9. *Non debere eos in ſuo decreto fluctuare, præſertim cùm in eo ſumma conſiſteret.* Vide & cap. XLII. Vox eſt etiam *Lactantio, Ciceronis* imitatori, perfamiliaris. *Davies.*

3 *Qua terreret animos*] Hæc lectio ſatis ſincera non videtur; haud enim agitur de cauſsâ, *qua terreret animos*, ſed de eâ, quæ faceret, ut Dii eſſe crederentur. *Elienſ.* unus habet, *quâ terrent animos.* Lego *quia terrerentur homines.* Noſter de Divin. lib. II. c. 18. *Nonne perſpicuum eſt, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua jactuſque fulminum extimuiſſent, credidiſſe ea efficere rerum omnium præpotentem Jovem.* Ibi nos plura. *Idem.*

4 *Tum* lapidibus, *aut repentinis terrarum hiatibus*] Locus eſt vitiatus, nam *lapideorum imbrium* ſuprà meminerat noſter. *Janus Gulielmius* reponendum putabat *lapſibus* aut *labibus.* Ultima ratio mihi ſimul ac *Jano Grutero* vehementer placet; nam ſæpe factum eſt ut *terra, repentinis quaſſata motibus*, vel hiaverint, vel deſederint (ſic rectè *Cellarius* ex MSStis, non *deſcenderint*) *in abruptum*. Verba ſunt *Lactantii* Div. Inſtit. lib. VII. cap. 3. Illa verò terræ ruina, rectè LABES dicitur. *Lactantius* ad *Statii* Thebaid. lib. VIII. p. 356. ed. Cruceanæ. *Labes, violentia, ſeu ruina.* LABES *à labendo dicta. Lucretius* lib. II. pag. 281.

Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi
Expugnata dabunt LABEM, *putreſque ruinas.*

Livius lib. XLII. cap. 15. *Dextra pars* LABE *terra in aliquantum altitudinis diruta erat. Cicero* de Divin. lib. I. c. 35. *Multis locis* LABES *facta ſint, terraque deſederint.* Vide & cap. XLIII. Loca JCtorum huc pertinentia collegit *Dionyſ. Gothofredus* ad Digg. lib. XIX. Tit. II. L. 62. *Idem.*

5 *Noſtri crinitas vocant*] Alii *cincinnatas.* Etſi enim Græca eſt vox τῶν *κικίννων*, ut *Theocrito* -- Οὐ μαλλοῖς οὐδὲ *κικίννοισι*, tamen Latini ut ſuâ uſi fuêre, unde & priſcum Quinctii nomen

vocant, quae nuper [1] bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum praenuntiae; tum ſole geminato, quod, ut è patre audivi, [2] Tuditano & Aquillio conſulibus evenerat; quo quidem anno P. Africanus ſol alter exſtinctus eſt: quibus exterriti homines, vim quandam eſſe caeleſtem & divinam ſuſpicati ſunt. Quartam cauſſam eſſe, eamque vel [3] maxumam, aequabilitatem motus, converſionem caeli: ſolis, lunae, ſiderumque omnium [4] diſtinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem: quarum rerum aſpectus ipſe ſatis indicaret, non eſſe ea fortuita. Ut ſi quis in domum aliquam, aut in gymnaſium,

nomen factum, ut *Cicinnatus* diceretur. *Camerarius.*

Ibid. *Noſtri cincinnatas vocant*] *Elienſ. Lincoln.* & veteres editi dant *crinitas.* Et *Cometas Graci vocant, noſtri* Crinitas, *horrentes crine ſanguineo, & comarum modo in vertice hiſpidas,* ut ait *Plinius* H. N. lib. II. cap. 25. *Servius* ad *Virgilii* Æn. X, 272. *Cometas Latinâ Linguâ* Crinitas *appellamus.* Scriptor libri de Comp. apud *Muratorium* Anecdot. Tom. III. p. 193. *Cometes Latine* crinitus *appellatur. Eutropius* lib. X. cap. 4. *Denuntiata mors ejus* (Conſtantini) *eſt etiam per* Crinitam *ſtellam—Graci* Cometen *vocant.* Sic paſſim locutus eſt *Suetonius.* Vide Jul. cap. 88. Neron. cap. 36. & Veſpaſ. cap. 23. Attamen haud temerè fit, ut *Pall. Med. Reg. Cantab.* aliique Codices dent *cincinnatas.* Scholiaſtes *Juvenalis* ad illud Satir. VI, 207.

Inſtantem Regi Armenio Parthoque cometen,

ait, *Latine hac ſtella* cincinnata *dicitur.* Davies.

1 *Bello Octaviano*] Id intelligit, quod, Octavio Conſule, contrà Marium, Cinnam, alioſque geſtum fuit. Vide, præter alios plures, *Florum* lib. III. cap. XXI, 9. *Idem.*

2 *Tuditano & Aquilio Coſſ.*] Vetus liber *M. Tuditano & Ap. Claudio Coſſ.* Sed hujus lectionis veritas ex hiſtoriâ petenda eſt. *Urſinus.*

Ibid. *Tuditano & Aquillio Coſſ.*] Vulgatam lectionem ſervant omnes noſtri; ſed Codex *Urſin.* habuit, *M. Tuditano & Ap. Claudio Coſſ.* Quod planè falſum; nam licet hi Conſules fuerint A. U. C. 569. ut docebit *Livius* lib. XXXIX. cap. 23. tamen ii ſunt quærendi, qui Conſulatum geſſerunt, cùm P. Scipio Africanus Æmilianus mortem obierit. Hæc autem contigit A. U. C. 625. M. Aquillio, C. Sempronio Tuditano Coſſ. ut diſerte teſtatur *Velleius Paterculus* lib. II. cap. 4. Vide ſis & Epitomen *Livianam* lib. LIX. Igitur ſarta tecta maneat aliorum MSStorum auctoritas. *Davies.*

3 *Maximam æquabilitatem motûs,* conver-

um, aut in forum venerit; cùm videat omnium rerum rationem, modum, diſciplinam, non poſſit ea ſine cauſſa fieri judicare, ſed eſſe aliquem intelligat, qui praeſit, & cui pareatur: multo magis in tantis motionibus tantiſque viciſſitudinibus, tam multarum rerum atque tantarum ordinibus, in quibus nihil umquam inmenſa & infinita vetuſtas mentita ſit, ſtatuat neceſſe eſt ab aliqua mente tantos naturae motus gubernari.
Chryſippus quidem, quamquam eſt acerrimo 6
ingenio, tamen ea dicit, ut ab ipſa natura didiciſſe, non ut ipſe repperiſſe videatur. [5] *Si enim, inquit, eſt aliquid in rerum natura, quod hominis mens,*

converſionem *cæli*] *Elienſ.* unus, *Lincoln.* & *Bonon.* 1494. *maximè inæquabilitatem motûs: Med.* autem *maximam inæqualitatem.* Abſurde prorſus; ſed nec melius ſeſe habet lectio vulgata, licet à nemine, quod ſcio, fuerit in controverſiam vocata. Non enim dicit, cujuſnam rei motus æquabilis in cauſſa fuerit, cur vim divinam eſſe ſuſpicati ſint homines. Mitto alia; monebo duntaxat legendum, *eamque vel maximam, æquabilitatem motus* IN CONVERSIONE *cæli.* Simile mendum ſuſtulerat *Lambinus* ad lib. I. cap. 44. Contrario vitio laborat *Macrobius* Saturn. lib. 1. c. 5. ubi ſic vulgata: *Qui primi coluiſſe* IN ITALIA *dicuntur* Leg. *coluiſſe* ITALIAM *dicuntur*, uti quidem dant manuarii Codices apud *Agellium* lib. I. cap. 10. cujus ſcrinia ſcriptor iſte compilavit. *Idem.*

4 *Diſtinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem*] Ex iis, quæ ſequuntur, manifeſtum eſt, VARIETATEM potius hic eſſe legendum, quam, ut anteà, *utilitatem*; ut illa ratio omittatur, quod de *utilitate*, quâ homines adducti Deos agnoſcunt, non in quarta cauſſa; ſed in ſecundâ mentionem facit. Quam lectionem, ut meliorem, in noſtris libris ſecutus ſum. *P. Manucius.*

Ibid. VARIETATEM, *pulchritudinem*] Vulg. *utilitatem.* Sed *Paulli Manucii* divinationem veram eſſe docet tam res ipſa, quàm MS. *Elienſis* fides. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. VII. cap. III, 25. *Cùm cæli temperatio, & æqualis in ipſa* VARIETATE *curſus aſtrorum luminumque cæleſtum---plana camporum munimenta, & aggeres montium* (Inepte; tu ſic diſtingues; *plana comporum, munimenta & aggeres montium*)--*ceteraque omnia ratione ſumma conſtent; quis tam cæcus eſt, ut exiſtimet ſine cauſa eſſe facta.* Pariter *Tullius* infrà c. VI. VARIETATEM *pulchritudinemque rerum cæleſtium* memorat. *Davies.*

5 *Si enim eſt aliquid* &c.] Ad hunc locum reſpicit *Lactantius* de Irâ Dei cap. x, 36. nec abſimilis eſt ratiocinatio Cleanthis, quam refert *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 324. *Idem.*

4 *Quid*

mens, quod ratio, quod vis, quod poteſtas humana efficere non poſſit; eſt certè id quod illud efficit, homine melius: atqui res caeleſtes omneſque hae quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine confici non poſſunt: eſt igitur id, quo illa conficiuntur, homine melius. Id autem [1] *quid potiùs dixeris, quàm Deum? etenim ſi Dii non ſunt, quid eſſe poteſt in rerum natura homine melius? in eo enim ſolo ratio eſt, qua nihil poteſt eſſe praeſtantius. Eſſe autem hominem, qui nihil in omni mundo melius eſſe quàm ſe putet, deſipientis adrogantia eſt. Ergo eſt aliquid melius. Eſt igitur profecto Deus.* An verò, ſi domum magnam pulchramque videris, non poſſis adduci, ut, etiam ſi dominum non videas, [2] muribus illam & muſtelis aedificatam putes? [3] tantum ergo ornatum mundi, tantam varietatem pulchritudinemque rerum caeleſtium, tantam vim & magnitudinem maris atque terrarum, ſi

1 *Quid potius dixeris*] Non abſurde *Lincoln.* & *Aſcenſ.* exhibent, *quid potius* dixerim. *Davies.*

2 *Muribus illam* & muſtelis *ædificatam putes*] Nimio Archaïſmorum amore *Janus Gulielmius* in errorem ridiculum eſt abreptus; nam cùm nonnulli Codices habeant MUSTELLIS *ædificatam*, vir ille doctus locum de monſtris ſpectriſque portentoſis intellexit, unde *Plauti* MOSTELLARIA. Sed *Gruterus* vocem hanc pro animalculis domos pererrantibus recte cepit. *Ovidius* de Galanthide in Muſtelam converſa Metam. IX, 233.

--- Noſtraſque domos, ut & ante, frequentat.

Idem animal hominem ſic alloquitur apud *Phædrum* lib. I. Fab. 22.

--- Quaſo, inquit, parcas mihi, Quæ tibi moleſtis muribus purgo domum.

Diogenes apud *Antonium* & *Maximum* Serm. LXVII. pag. 114. Τῶν οἰκιῶν, ἔνθα πλείςη τροφὴ πολλὰς ΜΥΣ εἶ) ϗ ΓΑΛΑΣ. Vide & *Plinium* H. N. lib. XXIX. cap. 4. *Idem.*

3 *Tantum* ergo *ornatum*] Mediam vocem omittunt *Lincoln.* & *Aſcenſ.* Vulgati dant, *tantum* verò *ornatum.* Nos *Reg.* & *Med.* ſequimur, qui longe præſtantiorem lectionem repræſentant. *Idem.*

4 *Quam craſſiſſimus* circumfundat *aër*] MS. Reg. à prima manu *circumdat*, quod Gloſſematis loco recte ponit Cl. *Boherius*. *Silius Italicus* VII, 308.

Cernis ut armata circumfundare *corona.*

Et vſ. 723.

Tu-

ſi tuum ac non Deorum inmortalium domicilium putes, nonne planè deſipere videare? An ne hoc quidem intelligimus, omnia ſupera eſſe meliora? terram autem eſſe infimam, [4] quam craſſiſſimus circumfundat aer? ut ob eam ipſam cauſſam, quod etiam quibuſdam regionibus' atque urbibus contingere videmus, [5] hebetiora ut ſint hominum ingenia propter caeli pleniorem naturam, hoc idem generi humano evenerit, quòd in terra, hoc eſt in craſſiſſima regione mundi, conlocati ſint. Et tamen ex ipſa hominum ſollertia eſſe aliquam mentem, & eam quidem acriorem & divinam, exiſtumare debemus. [6] *Unde enim hanc homo adripuit?* [7] ut ait apud Xenophontem Socrates. Quin & humorem, & calorem qui eſt fuſus in corpore, & terrenam ipſam viſcerum ſoliditatem, [8] animum denique illum ſpirabilem ſi quis quaerat unde habemus; apparet,

Tum demum terris, quos circumfuderat *atra*
Tempeſtas, *Stygia tandem fugère tenebra.*
Idem.

5 *Hebetiora ut ſint hominum ingenia*] Putabat quidam non indoctus hic delendam particulam *ut*, quod ſatis eſſet, ſemel eſſe poſitam ſupra, ibi, *ut ob eam cauſam* &c. Sed fallebatur, ut ei demonſtravi; nam & utrobique neceſſariæ ſunt, & ad duo diverſa referuntur: prior ad illa, *quam craſſiſſimus circumfundat aër* &c. hæc poſterior, ad verbum *contingere*. Adde, quod verbum *evenerit*, quod eſt infra, cohærere debet cum illa priore particula *ut*. Lambinus.

6 *Unde enim hanc homo arripuit?*] Sic ſe habent verba Memor. lib. I. cap. IV, 8. Νῦν δὲ μόνον ἄρα ἐδαμῶ ὄντα σὲ εὐτυχῶς πῶς δοκεῖς συναρπάσαι. Hunc locum affert etiam *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 326. At in ejus libro ſcribebatur εὐτυχῶς ΠΟΘΕΝ δοκεῖς συναρπάσαι; quod *Xenophonti* reſtituendum puto; illud enim vocabulum poſtulat *Ciceronis* interpretatio, quam repetit infra lib. III. cap. XI. *Davies.*

7 *Ut* ait *apud Xenophontem*] Secunda vox abeſt à *Med.* & *Aſcenſ.* Sane cum paſſim ſubaudiatur; hic quoque ſubaudiri poteſt. *Idem.*

8 *Animum denique illum ſpirabilem ſi quis quaerat unde* HABEMUS] Hæc patienter ferunt editores; at mihi nullo modo videntur ſana: nam ipſa Latinitas flagitat ut legatur HABEAMUS. *Idem.*

1 Quod

apparet, quòd aliud à terra ſumpſimus, aliud ab humore, aliud ab igni, aliud ab aere eo, quem
7 ſpiritu ducimus. Illud autem, quod vincit haec omnia, rationem dico, &, ſi placet, pluribus verbis, mentem, conſilium, cogitationem, prudentiam, ubi invenimus? unde ſuſtulimus? an cetera mundus habebit omnia, hoc unum, [1] quod plurimi eſt, non habebit? Atqui certè nihil omnium rerum melius eſt mundo, nihil praeſtabilius, nihil pulchrius: nec ſolùm nihil eſt, ſed ne cogitari quidem quicquam melius poteſt. Et, ſi ratione & ſapientia nihil eſt melius, neceſſe eſt haec ineſſe in eo, quod optumum eſſe concedimus. Quid vero? Tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio, quem non coget ea, quae dicuntur à me, comprobare? poſſetne uno tempore florere, dein viciſſim horrere terra? aut, tot rebus ipſis ſe inmutan-

tibus,

1 *Quod plurimi eſt*] Nihil eſt in hâc lectione vitii, ſi modò venit à MSStis. At illi, quantum conſtat, omnes repræſentant, *quod* plurimum *eſt*; unde fecerim *quod* primum *eſt*, ſeu optimum & præſtantiſſimum. *Davies.*

2 *Solſtitiis brumiſque*] Licet duo ſint *ſolſtitia*, æſtivum unum, alterum hiemale; uſu tamen recipitur, ut *ſolſtitium*, id quod θερινὸν eſt, denotet; *bruma* verò, χειμερινόν. Dein illud æſtatem, hæc autem tempus hibernum ſignificat. *Agellius* Noct. Attic. lib. III. cap. 10. *In ſeptimo ſigno fit* ſolſtitium à bruma; *in ſeptimo* bruma à ſolſtitio. Vide *Senecam* Nat. Quæſt. lib. III. cap. 29. *Plinium* H. N. lib. II. capp. 97, & 70. *Ovidium* Triſt. lib. V. Eleg. x, 7. ac *Varronem* R. R. cùm alibi, tum lib. I. cap. 39. nec non lib. III. cap. 10. *Idem.*

3 *Æſtus maritimi fretorumque anguſtiæ ortu aut obitu Lunæ commoveri*] Idem vult noſter, quod ſic extulit de Divin. lib. II. cap. 14. *Quid de fretis aut de marinis æſtibus plura dicam? quorum acceſſus & receſſus Lunæ motu* GUBERNANTUR. Ea ſanè fuit multorum veterum ſententia. *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 323. Κατὰ γὰρ τὰς Σελήνης αὐξήσεις καὶ φθίσεις --- ἀμπώτεις τε καὶ πλημμυρίδες περὶ τινα μέλη (Leg. μέρη) τῆς θαλάσσης γίνονται. *Philoſtratus* vit. Apollonii lib. V. cap. 2. Ἃ περὶ τὴν Σελήνην φασὶ φαίνεσθαι πλησιουμένην τε καὶ

πλη-

tibus, ſolis acceſſus diſceſſuſque [2] ſolſtitiis bruminſque cognoſci? aut [3] aeſtus maritumi fretorumque anguſtiae ortu aut obitu lunae commoveri? aut una totius caeli converſione curſus aſtrorum diſpares conſervari? Haec ita fieri omnibus inter ſe concinentibus mundi partibus profectò non poſſent, niſi ea [4] uno divino & continuato ſpiritu continerentur. Atque haec cùm uberiùs diſputantur & fuſius, ut mihi eſt in animo facere, faciliùs effugiunt Academicorum calumniam: cùm autem, ut Zeno ſolebat, breviùs anguſtiuſque concluduntur; tum apertiora ſunt ad reprehendendum. Nam ut profluens amnis, aut vix, aut nullo modo; concluſa autem aqua, facilè corrumpitur: ſic [5] orationis flumine reprehenſoris vitia diluuntur; anguſtia autem concluſae orationis non facilè ſe ipſa tutatur. Haec enim, quae dilatantur à nobis, Zeno

πληρουμένην καὶ φθίνουσαν, ταῦτα περὶ τὸν Ὠκεανὸν οἶδε· τὰ γὰρ ἐκείνης ἄνεισι μέτρα, ξυμμινύθων αὐτῇ καὶ ξυμπληρούμενος. Vide *Senecam* de Provid. cap. I. & *Macrobium* in Somn. Scip. lib. I. cap. 6. *Davies.*

4 *Uno divino* & continuato *ſpiritu*] MSS. *Reg.* & *Cantab.* exhibent *uno & divino ſpiritu.* Et ipſe quidem *Cicero* eandem vocem prætermittit infra lib. III. cap. XI. eam tamen hic retinendam ſuadet potiorum Codicum fides; nam Stoici certe animam mundi per omnia diffuſam eſſe ſtatuerunt. *Athenagoras* Leg. pro Chriſt. cap. VI. pag. 29. ait, ſecundum Stoicos, Πνεῦμα αὐτοῦ (Θεοῦ) διήκει δι᾽ ὅλου τοῦ κόσμου; *Celſus* apud *Origenem* lib. VI. pag. 324. Chriſtianos putat μηδὲν ἐν τούτῳ διαφέρειν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι Στωϊκῶν, φασκόντων, ὅτι ὁ Θεὸς πνεῦμά ἐστι διὰ πάντων διεληλυθὸς, καὶ πάντ᾽ ἐν ἑαυτῷ περιέχον. Quod falſum probat vir doctiſſimus, veramque Stoicorum ſententiam luculenter exponit. Plura ſuppeditabit *Juſt. Lipſius* Phyſ. Stoïcæ lib. I. Diſſ. 7, & 8. *Idem.*

5 *Orationis flumine reprehenſoris* vitia *diluuntur*] Hoc mihi duriuſculum videtur. Melius, ut opinor, congruentiuſque, *reprehenſoris* CONVICIA *diluuntur*; quemadmodum CONVICIORUM *amariſſimam labem verborum veracium flumine diluere* dixit Octavius apud *Minucium Felicem* cap. XVI. *Idem.*

8 no ſic premebat: "[1] Quod ratione utitur, id melius eſt, quàm id, quod ratione non utitur: nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur." Similiter effici poteſt, ſapientem eſſe mundum: ſimiliter, beatum: ſimiliter, aeternum: omnia enim haec meliora ſunt, quàm ea, quae ſunt his carentia: nec mundo quicquam melius: ex quo efficitur, eſſe mundum Deum. Idemque hoc modo: "[2] Nullius ſenſu carentis pars aliqua poteſt eſſe ſentiens: Mundi autem partes ſentientes ſunt: non igitur caret ſenſu mundus." Pergit idem, & urget anguſtiùs: "[3] Nihil, inquit, quod animi quodque rationis eſt expers, id generare ex ſe poteſt animantem, compotemque rationis: mundus autem generat animantes, compoteſque rationis: animans eſt igitur mundus, compoſque rationis." Idemque ſimilitudine, ut saepe ſolet, rationem concluſit hoc modo: "Si ex oliva modulatè canentes tibiae naſcerentur; num dubitares, quin "ineſſet

1 *Quod ratione utitur, id melius eſt* &c.] Ipſam Zenonis ratiocinationem ſic effert *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 327. D. Εἰ τὸ λογικὸν τοῦ μὴ λογικοῦ κρεῖττόν ἐστι, οὐδὲν δέ γε κόσμου κρεῖττόν ἐστι· λογικὸν ἄρα ὁ κόσμος. Καὶ ὡσαύτως, ἐπὶ τοῦ νοεροῦ καὶ ἐμψυχίας μετέχοντος. Τὸ γὰρ νοερὸν τοῦ μὴ νοεροῦ, καὶ ἔμψυχον τοῦ μὴ ἐμψύχου κρεῖττόν ἐστιν· οὐδὲν δέ γε κόσμου κρεῖττον· νοερὸς ἄρα καὶ ἔμψυχός ἐστιν ὁ κόσμος. Similiter alii quoque Stoici ſunt ratiocinati. Vide *Diogenem Laertium* lib. VII. §. 143. *Davies.*

2 *Nullius ſenſu carentis pars* &c.] Hoc & ſequens argumentum, quo mundum eſſe animantem contendebant Stoïci, reſpicit ac refellit *Lactantius* Div. Inſtit. lib. II. cap. v. §. 29. ſeqq. *Idem.*

3 *Nihil, inquit, quod animi, quodque rationis eſt expers* &c.] Hæc ſunt Zenonis verba. Τὸ προϊέμενον σπέρμα λογικοῦ καὶ αὐτὸ λογικόν ἐστι· ὁ δὲ κόσμος προΐεται σπέρμα λογικοῦ· λογικὸν ἄρα ἐστὶν ὁ κόσμος. Ea fuſius explicat, & eorum à *Xenophonte* τὴν ἀφορμὴν λαβεῖν monet *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 327. A. *Idem.*

4 *Si platani fidiculas ferrent* numeroſè *ſonantes*] *Elienſ.* malè repræſentat NERVOSÆ *ſonantes.* *Priſcianus* autem

"ineſſet in oliva tibicinis quaedam ſcientia?
"Quid [4] ſi platani fidiculas ferrent numeroſè ſo-
"nantes? Idem ſcilicet cenſeres, in platanis in-
"eſſe muſicam. Cur igitur mundus non animans
"ſapienſque judicetur, cùm ex ſe procreet ani-
"mantes atque ſapientes?" Sed quoniam coepi ſe- 9
cus agere, atque initio dixeram: (negaram enim
hanc primam partem egere oratione, quòd eſſet
omnibus perſpicuum, Deos eſſe) tamen id ip-
ſum [5] rationibus phyſicis confirmare volo. Sic
enim res ſe habet, ut omnia, quae alantur [6] &
quae creſcant, contineant in ſe vim caloris; ſine
qua neque ali poſſent nec creſcere. Nam om-
ne, quod eſt calidum & igneum, cietur & agi-
tur motu ſuo: quod autem alitur & creſcit,
motu quodam utitur certo & aequabili; qui
quamdiu remanet in nobis, tamdiu ſenſus & vi-
ta remanet: refrigerato autem & exſtincto ca-
lore, occidimus ipſi & exſtinguimur. [7] Quod
quidem Cleanthes his etiam argumentis docet,
quanta

autem lib. III. col. 612. habet NUMEROSA; nec fortaſſe deerunt, qui eam lectionem ex Helleniſmo ſatis noto defendendam cenſeant. Sed, præterquam quod eâ ratione pars fieret Hexametri, tales loquendi formulæ Poëtis ferè ſunt relinquendæ. *Idem.*

5 *Rationibus phyſicis* confirmare *volo*] Sic ex *Reg.* legendum, non *confirmari*, prout eſt in editis; id enim, quod pollicetur, ſtatim agit Lucilius. *Bonon.* autem 1494. *Victor.* ac plerique omnes MSSti exhibent *rationibus phyſicis, id eſt, naturalibus*; ſed certo certius eſt, tres poſtremas voces Gloſſematis loco ponendas eſſe. *Idem.*

6 *Et* quæ *creſcant*] Vulg. vocem penultimam omittunt. Eam verò nos *Ciceroni* donavimus, fide MSStorum *Reg. Elienſ. Med. Lincoln. Victor.* & *Bonon.* 1494. *Idem.*

7 Quod *quidem Cleanthes*] Ad marginem notat *Lambinus* in aliis ferri, ET *quidem Cleanthes*; quod ego certè, ſi fide vel unius Codicis nitatur, vulgatæ lectioni prætulerim: ea enim ſequentia ſuperioribus non aptè connectit, & hiulcam reddit orationem. Legi quoque poſſit, *quid quod Cleanthes* &c. *Idem.*

quanta vis inſit caloris in omni corpore: negat enim ullum eſſe cibum tam gravem, quin is nocte & die concoquatur; cujus etiam in reliquiis ineſt calor his quas natura reſpuerit. Jam verò venae & arteriae micare non deſinunt, quaſi quodam igneo motu; animadverſumque ſaepe eſt, cùm cor animantis alicujus [1] evolſum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Omne igitur quod vivit, ſive animal ſive terra editum, id vivit propter incluſum in eo calorem. Ex quo intelligi debet, eam caloris naturam, vim habere in ſe vitalem per omnem mundum pertinentem. Atque id faciliùs cernemus, toto genere hoc igneo, [2] quod tranat omnia, ſubtiliùs explicato. [3] Omnes igitur partes mundi (tangam autem maxumas) calore

1 *Evulſum*] *Evolſum* eſt in vetuſtiſſimo libro: & ita legit *Quinctilianus*. Urſinus.

Ibid. *Evolſum*] Ita nos more veteri ſcripſimus, & ita repræſentant *Reg.* & *Med.* Davies.

2 *Quod* tranat *omnia*] *Elienſ.* & *Cantab.* perperam, *trahat omnia. D.* autem *Lambinus* ſcribendum conjecit, TRAMEAT *omnia*. Sed nihil opus eſt, ut quicquam mutemus; hanc enim Metaphoram non refugerunt auctores optimi. *Ennius* apud *Philargyrium* in Georg. IV, 59.

Tranſnavit *cita per teneras caliginis auras.*

Virgilius Æn. X, 264.

Strimonia dant ſigna grues, atque athera tranant
Cum ſonitu -----

Silius Italicus lib. XIII, 238.

TRANAVIT, *liquidas volucris ceu ſcinderet auras,*
Haſta viri corpus -----

Lucretius de ſimulacris lib. IV, 178.

Et qua mobilitas ollis tranantibus *auras*
Reddita ſit.

Et vſ. 605.

Perſcinduntur enim, niſi recta foramina TRANANT.

Adi & lib. VI, 1050. *Idem.*

3 *Omnes igitur partes mundi tangam, quæ maximo calore fulta ſuſtinentur*] Veneti rectè ita: *Omnes igitur partes mundi (tangam autem maximas) calore fulta ſuſtinentur.* Placet & quod mox non *ictu*, ſed *tritu*, in illis ſcribitur; conflictus enim lapidum ictum ſignificat. Itemque verum videtur quod ſequitur, *Primum ipſe liquor aquæ declarat effuſa*: non ut noſtri libri habent, *Tum aquæ declarat effuſa.*

lore fultae ſuſtinentur. Quod primùm in terrena natura perſpici poteſt. Nam & lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus; & recenti foſſione

[4] ——*terram fumare calentem*;

atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi, & id maxumè fieri temporibus hibernis, [5] quòd magna vis caloris, terrae contineatur cavernis; [6] eaque hieme ſit denſior; ob eamque cauſſam, calorem inſitum in terris contineat arctiùs. 10 Longa eſt oratio, multaeque rationes, quibus doceri poſſit, omnia, quae terra concipiat, ſemina, quaeque ipſa ex ſe generata ſtirpibus infixa contineat, ea temperatione caloris & oriri & augeſcere. Atque aquae etiam admixtum eſſe calorem, [7] primùm ipſe liquor, tum aquae

ſio. Quid enim ille liquor eſt, aut quid declarat ſingulare? ſed movit fortaſſe aliquem, ut TUM adderet, & locum mutaret, quòd *primum* poni ſolum non oportere crederet. Quod ſolere tamen, ſuprà etiam oſtendimus. *Camerarius.*

4 *Terram fumare* calentem] MSS. *Reg. Med. Lincoln.* & *Elienſ.* habent *terram fumare recalentem*; ac ita ſcribendum puto; non enim eſt cur quis in re minimè Poëticâ Poëtam à *Tullio* laudatum fuiſſe credat. Vide *Servium* ad Æn. XII, 35. & *Prudentium* in paſſione Hippolyti vſ. 143. *Davies.*

5 *Quod magna vis caloris, terra contineatur cavernis*] Hunc verborum ordinem ex MStis *Reg.* & *Lincoln.* ſumſimus. Vulg. *magna vis, terra cavernis, contineatur caloris,* quo quidem durior & obſcurior ſit oratio. *Idem.*

6 *Eaque hieme ſit denſior, ob eamque cauſſam calorem inſitum* in terris *contineat arctius*] Pronomen ad *terram* dubio procul eſt referendum. Quod ſi ſit, qualis quæſo erit hæc locutio, TERRA *calorem inſitum* IN TERRIS *contineat arctius?* Animi ſui ſenſa ſic bardus aliquis efferat, non *Cicero.* Aut igitur reponendum *calorem inſitum* INTRA SE *contineat arctius*, aut, quod malim, voces IN TERRIS ſunt prorſus expungendæ. De re ipſa agit *Lucretius* lib. VI. pag. 827. *Idem.*

7 *Primum ipſe liquor, tum aqua declarat effuſio*] Licet hæc ſenſu careant, ita tamen ante *Gruterum* exhibebant *Manuc.* & *Bonon.* 1494. cum quibus faciunt *Pal.* tert. & *Reg.* noſter. At *Victorius* edidit, *liquor aqua*

aquae declarat effuſio: quae neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concreſceret, niſi eadem ſe admixto calore liquefacta & dilapſa diffunderet. Itaque & aquilonibus [1] reliquiſque frigoribus dureſcit humor: & idem viciſſim [2] mollitur tepefactus & tabeſcit calore. Atque etiam maria agitata ventis ita tepeſcunt, ut intelligi facilè poſſit, in tantis illis humoribus eſſe incluſum calorem. Nec enim ille externus & adventicius habendus eſt tepor, ſed ex intimis maris partibus agitatione excitatus: quod noſtris quoque corporibus contingit, cùm motu atque

qua declarat effuſa, nec aliter MS. *Elienſ.* Hoc verò non arridet, quia nihil ad rem facit, *effundatur* aqua necne. *Pal.* pr. *liquor aqua declarat effuſio*; & ita MS. *Med.* Legerim, *primum ipſe liquor aqua declarat*, ut *effuſio* vox habeatur à Librariis inutiliter adjecta. *Davies.*

1 *Reliquiſque frigoribus* adjectis *dureſcit humor*] Sic Vulg. At nos antepenultimam vocem delevimus; id quod ſuadebat MSStorum *Lincoln.* *Reg.* & *Cantab.* fides, ſimul ac Latini ſermonis elegantia. *Idem.*

2 *Mollitur* tepefactus *& tabeſcet* calore] Vel ſecunda vox vel ultima videtur ſupervacanea. Legerim itaque, *mollitur tepefactus & tabeſcit*; aut *mollitur & tabeſcit calore.* Idem.

3 *Ipſe vero aër, qui naturâ eſt maximè frigidus*] Sic legendum eſt, non ſolùm quòd ſic omnes libri & MSSti & typis impreſſi, verum etiam quia, ut ita legatur, ratio poſtulat; nam hic Zenonis Citiei & Stoïcorum rationes ac ſententiæ explicantur. Hæc autem erat Zenonis ſententia, ut teſtatur *Diogenes Laertius* in Zenone Citieo, εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ, τὸ θερμὸν, τὸ δὲ ὕδωρ, τὸ ὑγρὸν, τὸν δὲ ἀέρα, τὸ ψυχρὸν, τὴν δὲ γῆν, τὸ ξηρόν. Id eſt; *eſſe autem ignem quidem, calorem; aquam verò, humorem; aëra verò, frigus; terram autem ſiccitatem.* Quod autem olim aliter editum eſt, nempe hoc modò; *Ipſe verò aër, qui naturâ eſt maximè humidus* &c. ideò evenit, quòd ſuſpenſus ac diſtrictus multis cogitationibus, non ſatis attendi hic explicari Stoïcorum rationes, non Peripateticorum, qui aërem dicunt eſſe humidiſſimum & calidiſſimum; aquam humidam & frigidiſſimam &c. Atque hoc jam olim lectorem admonui in Commentariis in *Corn. Nepotem* pag. 447. quo loco narrat de Regibus, & nominatim de Ptolemæo. *Lambinus.*

Ibid. *Ipſe verò aër, qui naturâ eſt maxime frigidus*] Errorem, quem hic admiſerat vir Cl. *D. Lambinus*, retractavit etiam in notis ad *Lucretium* pag. 829. Sed *J. M. Bruto* (qui viam erranti comiter monſtravit) gratias agere candoris fuiſſet ingenui. *Plutarchus* de Repugn. Stoic. pag. 1053. E. Τὸν ἀέρα φύσει ζοφερὸν εἶναι λέγει

(ὁ Χρύσ

atque exercitatione recaleſcunt. [3] Ipſe verò aer, qui natura eſt maxumè frigidus, minime eſt expers caloris. Ille verò & multo quidem calore admixtus eſt: ipſe enim oritur ex reſpiratione aquarum: earum enim quaſi vapor quidam aer habendus eſt. Is autem exiſtit motu ejus caloris, qui aquis continetur. Quam ſimilitudinem cernere poſſumus in his aquis, [4] quae [5] effervеſcunt ſubditis ignibus. Jam verò reliqua quarta pars mundi, ea & ipſa tota natura fervida eſt, & ceteris naturis omnibus ſalutarem inpertit & vitalem calorem. Ex quo concluditur, cùm omnes

(ὁ Χρύσιππος) καὶ τούτῳ τεκμηρίῳ χρῆται τοῦ καὶ ΨΥΧΡΟ`Ν εἶναι πρώτως. Hinc *Clemens*, qui ferè ſemper Stoicus eſt, ἀπηνῆ ψυχρότητα tribuit aëri. Vide ſis ejus Protr. pag. 5. Quod ſi quis etiamnunc de Stoicorum ſententiâ dubitet, is adeat *Juſt. Lipſium* Phyſ. Stoïc. lib. II. Differt. 15. aut *Æg. Menagium* ad *Diogenis Laertii* lib. VII. §. 137. *Davies.*

4 *Quæ* æneis *efferveſcunt ſubditis ignibus*] Ita legitur in MSto, cùm in vulgatis deſit vox *æneis*, quæ tamen poteſt eſſe alicujus ſcholium. *Urſinus.* Cum MSto *Urſin.* facit *Med.* noſter.

5 *Efferveſcunt* SUBDITIS *ignibus*] Victorius edidit SUBITIS *ignibus*; eamque lectionem reſtituit *Jac. Gronovius*; "quia, ſicut ipſi videtur, "cogebat ratio; ſubitos enim, ut "ait, vocat noſtros quotidianos, & "opponit illis æternis & æthereis & "naturalibus." Sed miſerè labitur. *Subitus* quidem *ignis* Latinè dici poteſt. Sic *Virgilius* Æn. XII, 576.

Scala improviſo, ſubitusque *apparuit* ignis.

Ovidius Metam. VIII, 180.

--*Gemmæ* ſubitos *vertuntur in* ignes.

Ac in Ibin. vſ. 19.

Et qui debuerat ſubitas *extinguere* flammas.

Vide & Amor. lib. I. El. II, 9. nec non *Suetonium* Tib. cap. XIV. At nullam prorſus *oppoſitionem* ſomniavit *Cicero*, nec ad ejus rem facit, utrum ex æterno illo Ætnæ incendio, an ex qualibet fornace capiatur ignis. Nos igitur jure merito lectionem reduximus, quam præſtant *Reg. Med. Lincoln. Bonon.* 1494. & vetuſtiores editi. *Naſo* Faſt. IV, 856.

Ultima plorato ſubdita flamma *rogo.*

Idem Metam. IX, 233.

-----*Quo* flamma *miniſtro*
Subdita.

Livius lib. VIII. cap. 30. *Hoſtilia arma* ſubdito igne *concremavit. Ammianus Marcellinus* lib. XIV. pag. 16. *Domum ambitioſam* IGNIBUS SUBDITIS *inflammavit.* Idem lib. XVII. pag. 87. *Domicilia cuncta curatius ritu Romano conſtructa* FLAMMIS SUBDITIS *exurebat.* Exemplorum plena ſunt omnia. Adi modo *Senecam* Herc. Furent. vſ. 366. & Thyeſt. vſ. 59. *Davies.*

I 4 3 Om-

nes mundi partes ſuſtineantur calore, mundum etiam ipſum ſimili parique natura in tanta diuturnitate ſervari: eoque magis, quòd intelligi debet, calidum illud atque igneum ita in omni fuſum eſſe natura, ut in eo inſit procreandi vis & cauſſa gignendi, à quo & animantia omnia, & ea quorum ſtirpes terra continentur, & naſci
11 ſit neceſſe & augeſcere. Natura eſt igitur, quae contineat mundum omnem eumque tueatur; & ea quidem non ſine ſenſu atque ratione: [1] omnem enim naturam neceſſe eſt, quae non ſolitaria ſit neque ſimplex, ſed cum alio juncta atque connexa, habere aliquem in ſe principatum, ut in homine mentem, in belua quiddam ſimile mentis, unde oriantur rerum appetitus. In arborum autem, & earum rerum quae gignuntur è terra, radicibus ineſſe principatus putatur. Principatum autem id dico, quod Graeci ἡγεμονικὸν vocant: quo nihil in quoque genere nec poteſt, nec debet eſſe praeſtantius. Itaque neceſſe eſt, illud etiam, in quo ſit totius naturae principatus, eſſe omnium optumum, omniumque rerum poteſtate dominatuque digniſſimum. Videmus autem, in partibus mundi (nihil

1 *Omnem enim naturam neceſſe eſt, qua non ſolitaria ſit--dominatuque digniſſimum*] Huc pertinet illa Stoicorum ratiocinatio: Ἐν παντὶ πολυμερεῖ σώματι καὶ κατὰ φύσιν διοικουμένῳ ἐστί τι τὸ κυριεῦον. Καθὼς καὶ ἐφ' ἡμῶν μὲν ἡ ἐν καρδίᾳ τοῦτο τυγχάνειν ἀξιοῦται, ἢ ἐν ἐγκεφάλῳ, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος· ἐπὶ δὲ τῶν φυτῶν, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλ' ἐφ' ὧν μὲν κατὰ τὰς ῥίζας, ἐφ' ὧν δὲ κατὰ τὴν κόμην, ἐφ' ὧν δὲ κατὰ τὸ ἐγκάρδιον. Ὥστε ἐπεὶ καὶ ὁ κόσμος ὑπὸ φύσεως διοικεῖται, πολυμερὴς καθεστώς, εἴη ἄν τι ἐν αὐτῷ τὸ κυριεῦον καὶ τὸ προκαταρχόμενον τῆς κινήσεως· οὐδὲν δὲ δυνατὸν εἶναι τοιοῦτον, ἢ τὴν τῶν ὄντων φύσιν, ἥτις Θεός ἐστιν. Extat apud *Sextum Empiricum* adverſus Mathem.

hil eſt enim in omni mundo, quod non pars univerſi ſit) ineſſe ſenſum & rationem. In ea parte igitur, in qua mundi ineſt principatus, haec ineſſe neceſſe eſt, & acriora quidem atque majora. Quocirca ſapientem eſſe mundum neceſſe eſt; naturamque eam, quae res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere; eoque Deum eſſe mundum, omnemque vim mundi natura divina contineri. Atque etiam mundi ille fervor, purior, perlucidior, mobiliorque multo, ob eaſque cauſſas aptior ad ſenſus commovendos, [2] quam hic noſter calor, quo haec, quae nota nobis ſunt, retinentur & vigent. Abſurdum igitur eſt dicere, cùm homines beſtiaeque hoc calore teneantur, & propterea moveantur ac ſentiant, mundum eſſe ſine ſenſu; qui integro, & libero, & puro, eodemque acerrimo & mobiliſſimo ardore teneatur: praeſertim cùm is ardor, qui eſt mundi, non agitatus ab alio, neque externo pulſu, ſed per ſe ipſe ac ſua ſponte moveatur. Nam quid poteſt eſſe mundo valentius, quod pellat atque moveat calorem eum, quo ille teneatur? Audiamus enim [3] Pla- 12
tonem, quaſi quendam Deum philoſophorum, cui

Mathem. pagg. 329, 330. *Davies.*

2 *Quam hic* noſter *calor*] Nihil abſurdi continet hæc lectio, nec à me lis ei moveretur, niſi MSSti *Lincoln.* & *Med.* darent *quam hic* nutrit *calor:* *Reg.* & *Cantab.* verò, *quam hic* NUTRITUS *calor;* unde reſcribendum puto, NUTRITIUS *calor.* NUTRITIUS eſt τρόφιμος, quo fit ut alantur & creſcant omnia. Vide ſis hujuſce libri capp. 9, & 15. *Idem.*

3 *Platonem quaſi quendam Deum Philoſophorum*] Lactantius Epit. cap. 38. Platonem *Deum philoſophorum Tullius nominat.* *Auguſtinus* in Julianum lib. IV. cap. 15. Platonem *Cicero appellare non dubitat penè philoſophorum Deum.* Ad hunc locum & hic & ille reſpexit. *Idem.*

1 *Duo*

cui [1] duo placet eſſe motus, unum ſuum, alterum externum: eſſe autem divinius, quod ipſum ex ſe ſua ſponte moveatur, quàm quod pulſu agitetur alieno. Hunc autem motum in ſolis animis eſſe ponit, ab hiſque principium motus eſſe ductum putat. Quapropter, quoniam ex mundi ardore motus omnis oritur, is autem ardor non alieno impulſu, ſed ſua ſponte movetur; animus ſit neceſſe eſt. Ex quo efficitur, animantem eſſe mundum. Atque ex hoc quoque intelligi poterit, in eo ineſſe intelligentiam, quòd certè eſt mundus melior, quàm ulla natura. Ut enim nulla pars eſt corporis noſtri, [2] quae non minoris ſit, quàm noſmetipſi ſumus: ſic mundum univerſum pluris eſſe neceſſe eſt, quàm partem aliquam univerſi. Quod ſi ita

1 *Duo placet eſſe motus, unum ſuum, alterum* externum] Cauſſam equidem comminiſci non poſſum, cur *D. Lambinus* repoſuerit *alterum* ALIENUM; idem enim eſt ſenſus receptæ lectionis, quam tuentur omnes MSSti. Reſpicit autem noſter ad *Platonis* Phædrum pag. 344. ed. Lugd. quem locum Latinè vertit Tuſc. lib. I. cap. 23. *Davies.*

2 *Quæ non ſit* minor] *Minoris* vetus liber, quod placet; ſequitur enim; *ſic mundum univerſum* pluris *eſſe neceſſe eſt.* Urſinus.

Ibid. *Quæ non* MINORIS *ſit*] *Urſini* Codicem ſum ſecutus, lectioque, quam ſuppeditat, viro illi docto jure placuit. Noſter Acad. Quæſt. lib. I. cap. 10. *Quæ eſſent ſumenda, ex iis alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris; quæ pluris, ea præpoſita appellabat; rejecta autem, quæ minoris.* Of-fic.] lib. III. cap. 12. *Vendo meum non pluris, quam ceteri; fortaſſe etiam* minoris. *Seneca* Epiſt. 29. *Propoſitum eſt aggredi illum, & oſtendere, quanto* pluris *fuerit, quum multis* minoris *videretur.* Sic & paſſim. Vulg. *quæ non ſit minor.* Abſurde; non enim de magnitudine loquitur *Tullius*, ſed de dignitate. *Davies.*

3 *Quæ* gignantur *è terra*] Sic *Reg. Med. Linceln.* & *Victor.* non *gignuntur*, ut vulgò. *Idem.*

4 *Qui tum remitterentur, tum continerentur*] Sic legendum, quamvis olim exiſtimârim legendum, *tum remitterentur, tum* CONTENDERENTUR; quia *remittere* & *contendere* inter ſe opponuntur: ut *funis remiſſus, funis contentus; animi remiſſio, animi contentio.* Nam hic aliâ ratione *remittere* & *continere* appetitus etiam inter ſe opponuntur: remittuntur enim appetitus, cùm appetentes res inhoneſtas

ita eſt, ſapiens ſit mundus neceſſe eſt: nam ni ita eſſet, hominem, qui eſt mundi pars, quoniam rationis eſt particeps, pluris eſſe quàm mundum omnem, oporteret. Atque etiam, ſi à primis inchoatiſque naturis ad ultimas perfectaſque volumus procedere, ad Deorum naturam perveniamus neceſſe eſt. Primò enim animadvertimus, à natura ſuſtineri ea, [3] quae gignantur è terra, quibus natura nihil tribuit amplius, quàm ut ea alendo atque augendo tueretur. Beſtiis autem ſenſum & motum dedit, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, à peſtiferis receſſum: hoc homini amplius, quòd addidit rationem, qua regerentur animi appetitus, [4] qui tum remitterentur, tum continerentur. Quar- 13
tus autem gradus & [5] altiſſimus eſt eorum, qui natura

inhoneſtas & non conceſſas, eos comprimimus & coercemus; ut ſi diceremus *equum remittere*; & contrà, *equum continere*; quamquam uſitatius dicunt Latini, *equo habenam remittere*, quàm *equum remittere*: contrà, *equum continere* uſitatè dicitur; non item, opinor, *equo habenam continere*. Itaque ut eſſet verior oppoſitio, ſic legendum fortaſſe eſſet, *qui tum* EMITTERENTUR, ſeu ADMITTERENTUR, *tum continerentur*; quod conſiderent Latinè docti: nam barbaros, qui nihil vident in linguâ Latinâ, non moror. *Lambinus.*

Ibid. *Tum remitterentur, tum continerentur*] Interdum temperarentur, nè nimii fierent; interdum prorſus exſcinderentur. Hunc ſenſum rectè vidit ampliſſ. *Boherius*, & retinendam eſſe vulgatam lectionem meritò ſtatuit. Ut enim *funis*, ſic appetitus, remittitur, cum laxatur ejus intenſio. *Cicero* Tuſc. lib. II. cap. 22. *Ut onera* contentis *corporibus facilius feruntur*, remiſſis *opprimunt; ſimillimè animus* intentione *ſua depellit preſſum omnem ponderum*, remiſſione *autem ſic urguetur, ut ſe nequeat extollere.* *Plinius* lib. VII. Epiſt. 9. *Nam mirum eſt ut his opuſculis animus* intendatur remittaturque. Pariter *ἐπιτείνειν* & *ἀνιέναι* opponunt Græci. Vide *Clementem Alexandrinum* Pædag. lib. I. cap. 8. & *Iamblichum* vit. Pythag. §. CCXXIV. Miror tamen Balbum de *remittendis appetitibus* loqui; cùm nè modicos quidem adfectus habere concederent Stoici, ſed eos expellerent & omninò tollerent ex homine. Vide, ſi neſcis, *Lipſium* Manud. ad Philoſ. Stoicam lib. III. Diſſ. 9. *Davies.*

5 *Altiſſimus eſt eorum*] Mediam vocem ſuppeditarunt MSSti *Reg.* & *Cantab.* nam eâ carent editi. *Idem.*

1 Quo

natura boni ſapienteſque gignuntur: quibus à principio innaſcitur ratio recta conſtanſque, quae ſupra hominem putanda eſt, Deoque tribuenda, id eſt mundo: in quo neceſſe eſt perfectam illam atque abſolutam ineſſe rationem. Neque enim dici poteſt, in ulla rerum inſtitutione non eſſe aliquid extremum atque perfectum. Ut enim in vite, ut in pecude (niſi quae vis obſtitit) videmus naturam ſuo quodam itinere ad ultimum pervenire: atque ut pictura & fabrica ceteraeque artes habent quendam abſoluti operis effectum: ſic in omni natura, ac multo etiam magis, neceſſe eſt abſolvi aliquid ac perfici. Etenim ceteris naturis multa externa, quo minùs perficiantur, poſſunt obſiſtere: univerſam autem naturam nulla res poteſt inpedire; propterea quòd omnes naturas ipſa cohibet & continet. Quocirca neceſſe eſt eſſe quartum illum & altiſſimum gradum, [1] quò nulla vis poſſit accedere. Is autem eſt gradus, in quo rerum omnium natura ponitur: quae quoniam talis eſt, ut praeſit omnibus, & eam nulla res poſſit inpedire, neceſſe eſt intelligentem eſſe mundum, & quidem etiam ſapientem. Quid autem eſt inſcitius, quàm eam naturam, quae omnis res ſit complexa, non optumam

1 *Quo nulla vis poſſit* accedere] *Victorius* edidit, & *Elienſ.* repræſentat *accidere*; ſed perperam. Earundem vocum confuſio multis in locis contigit. Sic apud *Quinctilianum* Inſt. Orat. lib. VII. cap. v. pag. 411. ed. Oxon. Hoc *quoque* ACCIDIT, *quod ſolas captanti ſententias, multas neceſſe eſt dicere leves.* Leg. HUC *quoque* ACCEDIT; & ultimam vocem ita dat MS. quem conſului. *Davies.*

2 *Deterior mundi* potius] Ultimam voculam in *Pal.* primo non extare notat & abeſſe poſſe cenſet *Gruterus.* Sed cùm eam retineant reliqui Codices, haud exulare debet; licet enim περιττὸν videatur, non tamen vi ſua caret

tumam dici: aut, cùm ſit optuma, non primùm animantem eſſe, deinde rationis & conſilii compotem, poſtremò ſapientem? quî enim poteſt aliter eſſe optuma? neque enim, ſi ſtirpium ſimilis ſit, aut etiam beſtiarum, optuma putanda ſit potiùs quàm deterrima: nec verò, ſi rationis particeps ſit, nec ſit tamen à principio ſapiens, non ſit [2] deterior mundi potiùs quàm humana conditio: homo enim ſapiens fieri poteſt; mundus autem, ſi in aeterno praeteriti temporis ſpatio fuit inſipiens, numquam profectò ſapientiam conſequetur: ita erit homine deterior. Quod quoniam abſurdum eſt, & ſapiens à principio mundus, & Deus habendus eſt: neque enim eſt quicquam aliud, praeter mundum, cui nihil abſit, quodque undique aptum atque perfectum expletumque ſit omnibus ſuis numeris & partibus. Scite enim Chryſippus, ut clypei cauſſa, 14
involucrum; vaginam autem, gladii: ſic, praeter mundum, cetera omnia aliorum cauſſa eſſe generata: ut eas fruges atque fructus, quos terra gignit, animantium cauſſa; animantes autem, hominum; ut equum, vehendi cauſſa; arandi, bovem; venandi & cuſtodiendi, canem. Ipſe autem homo ortus eſt [3] ad mundum contemplandum & imi-

caret ac virtute. *Sulpicius Severus* Hiſt. Sacr. lib. 1. cap. 39. *Cedere potius puero quàm diſcerpi eum* mallet. *Theodoretus* de Prov. Serm. VI. pag. 114. ῬᾼΟΝ *διὰ πενίας* ΜΑΛΛΟΝ *ἢ πλούτου τὴν ἀρετὴν κατορθῶσαι.* Et pag. 124. ΜΑΛΛΟΝ γὰρ, *εἰ τῇ πείρᾳ πιστεύεις,* ῬΑΙΩΝ *ὁ πόνος τῶν πενομένων καὶ μείων ἀλγεινός.* Hujuſce rei multa Romanos Græcoſque ſcriptores legentibus occurrent exempla. Vide ſis *Juſtinum* M. Apol. I. cap. 25. & *Heliodorum* Æthiop. lib. IX. pag. 419. *Idem.*

3 *Ad mundum contemplandum atque imitandum*] *Elienſ.* unus *mirandum. Seneca* Conſ. ad Helviam cap. VIII. *Animus contemplator* ADMIRATORQUE

& imitandum, nullo modo perfectus; ſed eſt quaedam particula perfecti. Sed mundus, quoniam omnia complexus eſt nec eſt quicquam quod non inſit in eo, perfectus undique eſt. [1] Quid igitur poteſt ei deeſſe quod eſt optumum? nihil autem eſt mente & ratione melius: ergo haec mundo deeſſe non poſſunt. Bene igitur idem Chryſippus, qui ſimilitudines adjungens omnia in perfectis & maturis docet eſſe meliora, ut in equo quàm [2] in equuleo; in cane quàm in catulo; in viro quàm in puero: item, quod in omni mundo optumum ſit, id in perfecto aliquo atque abſoluto eſſe debere: eſt autem nihil mundo perfectius, nihil virtute melius: igitur mundi eſt propria virtus. Nec verò hominis natura perfecta eſt; & efficitur tamen in homine virtus: quanto igitur in mundo faciliùs? eſt ergo in eo virtus: ſapiens eſt igitur; & propterea Deus.

MIRATORQUE *mundi*. Ac ita paſſim Stoïci. Hinc apud *Clementem Alexandrinum*, qui ubique fèrè *ςωϊκίζει*, Gnoſticus *ἀρξάμενος ἐκ τοῦ* ΘΑΥΜΑ'ΖΕΙΝ *τὴν κτίσιν -- Θεὸν καὶ πρόνοιαν ἐπίστευσεν, ἐξ ὧν* 'ΕΘΑΥ'ΜΑΣΕΝ. Vide Strom. lib. VII. pag. 312. *Boëtius* Conſ. Philoſ. lib. II. Proſ. 5. *Sic cælum, ſidera, Solem, Lunamque* MIRAMUR. Adi ſis & lib. III. Proſ. 8. ac *Lactantium* Div. Inſt. lib. VII. cap. IV, 16. cap. V, 4. & de Ira Dei cap. XIV. Hinc patet illam lectionem non malè ſe habere. Vulgata tamen mihi non videtur deſerenda, cùm mundus pro Stoïcorum mente ſit Deus, ſummèque perfectus; adèò ut mirabilem ejus ordinem incredibilemque conſtantiam nobis exprimendam eſſe non immeritò ſtatuerent. Ὁ γὰρ *ἀγαπᾷ τις καὶ μιμεῖται, ὅσον αὐτῷ οἷόν τε*, ut ait *Hierocles* in Aur. Carm. I. p. 22. Omninò vide *Ciceronem* de Senect. cap. XXI. *Davies*.

1 Quid *igitur poteſt ei deeſſe*] *Reg.* & *Cantab.* habent *quid ergo*. Abſurde verò dubitat *Jac. Gronovius* annon reponendum ſit, *qui igitur*; nam iſti voculæ nullus eſt locus. *Idem*.

2 *In* equuleo] Sic MSSti, vel *eculeo*; non *equulo*, prout vulgati. *Idem*.

3 *Atque hâc mundi divinitate* perſpectâ] Sic *Reg. Lincoln. Med. Elienſ.* uterque, *Cantab. Bonon.* 1494. & anteriores editi. Infra hujuſce libri cap. LIII. *Si erit tota hominis fabricatio* perſpecta. *Seneca* Epiſt. XCII.

Si

Deus. [3] Atque hac mundi divinitate perſpecta, 15
tribuenda eſt ſideribus eadem divinitas; quae ex mobiliſſima puriſſimaque aetheris parte gignuntur, neque ulla praeterea ſunt admixta natura, totaque ſunt calida atque perlucida: ut ea quoque rectiſſimè & animantia eſſe, & ſentire atque intelligere dicantur. Atque ea quidem tota eſſe ignea, duorum ſenſuum teſtimonio confirmari Cleanthes putat, tactus & oculorum. Nam [4] ſolis candor inluſtrior eſt quàm ullius ignis, quippe [5] qui inmenſo mundo tam longè lateque colluceat: & is ejus tactus eſt, non ut tepefaciat ſolùm, ſed etiam ſaepe comburat. Quorum neutrum faceret, niſi eſſet igneus. Ergo, inquit, cùm ſol igneus ſit, Oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis ſine paſtu aliquo poſſit permanere: neceſſe eſt aut ſimilis ſit igni, quem adhibemus ad uſum atque victum; aut ei, qui corpo-

Si veritas tota perſpecta *eſt*. *Macrobius* in Somn. Scip. lib. I. cap. 19. *Totius ſpatii, quod ſeptem ſphaeræ occupant, dimenſione* perſpecta. Vulg. *divinitate* PERFECTA; non malè quidem, ſi ſit addicentibus MSStis. Vide lib. II. de Fin. cap. 27. Sed ii, quantum conſtat, omnes renituntur. *Davies.*

4 *Solis candor illuſtrior* eſt, *quam* ullius *ignis*] Vulg. *illuſtrior*, *quàm ullus ignis*. Lectionem verò, quam recepimus, diſertè præſtat MS. *Med.* Quin & *Reg. Lincoln.* & *Bonon.* 1494. *verbum ſubſtantivum* agnoſcunt, & *ullius ignis* eſt in editione *Victor*. Hæc autem & MS. *Buſlid.* repræſentant, *ſolis* CALOR ET *candor*; ſic etiam *Cantab.* inverſo tamen ordine verborum. Cenſet igitur *Jac. Gronovius* nihil obſtare, quo minus ea ſervari poſſint, & à *Tullio* veniſſe veri non arbitratur abſimile. Sed vehementer fallitur; nam duorum ſenſuum, tactus videlicet & oculorum, meminit *Cicero*. Hic de ſolis oculis agit, qui candorem Solis illuſtrem percipiunt; de tactu verò, ad quem refertur *calor*, cùm ait, *non ut tepefaciat ſolùm, ſed etiam ſæpe comburat*. CALORIS igitur mentio hic eſſet abſona, nec ſanè CALOREM diceret ILLUSTRIOREM, niſi qui barbare loqueretur. *Idem.*

5 *Qui immenſo mundo*] Ex *Reg.* legendum *qui in inmenſo mundo*. Excidit *præpoſitio*, quia ſequens vox ab eadem ſyllaba ſumeret initium. *Idem.*

1 Atque

corporibus animantium continetur. [1] Atque hic noſter ignis, quem uſus vitae requirit, confector eſt & conſumptor omnium, idemque, quocumque invaſit, cuncta diſturbat ac diſſupat. Contrà ille corporeus, [2] vitalis & ſalutaris, omnia conſervat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuque adficit. Negat ergo eſſe dubium, horum ignium ſol utri ſimilis ſit, cùm is quoque efficiat, ut omnia floreant, & in ſuo quaeque genere pubeſcant. Quare cùm ſolis ignis ſimilis eorum ignium ſit, qui ſunt in corporibus animantium; ſolem quoque animantem eſſe oportet, & quidem reliqua aſtra, quae oriantur in ardore caeleſti, qui aether vel caelum nominatur. Cùm igitur aliorum animantium ortus in terra ſit, aliorum in aqua, in aëre aliorum; [3] abſurdum eſſe Ariſtoteli videtur, in ea parte, quae ſit ad gignenda animalia aptiſſima, animal gigni nullum putare. Sidera

autem

1 Atque *hic noſter ignis*] Leg. ATQUI *hic noſter ignis*, licet editi ſimul ac MSSti vulgatam repræſentent. *Davies.*

2 *Vitalis & ſalutaris*] Lego *vitalis eſt & ſalutaris*; quod, niſi fallor, poſtulat ſententia. *Idem.*

3 *Abſurdum eſſe Ariſtoteli videtur &c.*] Hic Philoſophi locus injuria temporum periit. At lib. II. de Cælo cap. 12. ſtellas πράξεως καὶ ζωῆς μετέχειν dicit. *Plutarchus* de Placit. Philoſ. lib. V. cap. 20. Ἔστι πραγματεία Ἀριστοτέλους, ἐν ᾗ τέσσαρα γένη ζώων φησί· χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνά, οὐράνια. Ex hoc, ut videtur, opere deſumtum fuit id, quod refert *Cicero.* Huc etiam convenit, quod habet *Stobaei* Ecl. Phyſ. lib. I. pag. 51. ſed longius eſt, quam ut huc commode transferri queat. Monebo duntaxat, ἀντὶ τοῦ ΣΥΝΑΚΤΙΚΟΝ καὶ προνοητικὸν, legi debere, ΣΥΝΕΚΤΙΚΟΝ καὶ περιοπτικὸν τῶν οὐρανίων. *Achilles Tatius* Iſag. ad Phænom. cap. 5. Ἐν γῇ καὶ ἀέρι καὶ ὕδατι ζῶά ἐστι· διὸ ἀκόλουθον καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ αἰθέρι εἶναι. Idem autem c. 13. docet Stoicos decreviſſe, ἐπειδὴ πάντα τὰ στοιχεῖα ζῶα ἔχει, ἄτοπον, τὸ κρεῖττον πάντων τῶν στοιχείων, ζώων ἄμοιρον εἰπεῖν. Et pari ſane modo ratiocinantur οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς apud *Sextum Empiricum* Adv. Math. pag. 324. C. E contrario Scholiaſtes *Pindari* ad Olymp. I, 10. Ἡ μὲν θάλασσα, inquit, ἔχει τοὺς ἰχθύας· ἡ δὲ γῆ τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετά· ὁ δὲ ἀὴρ τὰ πτηνά· ὁ μέντοι αἰθὴρ

πορεύεται

autem aetherium locum obtinent: qui quoniam tenuiſſimus eſt, & ſemper agitatur & viget; neceſſe eſt, quod animal in eo gignatur, id & ſenſu acerrimo & mobilitate celerrima eſſe. Quare cùm in aethere aſtra gignantur, conſentaneum eſt, in his ſenſum ineſſe & intelligentiam; ex quo efficitur, in Deorum numero aſtra eſſe ducenda. [4]Etenim licet videre acutiora ingenia 16
& ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolant eas, in quibus aër ſit purus ac tenuis, quàm illorum, qui utantur craſſo caelo atque concreto. [5]Quinetiam cibo, quo utare, intereſſe aliquid ad mentis aciem putant. Probabile eſt igitur, praeſtantem intelligentiam in ſideribus eſſe, quae & aetheriam mundi partem incolant, & marinis terreniſque humoribus, longo intervallo extenuatis, alantur. Senſum autem aſtrorum atque intelligentiam maxumè declarat ordo

πυρώδης ὢν ἐκ ἴσχει. Idem.

4 *Etenim licet videre acutiora ingenia -- eorum, qui terras incolant eas, in quibus aër ſit purus ac tenuis*] Similiter *Philo* apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. VIII. cap. XIV. pag. 399. Λεπτότητι ἀέρος ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀκονᾶσθαι. Διὸ καὶ Ἡράκλειτος ἐκ ἀπὸ σκοπε φησὶν, ὅ γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. *Cicero* de fato cap. IV. *Inter locorum naturas quantum interſit videamus -- Athenis tenue cælum, ex quo acutiores etiam putantur Attici.* E contrario plenior aër hebetiora parit ingenia. Vide noſtrum ſupra c. VI. *Tertullianum* de Anim. c. 20. & Interpretes ad *Horatii* lib. II. Ep. I, 244. *Idem.*

5 *Quin etiam cibo, quo utáre, intereſſe aliquid ad mentis aciem putant*] Nota eſt Pythagoricorum ab animantibus abſtinentia, quæ cùm ob alias cauſſas, tum ad acuendam mentem & ingenium alendum fuit inſtituta. Vide *Hieroclem* in Aur. Carm. pag. 222. ſeqq. & *Iamblichum* vit. Pythag. §. 89. *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VII. pag. 305. Οἶνος γὰρ, φησὶν Ἀνδροκύδης, καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις, σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχαλεστέραν. Ibi *Theopompi* & *Plutarchi* dicta commode notavit *Sylburgius*. Deinde pergit: Διὸ καὶ Αἰγύπτιοι ἐν ταῖς κατ' αὐτὰς ἁγνείαις ἐκ ἐπιτρέπεσι τοῖς ἱερεῦσι σιτεῖσθαι σάρκας, ὀρνιθείοις τε ὡς κουφοτάτοις χρῶνται· καὶ ἰχθύων ἐχ ἅπτονται &c. Vide *Porphyrium* περὶ ἀποχῆς lib. IV. §. 7. ſeqq. & *Hieronymum* adv. Jovinianum lib. II. pag. 366, 367. ed. Victor. *Idem.*

K ſ Eſt

ordo eorum atque conſtantia: nihil eſt enim, quod ratione & numero moveri poſſit ſine conſilio; in quo nihil eſt temerarium, nihil varium, nihil fortuitum. Ordo autem ſiderum & in omni aeternitate conſtantia neque naturam ſignificat; [1] eſt enim plena rationis: neque fortunam, quae amica varietati conſtantiam reſpuit. Sequitur ergo, ut ipſa ſua ſponte, ſuo ſenſu ac divinitate moveantur. Nec verò Ariſtoteles non laudandus in eo, [2] quòd omnia quae moventur, aut natura moveri cenſuit, aut vi, aut voluntate: moveri autem ſolem, & lunam, & ſidera omnia: quae autem natura moverentur, haec aut pondere deorſum, aut levitate in ſublime

1 *Eſt enim* plena *rationis*] Videtur legendum, *eſt enim* EXPERS *rationis*, non, ut eſt in libris omnibus, *eſt enim* PLENA *rationis*. Hoc enim ſignificat *M. Tullius*, ex ordine ſiderum, & conſtantia æquabili, & perpetua, facile intelligi poſſe, ſidera Deos eſſe. Nam ſi quis dicat eum ordinem, eamque conſtantiam *natura* conſtare; natura eſt ἄλογον, id eſt, rationis expers: & opponuntur inter ſe natura & ratio, ut cum dicimus, *alia fieri ratione, alia natura, alia fortuna, alia* &c. ſi quis ex altera parte, fortuna fieri contendat, fortuna eſt inconſtans & varia. Cum igitur ſidera tam ordinate & conſtanter ab æternitate moveantur, idque neque natura, neque fortuna fieri poſſit, Dii ſint neceſſe eſt. Manet ſcrupulus: nam *Ariſtoteles* ubique naturam dicit eſſe ordinatam & definitam, hoc eſt, τεταγμένην & ὡρισμένην, ut fortunam ἄτακτον & ἀόριστον. Reſpondebimus ita *Ariſtoteli* videri; ſecus Zenoni, cujus hic rationes explicantur. Quamquam ex iis, quæ infra dicuntur, intelligere licet, ex Stoïcorum ſententia, naturam eſſe vim quandam ordinatam & ratione progredientem; & inferius, plane ac diſerte dicit Cotta, naturam non eſſe rationis expertem. *Lambinus*.

Ibid. *Neque naturam ſignificat, eſt enim* plena *rationis*] *D. Lambinus* reponit, *eſt enim* expers *rationis*; & ob hanc conjecturam ei non ignoſcit *J.F. Gronovius* Obſerv. lib. II. cap. 2. ubi monet, verba ultima non ad *naturam*, ſed ad *conſtantiam* fuiſſe referenda. Rectè quidem & verè; nec hic tamen, nec ille ſatis videntur percepiſſe, quæ fuerit Stoicorum de *naturâ* ſententia. Hi enim perpetuo, cum φυσικῶς loquuntur, *naturam* eſſe ſtatuunt *vim participem rationis atque ordinis*. Vide ſis hujuſce libri capp. XI, XXII. ac *Juſt. Lipſium* Phyſ. Stoicæ lib. I. Diſſ. 5, 6. Hoc igitur in loco Lucilius vulgarem ſermonem forte ſequitur, qui, voce *naturæ*, naturalem corporum motorum ſignificat impetum; quem-

lime ferri: quorum neutrum aſtris contingeret,
propterea quòd eorum motus in orbem circum-
que ferretur. Nec verò dici poteſt, vi quadam
majore fieri, ut contra naturam aſtra moveàn-
tur: quae enim poteſt major eſſe? reſtat igitur,
ut motus aſtrorum ſit voluntarius. Quae qui
videat, non indoctè ſolùm, verùm etiam [3] inpiè
faciat, ſi Deos eſſe neget. Nec ſanè multum
intereſt, utrùm id neget, an eos omni procu-
ratione atque actione privet: mihi enim, qui
nihil agit, eſſe omnino non videtur. Eſſe igitur
Deos ita perſpicuum eſt, ut, id qui neget, vix
eum ſanae mentis exiſtumem. [4] Reſtat, ut, qualis 17
eorum natura ſit, conſideremus: in quo nihil
eſt

quemadmodum paullo poſt ait; *qua* NATURA *moverentur, hac aut pondere deorſum, aut levitate in ſublime ferri.* Quin & ambiguum vel apud Philoſophos eſt *natura* vocabulum. Adi ſis infra cap. 32. & *Lactantium* Div. Inſtit. lib. III. capp. 28, 29. adeo ut res difficultate careat, ſi Balbum ex aliarum diſciplinarum opinione loqui ponamus. Alioqui lubens reſcriberem, *neque* NECESSITATEM *ſignificat, eſt enim plena rationis. Neceſſitas* & *fortuna* rationi paſſim opponuntur. *Cicero* poſtea c. XXXV. *Hi autem dubitant de mundo, ex quo & oriuntur, & fiunt omnia,* CASU *ne ipſe ſit effectus, aut* NECESSITATE, *an* RATIONE *ac mente divina. Plutarchus* de Plac. Philoſ. lib. I. cap. 18. Stoici dicunt, ἃ μὲν εἶναι κατ' ἈΝΆΓΚΗΝ, ἃ δὲ καθ' εἱμαρμένην, ἃ δὲ κατὰ ΠΡΟΑΊΡΕΣΙΝ, ἃ δὲ κατὰ ΤΥΧΗΝ, ἃ δὲ κατὰ τὸ αὐτόματον. Huc etiam pertinent, quæ habet *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 528. *Davies.*

2 *Quòd omnia, qua moventur* &c.] Intercidit is, ad quem *Cicero* reſpexit, locus; his tamen quædam non diſſimilia tradit *Ariſtoteles* lib. II. de Cælo cap. VIII. & lib. III. cap. II. *Idem.*

3 *Inpiè* faciat] *Med.* noſter, *facit.* Sed vulgatam lectionem ſervant cùm reliqui libri, tum *Lactantius*, qui hunc locum laudat, ac laudatum refellit Div. Inſtit. lib. II. cap. 5. *Idem.*

4 Sanè *reſtat, ut qualis* &c.] Deleto adverbio *ſane*, lego *Reſtat, ut qualis eorum* &c. Nam primùm *ſanè* hoc in loco inane atque ineptum eſt. Deinde quis non videt, hoc *ſanè* eſſe natum è negligentiâ & oſcitatione ſcriptoris Librarii, qui, propter illud *ſana mentis*, quod eſt ſuprà proximè, huc iterum *ſanè* inculcarit? Omnino undecumque natum ſit, delendum, ut alienum & ſupervacaneum. In uno quidem Codice MSto lineâ tranſverſa confoſſum eſt. Eodem plane ſcriptoris errore in lib. XIII. ad Attic. Epiſt. VIII. in Codice Tur-

eſt difficilius, quàm à conſuetudine oculorum aciem mentis abducere. Ea difficultas induxit, & volgò inperitos, & ſimiles philoſophos inperitorum, ut, niſi figuris hominum conſtitutis, nihil poſſent de Dîs inmortalibus cogitare. Cujus opinionis levitas confutata à Cotta, non deſiderat orationem meam. Sed cùm talem eſſe Deum [1] certa notione animi praeſentiamus, primùm ut ſit animans, deinde ut in omni natura nihil eo ſit praeſtantius: ad hanc praeſenſionem notionemque noſtram, nihil video quod potiùs adcommodem, quàm ut primùm hunc ipſum mundum, quo nihil excellentius fieri poteſt, animantem eſſe & Deum judicem. Hîc quàm volet Epicurus jocetur, homo non aptiſſimus ad jocandum, [2] minimeque reſipiens patriam; & dicat, ſe non poſſe intelligere, qualis ſit volubilis & rotundus Deus: tamen ex hoc, quod etiam ipſe probat, numquam me movebit. Placet enim

neſiano MSto, alioquin emendatiſſimo, ſcriptum eſt hoc modo, initio Epiſtolæ: *Plane* facturum *nihil erat quod ſcriberem* &c. ubi vox *facturum*, inanis & ſupervacanea eſt, nata ex fine ſuperioris Epiſtolæ, qui talis eſt, *continuò te certiorem eſſe facturum.* Lamb.

Ibid. Viro doctiſſimo præivit *Victorius*, quem ſecutus eſt *Gruterus*. Et jure quidem merito; illam quippe vocem prætermittunt *Pall.* pr. ſec. *P.* & *Elienſ.* noſter. *Davies.*

1 *Certâ notione animi*] Nonnulli ex noſtris libris MSStis habent *certâ ratione animi* &c. quam ſcripturam quamvis in locum vulgatæ ſubſtituere non auſim, nihilo magis auſim damnare. Nam ſæpe *ratio animi* uſurpatur à bonis ſcriptoribus, ut à *Lucretio* locis pluribus. Exempli gratiâ, libro I.

Nec ratione animi, *quam quiſquam poſſit apiſci.*

Omninò, ut dixi, nihil hic muto, quamvis antiqua ſcriptura ſit probabilis. Verum tamen judicet lector eruditus. *Lambinus.*

2 *Minimeque* reſipiens *patriam*] Ita legitur in MSto, pro *reſpiciens*; & ita omnino legendum: eſt enim *reſipere*, redolere & præ ſe ferre. *Urſinus.*

Ibid. *Minimeque* reſipiens *patriam*] Vulg. *reſpiciens patriam*; nos autem veram Codicis *Urſiniani* lectionem repræſentavimus. Hunc locum non aliter olim emendavit *Iſ. Caſaubonus* ad *Theophraſti* Char. 1. pag. 14. & ſane

enim illi eſſe Deos, quia neceſſe ſit praeſtantem eſſe aliquam naturam, qua nihil ſit melius. Mundo autem certè nihil eſt melius. Nec dubium, quin, quod animans ſit, habeatque ſenſum & rationem & mentem, id ſit melius, quàm id quod his careat. Ita efficitur, [3] animantem, ſenſus, mentis, rationis mundum eſſe compotem: qua ratione, Deum eſſe mundum, concluditur. Sed haec paullo pòſt faciliùs cognoſcentur ex his rebus ipſis, quas mundùs efficit. Interea, 18
Vellei, noli, quaeſo, prae te ferre, [4] vos planè expertes eſſe doctrinae. Conum tibi ais, & cylindrum, & pyramidem pulchriorem, quàm ſphaeram, videri. Novum etiam oculorum judicium habetis. Sed ſint iſta pulchriora, dumtaxat aſpectu: quod mihi tamen ipſum non videtur. Quid enim pulchrius ea figura, quae ſola omnes alias figuras complexa continet, [5] quaeque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt

ſane cunctorum ſermonibus. jactati ſunt Attici ſales. Sic etiam reponendum ſtatuit *Janus Guliemius*; at male contendit *Ciceronem* ad mel Gargettium alluſiſſe; non enim de dictionis ſuavitate, ſed de jocis & leporibus agitur. Vide cap. XXIX. *Davies.*

3 *Animantem, ſenſus, mentis, rationis mundum eſſe compotem*] Neſcio quid horridi durique præ ſe fert hic verborum ordo. Multo malim *compotem eſſe mundum*; vel *mundum eſſe animantem, ſenſus, mentis, rationis compotem*; ut ſolita lenitate procedat *Cicero.* Sed Codicibus vulgatis adhærent MSSti. *Idem.*

4 Vos *planè expertes*] Vulgò *nos:* ſed hanc lectionem reponendam vidit Cl. *Walkerus*, & ita ſanè dant *Lincoln. Med. Aſcenſ.* & *Victor.* Id res ipſa clare poſtulat. *Idem.*

5 *Quaque nihil aſperitatis habere --nihil lacunoſum*] MS. *Elienſis* multique editi repræſentant *nihil lacinioſum*; ſed vulgatam lectionem præſtant *Reg. Bonon.* 1494. aliique Codices, eaque ſana eſt, ut liquet ex *Ciceronis* de Univ. cap. VI. ubi de mundi formâ ſic loquitur: *Idque ita tornavit --nihil ut aſperitatis haberet, nihil offenſionis, nihil* incluſum *angulis, nihil amfractibus, nihil eminens, nihil* lacunoſum. Vides eadem planè verba, quibus hic utitur. Ex hoc proinde loco ſcribendum, *Nihil* INCISUM *angulis.* Noſter autem *Platonem* liberius & περιφραστικῶς vertit, cujus adi Timæum pag. 528. A. *Idem.*

poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? [1] cumque duae formae praeſtantes ſint, ex ſolidis, globus; (ſic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis autem, circulus aut orbis, qui κύκλος Graecè dicitur; his duabus formis contingit ſolis, ut omnes earum partes ſint inter ſe ſimillumae, à medioque tantum abſit extremum, [2] quantum idem à ſummo: quo nihil fieri poteſt aptius. Sed ſi haec non videtis, [3] quia numquam eruditum illum pulverem adtigiſtis; [4] ne hoc quidem phyſici intelligere potuiſtis, hanc [5] aequalitatem motus

1 *Cumque duæ formæ* præſtantes *ſint, ex ſolidis globus--ex planis autem* circulus *aut orbis*] Sic olim ſtatuit Pythagoras τῶν σχημάτων τὸ κάλλιστον σφαῖραν εἶναι τῶν στερεῶν· τῶν δὲ ἐπιπέδων κύκλον, ut teſtatur *Diogenes Laertius* lib. VIII. §. 35. nec aliter uno ore Mathematici. Vide ſis *Cleomedem* Κυκλ. Θεωρ. lib. I. pag. 148. & *Zachariam* Scholiaſticum de Opif. Mundi pag. 205. ed. *Barthian.* Hunc autem locum citat *Nonius* cap. v. §. 38. & licet plerumque verba veterum corrupta proferat; hic tamen ejus Codex noſtris videtur præſtitiſſe; legit enim; *cum duæ formæ* præſtantiſſimæ *ſint, ex ſolidis globus--ex planis autem* CIRCUS *aut orbis.* Supra cap. XVI. *In orbem* CIRCUMQUE *ferretur.* Rurſus in Somn. Scip. apud *Macrobium* lib. I. cap. 15. *Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas* CIRCUS *elucens; quem vos, ut à Græcis accepiſtis, orbem lacteum nuncupatis.* Ita loquitur & ipſe *Macrobius* cap. XXI. & lib. II. cap. 9. In hac verò *circuli* ſignificatione vox ultima *Corn. Severo* eſt reſtituenda; nam cùm vulgati vſ. 231. habeant,

Hæc brevior cur biſſenos cita pervolet AXES,

omninò reponendum ORBES, ut in optimæ notæ MSto legitur. *Davies.*

2 *Quantum* idem *à ſummo*] Minima mutatione, legendum puto, *quantum* MEDIUM *à ſummo*; nam hâc ratione vitatur orationis ambiguitas, quæ ſanè permagna eſt, ſi retineatur IDEM. *Idem.*

3 *Quia numquam eruditum illum pulverem attigiſtis*] Mathematicis Diſciplinis operam non dediſtis. *Apuleius* Apol. pag. 21. *Non modo campo & glebis, verum etiam* ABACO & PULVISCULO *te dediſſes.* Noſter de Archimede Tuſc. lib. V. c. 23. *Humilem homunculum à* PULVERE *& radio excitabo.* Ibi nos plura. Locutionis ratio eſt, quia Geometræ veteres in menſa pulvere conſperſa figuras ſuas ſeu σχήματα deſcribebant. Vide *Ariſtophanem* Nub. vſ. 177. *Idem.*

4 *An ne hoc quidem phyſici*] Noſtri libri veteres non habent *an*, & ita in eis ſcriptum eſt, *nè hoc quidem phyſici intelligere potuiſtis:* in quâ ſcriptura hoc præ_tereà animadvertendum

motus conſtantiamque ordinum in alia figura non potuiſſe ſervari? Itaque nihil poteſt eſſe indoctius, quàm quod à vobis adfirmari ſolet. Nec enim hunc ipſum mundum pro certo rotundum eſſe dicitis; nam poſſe fieri, ut ſit alia figura; innumerabileſque mundos, alios aliarum eſſe formarum. Quae, ſi [6] bis bina quot eſſent, didiciſſet Epicurus, certè non diceret. Sed dum palato, quid ſit optumum, judicat, [7] caeli palatum (ut ait Ennius) non ſuſpexit. Nam cùm 19
duo ſint genera ſiderum: quorum alterum ſpatiis inmutabilibus ab ortu ad occaſum commeans, nullum

dum eſt, particulam *quidem* locatam eſſe ante nomen *phyſici*; quo modo edidimus: nam vulgò ſic legitur, *anne hoc phyſici quidem intelligere.* Mendoſe. *Lambinus.*

5 Æqualitatem *motûs*] Puto *aequabilitatem.* Sic infra cap. XXXV. *Si vidiſſent motus ejus* (mundi) *finitos & AEQUABILES.* Vide & ſupra cap. 5. *Davies.*

6 *Bis bina* quid *eſſent*] *Bina* numerum ſignificat, non qualitatem; itaque ſic opinor rectius, *bis bina* quot *eſſent*, una litera immutata, ſiquidem *quit* pro *quid* veteres ſcribebant; quæ deinde multorum errorum cauſa fuit deſcribentibus libros hominibus imperitis. Antiquus liber Julii Galli, *Bis binaque eſſent.* P. Manucius.

Ibid. *Bis bina quot eſſent*] Sic jam pridem emendavit *Manucius*, cùm legeretur partim, *ſi bis bina* quid *eſſent* &c. partim, *ſi bis bina* quod *eſſent.* &c. *Lambinus.*

7 *Caeli palatum*] Huic loco illuſtrando pauca quædam monuit *Hier. Columna* ad *Ennii* Fragm. pag. 327. Sed rem planè conficiunt ab eo prætermiſſa verba *Varronis* apud *Auguſtinum* C. D. lib. VII. cap. 8. *Palatum,* inquit, *Graecè οὐρανὸν appellant: & nonnulli Poëtae Latini* CAELUM *vocaverunt* PALATUM. *Iſidorus* etiam Orig. lib. XI. cap. 1. *Palatum noſtrum, ſicut caelum, ſurſum eſt poſitum -- ſed Graeci ſimiliter* PALATUM *οὐρανὸν appellant.* Quin & more ſuo luſit *Clemens Alexandrinus*, cùm Pædag. lib. II. cap. 1. ait: Ἡμῖν δὲ τοῖς θηρωμένοις τὴν βρῶσιν τὴν ἐπουράνιον, ἄρχειν ἀνάγκη τῆς ὑπὸ τὸν ΟΥΡΑΝΟΝ γαστρός. Οὐρανὸς ibi *palatum* denotat, quod cùm non animadverterent Interpretes, elegantiam loci nullo modo cepêrunt. Hac de re fertur elegans Theocriti Chii facetia: nam Διοκλέους καὶ τὸν ἀέρα καταβεβρωκότος εἰς ὀψοφαγίαν, ἐπειδὴ θερμόν ποτε καταβροχθίσας ἰχθὺν ἔφησε, ΤΟΝ ΟΥΡΑΝΟΝ κατακεκαῦσθαι· λοιπὸν ἔφησεν ἐστιν ὁ Θεόκριτός σοι καὶ τὴν θάλασσαν ἐκπιεῖν, καὶ ἔσῃ τρία τὰ μέγιστα ἠφανικώς, γῆν καὶ θάλασσαν καὶ ΟΥΡΑΝΟΝ. Exſtat apud *Athenaeum* lib. VIII. pag. 344. Hinc abunde liquet, unde *Tullius* anſam arripuerit jocandi; ſimulque conſtat, eos Codices inſcientia Librariorum temeratos eſſe, qui *caeli palatium* nobis exhibent. *Davies.*

 1 *Alterum*

nullum umquam curſus ſui veſtigium inflectat: [1] alterum autem continuas converſiones duas iiſdem ſpatiis curſibuſque conficiat: ex utraque re & mundi volubilitas, quae niſi in globoſâ forma eſſe non poſſet, & ſtellarum rotundi ambitus cognoſcuntur. Primuſque ſol, qui aſtrorum obtinet principatum, ita movetur, ut cùm terras larga luce compleverit, eaſdem modò his, modò illis ex partibus opacet: ipſa enim umbra terrae ſoli officiens, noctem efficit. Nocturnorum autem ſpatiorum eadem eſt aequabilitas, quae diurnorum. Ejuſdemque ſolis tum acceſſus modici, tum receſſus, & frigoris & caloris modum temperant. [2] Circuitus enim ſolis orbium quinque & ſexaginta & trecenti, quarta ferè

1 *Alterum autem continua converſione ſui, iiſdem ſpatiis curſibuſque conficiat*] Veneti *continuas converſiones duas*; quâ quidem ſcripturâ verborum congruitas perficitur & abſolvitur ſenſus. Sed quas *duas converſiones* dixerit, parum liquet. Nam excogitare illam peragrationem parvi circuli, quem ἐπίκυκλον dixêre, & hanc facere alteram ſtellarum converſionem, nimis, ut opinor, τεχνικὸν fuerit; atque haud ſcio, an non ſit omninò conſentaneum rationi *Ciceronis*. Si autem exiſtimare voluerimus, varietatem quandam ſignificari motus ſtellarum, ut progreſſionis & regreſſionis, refellent nos ſequentia, quæ docent intrâ hunc numerum non contineri; ſic enim mox poſt alia inquit: *Tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem ſubſequuntur, tum celerius moventur, tum tardius, tum ne moventur quidem, ſed ad quoddam tempus inſiſtunt*. Verum igitur videtur *continuas converſiones ſuas*; nam contra cæli motum has ſtellas ad ortum niti deprehenſum eſt. Non autem vago incertoque curſu aut variis ſpatiis illæ feruntur; ſed eadem perpetuis temporibus obeunt atque ſervant. Itaque *Plato* Νόμων Z. falſo à Græcis errantes appellatas ait. Τὴν αὐτὴν γὰρ, inquit, αὐτῶν ὁδὸν ἕκαστον. καὶ οὐ πολλὰς, ἀλλὰ μίαν ἀεὶ κύκλῳ διεξέρχεται· φαίνεται δὲ πολλὰς φερόμενον. Dicit autem peragrationem ſignificari, quæ fit à ſingulis, temporibus ſtatis, immutabili definitione. *Camerarius*.

Ibid, *Continuas converſiones duas*] *Sui* pro *duas* amicus meus legendum putat. *Urſin*.

Ibid. *Continuas converſiones* duas] *Elienſ.* & *Lincoln.* habent *continua converſione* Sui. Sed, quod vidit ampliſſ. *Boherius*, benè ſe habet recepta lectio: denotatur enim duplex Planetarum motus; unus, quo ab ortu in occaſum; alter, quo ab occaſu in ortum feruntur. Vide *Cleomedem*

Κυκλ.

ferè diei parte addita, converſionem conficiunt annuam: inflectens autem ſol curſum tum ad ſeptemtriones tum ad meridiem, aeſtates & hiemes efficit & ea duo tempora, quorum alterum [3] hiemi ſeneſcenti adjunctum eſt, alterum aeſtati. Ita ex quattuor temporum mutationibus, omnium, quae terra marique gignuntur, initia cauſſaeque ducuntur. Jam ſolis annuos curſus ſpatiis menſtruis luna conſequitur: cujus tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad ſolem, digreſſus autem longiſſimus quiſque pleniſſimum. Neque ſolùm ejus ſpecies ac forma mutatur tum creſcendo, tum defectibus in initia recurrendo; ſed etiam regio, [4] quae tum eſt aquilenta, tum auſtralis. In lunae quoque curſu eſt & brumae quae-

Κυκλ. Θεωρ. lib. I. pag. 77. & *Geminum* Elem. Aſtron. c. x. *Davies.*

2 *Circuitus enim ſolis orbium V. defectibus*] Nos ex antiquo libro *diebus* pro *defectibus* repoſuimus. *P. Manuc.*

Ibid. *Circuitus enim ſolis orbium V. & LX. & CCC.*] Sic legendum eſſe & ratio & libri omnes MSSti, in quibus vocis *defectibus*, quæ reperitur in vulg. poſt V. nullum exſtat veſtigium, pervincunt. Sententia autem hæc eſt; quinque & ſexaginta & trecenti circuitus ſolis circulorum, ſex circiter horis additis, conficiunt annuum ſpatium. Cum ex auctoritate librorum MSStorum ita hunc locum hâc ſecundâ editione emendâſſem: admonitus ſum à *Cl. Puteano* J. C. ſic pridem eſſe à *Jac. Cujacio* emendatum libro de diverſis Temp. præſcriptionibus, ſive conjecturâ ducto, ſive auctoritate librorum veterum freto. *Lambinus.*

Ibid. *Circuitus enim ſolis orbium quinque & ſexaginta & trecenti*] *Gruterus* ſuos Codices ſecutus edidit, V *defectibus &* LX & CCC. Abſurde prorſus; neque enim *defectibus* ullus eſt locus, cum vox illa rei, de qua agitur, non conveniat. *Manucius* legit V diebus *& LX & CCC*; nec dubitari poteſt, quin illa lectio vulgatæ præſtet. Sed & eam confirmant *Elienſ. Reg. Cantab.* & *Aſcenſ.* Omnium tamen optima videtur illa quam *Cujacius* excogitavit, & probavit *Boherius*; quamque repræſentant MSSti *Lambiniani*, *Pal.* tert. *Lincoln.* & *Med.* cujus fide, ipſa verba, non notas numerales, exhibui. *Davies.*

3 *Hiemi* ſeneſcenti] Provectæ & ad exitum vergenti, cui ver ſuccedit. *Corn. Severus* Ætnæ vſ. 238.

— *Cur æſtas ipſa* SENESCIT.

Ammianus Marcellinus lib. XXI. pag. 199. *Autumno jam* SENESCENTE, profectus. Vide ſis *Hadr. Junium* Anim. lib. I. cap. 19. *Idem.*

4 *Qua tum eſt* aquilonalis, *tum auſtralis*] Inveni in cunctis MSStis libris,

quaedam & ſolſtitii ſimilitudo: multaque ab ea manant & fluunt, quibus & animantes alantur augeſcantque; & pubeſcant maturitatemque adſequantur, quae oriuntur è terra. Maxume verò ſunt admirabiles motus earum quinque ſtellarum, quae falsò vocantur errantes: nihil enim errat, quod in omni aeternitate conſervat progreſſus & regreſſus reliquoſque motus conſtantes & ratos. Quod eo eſt admirabilius in his ſtellis, quas dicimus, quia tum occultantur, tum rurſus aperiuntur; [1] tum adeunt, tum

libris, quorum duo erant antiquiſſimi, & mihi valde probari, AQUILENTA pro AQUILONALIS. Animadverti etiam Germanos, quod ſic fortaſſe & ipſi in aliquo exemplari legiſſent, eandem vocem in margine ſui Codicis adnotaſſe: nec tamen eam recepi: non enim alibi apud hunc auctorem repperi. Scio recentiorum pleroſque eam uſurpaſſe eruditos viros: ut non temere eos id feciſſe exiſtimandum ſit. *Cicero* AQUILONIUS alibi dixit. Quid de hoc loco conſtituendum ſit, nondum planè perſpexi. Vix puto poſſe omnes Codices antiquos in eodem errore verſari. *Victorius.*

Ibid. *Tum eſt* AQUILENTA] In *Reg.* pro varia lectione, & *Benon.* 1494. eſt *Aquilonalis*; at *Manucio Lambinoque* placuit *Aquilanaris.* Codices autem *Pall. Lincoln. Med.* & *Buſlid.* dant *Aquilenta*, quorum fide hanc lectionem recepit *Jac. Gronovius.* Nè verò bonitas vocis in dubium vocaretur, adduxit fragmentum *Varronis* apud *Nonium* in *nobile* cap. IV. §. 318. *Tum contremula* AQUILENTA *apud alta littora oriris ac nobilis omnibus relucens.* Ubi primo notandum, verſus eſſe Trimetros, qui ſic diſtinguendi:

Tum contremula aquilenta apud alta
  littora
Oriris, ac RELUCES *nobilis omnibus.*

Et hunc ſanè verborum ordinem ſervat editio *Dionyſ. Gothofredi.* Dein *Aquilenta* non pro *Aquilonari*, ſed pro aquatica ſeu *aquatili* ſumit *Hadr. Turnebus* Adverſ. lib. XXIX. cap. 28. Quod ſi ità ſe res habet, nihil ad hunc locum facit. Difficile verò eſt, fateor, ex hujuſmodi ἀποσπασματίοις rariorum vocularum ſenſum expiſcari, niſi veteres opem ferant Grammatici; quapropter AQUILENTA gradu non movimus & ἐπέχειν liceat. Magna nihilominus eſt ſuſpicio, pro AQUILONIA dormitantes Librarios hic AQUILENTA ſcripſiſſe. *Manilius* lib. I. pag. 12.

--*Hac ſunt* AQUILONIA *ſigna.*

Plinius H. N. lib. II. cap. 97. *Eadem* Aquilonia *& à terris longius recedente, mitiores* &c. Certè tam ſimilis eſt litterarum ductus, ut in iis exprimendis facilè labi potuerint. Pari prorſus ratione quidam *Chalcidii* Codices *aquilentana* pro *aquilonianis* repræſentant. Vide §. 66, 68. ed. Fabric. *Davies.*

1 *Tum abeunt, tum recedunt*] Emendandum

tum recedunt, tum antecedunt, [2] tum autem ſubſequuntur; tum celeriùs moventur, tum tardiùs, tum omnino ne moventur quidem, ſed ad quoddam tempus inſiſtunt. Quarum ex diſparibus motionibus magnum annum mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, cùm ſolis, & lunae, & quinque errantium [3] ad eandem inter ſe comparationem confectis omnium ſpatiis eſt facta converſio. [4] Quae quàm longa ſit, magna quaeſtio eſt: eſſe verò certam & definitam, neceſſe eſt. Nam ea [5] quae Saturni ſtella dicitur, φαίνων-

que

mendandum ex antiquo libro, *tum adeunt, tum recedunt.* Urſinus.

Ibid. *Tum* ADEUNT, *tum recedunt*] Vulg. ABEUNT; ſed *Urſiniani* Codicis lectionem recepi, quam res ipſa, locique ſenſus poſtulant. *Davies.*

2 *Tum* autem *ſubſequuntur*] Deeſt in vulgatis vox media, quam ſuppeditarunt *Elienſ.* uterque, *Med. Lincoln. Victor.* & *Aſcenſ.* Idem.

3 *Ad eandem inter ſe comparationem*] *Elienſ.* unus habet *compoſitionem*, quæ quidem lectio videtur amplectenda. Græcè dixeris εἰς τὸ αὐτὸν συσχηματισμόν. Vide *Sextum Empiricum* adv. Mathem. pag. 126. C. *Idem.*

4 *Quæ quam longa ſit, magna quæſtio eſt*] Malim, qui *quàm* longus *ſit* --*eſſe verò* certum *&* definitum, *neceſſe eſt*; ut ad *annum magnum* referantur. Hunc autem *Solis, Lunæ, vagarumque quinque ſtellarum orbes conficiunt, cùm ad idem ſignum, ubi quondam ſimul fuêrunt, unà referuntur*, ut verbis útar *Cenſorini* de die Nat. cap. XVIII. unde patet etiam varias de eo fuiſſe veterum ſententias; ac idem ex aliis auctoribus abundè manifeſtum, quorum locos indicabunt *Henr. Lindenbrogii* notæ. Licet autem noſter hoc in loco cautè loquatur; tamen definitè prorſus & diſertè ſcripſerat in Hortenſio: *Is eſt magnus & verus annus, quo eadem* POSITIO *caeli ſiderumque, quæ cùm maximè eſt, rurſum exſiſtet; iſque annus horum, quos vocamus, annorum* XII. M. DCCCLIV. *complectitur.* Extat apud auctorem de cauſis corrupt. Eloq. cap. XVI. Ad idem fragmentum reſpicit *Servius* ad *Virgilii* Æn. I, 273. III, 284. quibus ex locis, addito numero centenario, legendum XII. M. DCCCCLIV. *Idem.*

5 *Quæ Saturni ſtella dicitur, φαίνωνque à Græcis nominatur*] Scriptor libri de Computo §. CXLII. quem Cl. *Muratorius* edidit Anecd. Tom. III. pag. 193. *Planetarum nomina Græca ſunt* Phaeton, Phaetonta, Phyriona aſperum, Stelbom. (Lege *Phäëthon, Phaenon, Pyrois, Phoſphorus, Stilbon.*) *Has Romani nominibus Deorum ſuorum, id eſt, Jovis, Saturni, Martis, Veneris atque Mercurii ſacraverunt.* Vide ſis, inter alios, *Firmicum* Matheſ. lib. II. cap. 2. *Hyginum* Poët. Aſtr. lib. II. cap. 42. ac lib. IV. cap. 15, ſeqq. *Chalcidium* in Platonis Timæum pag. 304. *Cleomedem* Κυκλ.

Θεωρ

que à Graecis nominatur, quae à terra abeſt pluri-mùm, xxx ferè annis curſum ſuum conficit: in quo curſu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus deliti-ſcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo, nihil inmutat ſempiternis ſaeculorum aetatibus, quin eadem îſdem temporibus efficiat. Infra autem hanc propiùs à terra Jovis ſtella fertur, quae φαέθων dicitur: eaque eundem XII ſignorum or-bem annis XII conficit, eaſdemque, quas Satur-ni ſtella, efficit in curſu varietates. [1] Huic au-tem proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις, quae ſtella Martis appellatur: eaque IIII & XX menſibus, VI, ut opinor, diebus minùs, eun-dem luſtrat orbem, quem duae ſuperiores. In-fra autem hanc ſtella Mercurii eſt: ea ϛίλϐων appellatur à Graecis: quae anno ferè vertente ſigniferum luſtrat orbem, neque à ſole longiùs umquam unius ſigni intervallo diſcedit, tum an-tevertens, tum ſubſequens. Infima eſt quinque errantium terraeque proxima, [2] ſtella Veneris, quae φωσφόρος Graecè, Lucifer Latinè dicitur, cùm antegreditur ſolem: [3] cùm ſubſequitur au-tem,

Θεωρ. lib. I. pag. 79. denique *Achillem Tatium* Iſag. ad Arati Phæn. cap. XVII. *Davies*.

1 *Huic autem* proximum *inferiorem*] Rectè Cl. *Walkerus* emendavit *proximè inferiorem*. Vide nos ad lib. III. cap. 21. *Idem*.

2 *Stella Veneris, qua φωσφόρος--cùm antegreditur Solem; cum ſubſequitur autem Heſperos*] Luciferum & Veſperum eandem eſſe ſtellam primus vidit Pythagoras, vel, ut alii volunt, Parmenides. Adi *Plinium* H. N. lib. II. cap. 8. & *Diogenem Laërtium* lib. VIII. §. 14. ac lib. IX. §. 23. Eos tamen interdum diverſos faciunt Auctores. *Corn. Severus* in Ætna vſ. 241.

Lucifer *unde micet, quave* Heſperus, *unde Boötes*.

Eume-

tem, Heſperos. Ea curſum anno conficit, & latitudinem luſtrans ſigniferi orbis & longitudinem; (quod idem faciunt ſtellae ſuperiores) neque umquam à ſole duorum ſignorum intervallo longiùs diſcedit, tum antecedens, tum ſubſequens. [4]Hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc 21
tantam tam variis curſibus in omni aeternitate convenientiam temporum, non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio. Quae cùm in ſideribus ineſſe videamus, non poſſumus ea ipſa non in Deorum numero reponere. Nec verò hae ſtellae, quae inerrantes vocantur, non ſignificant eandem mentem atque prudentiam; quarum eſt cotidiana, conveniens, conſtanſque converſio. Nec habent aetherios curſus neque caelo inhaerentes, ut plerique dicunt phyſicae rationis ignari. Non eſt enim aetheris ea natura, ut vi ſua ſtellas complexa contorqueat: nam tenuis, ac perlucens, & aequabili calore ſuffuſus aether, non ſatis aptus ad ſtellas continendas videtur. Habent igitur ſuam ſphaeram ſtellae inerrantes ab aetheria conjunctione ſecretam & liberam. Earum autem perennes curſus atque perpe-

Eumenius Paneg. IV. cap. IV, 2. *Duobus cæli luminibus adjuncti* VESPER *&* LUCIFER. *Cyrillus* Hieroſ. Cat. VI. §. 2. Ὅταν τὸ καθ᾽ ἕκαςον διηγήσασθαι βουληθῇ τις, τὸ μέν ἐςι ΦΩΣΦΟ'ΡΟΣ. τὸ δὲ ἝΣΠΕΡΟΣ,---πολλῶν ἐπιδεῖται τῶν ῥημάτων. Ad hunc autem modum ſunt locuti, vel ex vulgi ſententiâ, vel ex ignorantiâ doctrinæ ſideralis. *Idem.*

3 *Cùm ſubſequitur autem, Heſperus* &c.] Videtur ſic legendum, *cùm ſubſequitur autem, Græcè heſperos, Latinè Veſper.* Lambinus.

4 *Hanc igitur----in Deorum numero reponere*] Hanc ῥῆσιν laudat *Lactantius* Div. Inſtit. lib. II. cap. 5. nec à vulgatis abit; quarè perperam notavit *Gulielmius*, apud eum legi *ponere.* Quin & *Reg. Lincoln. Med.* & *Aſcenſ.* perperam *ipſa* prætermittunt. *Davies.*

1 Nec

perpetui, cum admirabili incredibilique conſtantia, declarant in his vim & mentem eſſe divinam: ut, haec ipſa qui non ſentiat Deorum vim habere, is nihil omnino ſenſurus eſſe videatur. Nulla igitur in caelo nec fortuna, nec temeritas, [1] nec erratio, nec varietas ineſt: contraque omnis ordo, veritas, ratio, conſtantia: quaeque his vacant, ementita & falſa plenaque erroris eunt circum terras, [2] infra lunam quae omnium ultima eſt, in terriſque verſantur. [3] Caeleſtem ergo admirabilem ordinem incredibilemque conſtantiam, ex qua conſervatio & ſalus omnium omnis oritur, qui vacare mente putat, is ipſe mentis expers habendus eſt. Haud ergo, ut opinor, erravero, ſi à principe inveſtigandae veritatis, hujus diſputationis principium duxero.
22 Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat, [4] ignem eſſe artificioſum ad gignendum progredientem via: cenſet enim artis maxumè pro-

1 *Nec erratio, nec* VARIETAS *ineſt*] Vulg. VANITAS; ſed nos egregiam viri præſtantiſſimi *Joan. Clerici* conjecturam recepimus, quam diſertè firmat MS. *Elienſis*. Ratio eſt, quod *conſtantiæ* non *vanitas*, at *varietas* opponatur. Supra cap. XVI. *Fortuna, amica* VARIETATI, CONSTANTIAM *reſpuit*. Item de Divin. lib. II. cap. 53. *Ipſa* VARIETAS, *quæ eſt propria* fortunæ, *fortunam eſſe cauſam, non naturam eſſe docet*. Davies.

2 *Infra Lunam, quæ omnium ultima eſt; in terriſque* VERSANTUR] Vulgò *verſatur*; ſed bardus eſt, qui dixerit *Lunam in terris verſari*. Eâ de cauſâ nos ſcripturam Codicis *Elienſ.* & *Bonon.* 1494. repræſentavimus; adeò ut proſtrema vox de iis ſit intelligenda, quæ multò infra Lunam, non procul à terræ ſuperficie, ſemet oſtendunt. Hoc etiam abſque MSStorum ope ſagacitèr odoratus eſt vir eximius *Joan. Clericus*. Hujuſmodi ſunt *faces*, *trabes*, aliique ignes aërii, de quibus adi ſis *Plinium* H. N. lib. II, 26, ſeqq. Græcis propriè μετέωρα dicuntur, ut obſervavit *Achilles Tatius* Iſag. ad Phænom. cap. XXXII. *Idem*.

3 Caeleſtem *ergo admirabilem ordinem*] Malim *caeleſtûm* vel *caeleſtium*, quo modo longè concinnior ſit oratio. Noſter de Senect. cap. XXI. *Quique* caeleſtium ordinem *contemplans*

proprium eſſe, creare & gignere; quodque in operibus artium noſtrarum manus efficiat, id multo artificioſiùs naturam efficere, id eſt, ut dixi, ignem artificiòſum, magiſtrum artium reliquarum. Atque hac quidem ratione omnis natura, artificioſa eſt; quòd habet quaſi [5] viam quandàm & ſectam quam ſequatur. Ipſius verò mundi, qui omnia complexu ſuo coercet & continet, natura non artificioſa ſolum ſed planè artifex ab eodem Zenone dicitur, conſultrix & provida utilitatum opportunitatumque omnium. Atque ut ceterae naturae ſuis ſeminibus quaeque gignuntur, augeſcunt, continentur: ſic natura mundi omnes motus habet voluntarios; conatuſque, & appetitiones, quas ὁρμὰς Graeci vocant, & his conſentaneas actiones ſic adhibet, ut noſmetipſi, qui animis movemur & ſenſibus. Talis igitur mens mundi cùm ſit, ob eamque cauſſam [6] vel prudentia vel providentia appellari rectè

plantes, imitarentur eum vita modo atque conſtantia. Sic *caeleſtium divinam cognitionem* dixit idem Tuſcul. V, 3. *Idem.*

4 *Ignem eſſe artificiosum*] Græcè, Πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν. Vide *Diogenem Laertium* lib. VII. §. 156. Hanc Stoicam φύσεως definitionem, præter *Plutarchum*, *Euſebium*, & *Stobæum*, refert *Athenagoras* Leg. pro Chriſt. cap. VI. pag. 28. *Idem.*

5 *Viam quandam & ſectam*] Non erat cur ampliſſimus *Boherius* ſuſpicaretur *ſemitam* à *Cicerone* ſcriptam fuiſſe. *Cicero* in Verrem lib. V. cap. 70. *Hac eadem eſt noſtra rationis regio & via: horum nos hominum ſectam atque inſtituta perſequimur.* Et pro Coelio cap. XVII. *Hanc ſectam rationemque vita re magis quam verbis ſecuti ſumus.* *Apuleius* Metam. lib. IV. pag. 126. *Quos ad iſtam ſectam paupertatis neceſſitas adegit.* Idem de Deo Socratis pag. 683. *Nec quoquam* (caelitum mens) *à ſua perpetua* SECTA *ad quempiam ſubitum habitum dimovetur.* Vide ſis etiam quæ notarunt interpretes ad *Plinii* Paneg. cap. LXXXV, 7. *Idem.*

6 *Vel prudentia vel providentia*] Tres primas voces, quas ſuaſu *Pall.* ſuorum reduxit *Gruterus*, omittunt *Reg.* & *Bonon.* 1494. Eas tamen retinendas cenſeo; tam enim *prudentia*, quàm *providentia* πρόνοιαν ſatis exprimit; quippe *prudens* dictus eſt, tan-

ctè poſſit, (Graecè enim πρόνοια dicitur) haec potiſſimùm providet, & in his maxumè eſt occupata, primùm ut mundus quàm aptiſſimus ſit ad permanendum; deinde ut nulla re egeat: maxumè autem ut in eo eximia pulchritudo ſit
23 atque omnis ornatus. Dictum eſt de univerſo mundo: dictum etiam eſt de ſideribus: ut jam propemodum appareat multitudo nec ceſſantium Deorum, nec ea, quae agant, molientium cum labore operoſo ac moleſto. Non enim venis, & nervis, & oſſibus continentur, nec his eſcis aut potionibus veſcuntur, ut aut nimis acres aut nimis concretos humores colligant: nec his corporibus ſunt, ut aut caſus aut ictus extimeſcant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorum. Quae verens Epicurus, [1] monogrammos Deos, & nihil agentes commentus eſt. Illi autem pulcherrima forma praediti, puriſſimaque in

tanquam *providens.* Noſter Acad. Quæſt. lib. I. cap. VII. *Quam vim ---Deum appellant, omniumque rerum, quæ ſunt ei ſubjecta, quaſi* PRUDENTIAM *quandam, procurantem cæleſtia maximè.* Ibi tamen impreſſi nonnulli PROVIDENTIAM repræſentant. *Davies.*

1 *Monogrammos Deos*] Sic eos deſcribit *Lucretius* lib. V.

Tenuis enim natura Deûm, longeque remota
Senſibus ab noſtris, animi vix mente videtur.

Eâdem ratione λόγῳ θεωρητοὺς appellabat, id eſt, qui ratione tantum cernuntur. Sed hâc de re plura in commentariis *Lucretianis. Monogrammum* autem appellant pictores id, quod ſolis lineis informatum ac deſcriptum eſt, nullis dum coloribus adhibitis. Hinc *homines monogrammi* per tranſlationem, ut docet *Nonius*, homines macie prætenues, & quaſi decolores. *Lambinus.*

2 *A Græcia* ſapientiſſimis] Vulgò *ſapientibus*; at lectionem, quam amplexi ſumus, exhibent *Elienſ. Reg. Lincoln. Med.* aliique MSSti: nec eſt in re ipſa quicquam, quod eorum fidem conculcandam eſſe ſuadeat. *Davies.*

3 *Quod erat à Deo* natum] Legendum potius, *à Deo datum* vel *donatum*, ut mihi quidem videtur. *Idem.*

4 *Illud Terentii*, Sine Cerere & Libero friget Venus] Extat Eunuch. Act. IV. Sc. V, 6. *Athenæus* lib. VI. cap.

in regione caeli conlocati, ita feruntur, moderanturque curſus, ut ad omnia conſervanda & tuenda conſenſiſſe videantur. Multae autem aliae naturae Deorum ex magnis beneficiis eorum non ſine cauſſa & [2] à Graeciae ſapientiſſimis & à majoribus noſtris conſtitutae nominataeque ſunt. Quicquid enim magnam utilitatem generi adferret humano, id non ſine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud, [3] quod erat à Deo natum, nomine ipſius Dei nuncupabant: ut cùm fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum; ex quo [4] illud Terenti,

Sine Cerere & Libero friget Venus:

tum autem res ipſa, in qua vis ineſt major aliqua, ſic appellatur, [5] ut ea ipſa res nominetur Deus, ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proximè à M. Æmilio Scauro;

cap. XX. pag. 270. Πεινῶσα γὰρ ἡ Κύπρις πικρά, Ἀχαιός φησιν ἐν Αἴθωνι Σατυρικῷ. Παρ' ὃ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης λαβὼν ἔφη, Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ. De ipſa loquendi ratione ſic *Clemens Alexandrinus* Protr. pag. 7. Οἱ δὲ τῶν ἐκ γῆς φυομένων τοὺς ἡμέρους δρεπόμενοι καρπούς, Δηὼ τὸν σῖτον, ὡς Ἀθηναῖοι, καὶ Διόνυσον, τὴν ἄμπελον, ὡς Θηβαῖοι, προσηγόρευσαν. *Lucretius* lib. II. pag. 228.

Hic ſi quis mare, Neptunum, Ceremque *vocare*
Conſtituit fruges, & Bacchi *nomine abuti*
Mavolt, *quam laticis proprium proferre vocamen.*

Hujuſmodi ſanè locutiones apud Poëtas ſunt proletariæ. Quin & nonnulli philoſophi τὴν μὲν ἡδονὴν Ἀφροδίτην, Ἄρην δὲ τὸν θυμόν, τὴν δὲ μέθην Διόνυσον, Ἑρμῆν δὲ τὴν κλοπήν, τὴν δὲ φρόνησιν Ἀθηνᾶν vocarunt, ut auctor eſt *Theodoretus* de Provid. Serm. I. pag. 10. Vide & Therap. III. pag. 45. ac *Sextum Empiricum* adv. Mathem. pag. 311. *Davies.*

5 *Ut ea ipſa res nominetur Deus*] Vulg. *ut ea ipſa vis nominetur Deus*; planè contra mentem *Ciceronis*, qui de *re* ipſa, non de vi ejus, hic agit. Idcircò vocem controverſam prætermittunt *Elienſ. Buſlid.* aliique nonnulli MSSti, cum quibus facit *Jac. Gronovius.* Ac cùm noſter perſpicuitatis ubique ſit ſtudioſiſſimus, recepi lectionem, quam ſuppeditavit *Bonon.* 1494. Aliter enim ἀμφιβολία quædam remaneret, quæ lectorem non ſatis attentum poſſet decipere. *Idem.*

4 1 *Ante*

Scauro; [1] ante autem ab Atilio Calatino erat Fides conſecrata. Vides Virtutis templum, vides Honoris à M. Marcello renovatum; [2] quod multis antè annis erat bello Liguſtico à Q. Maximo dedicatum. Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiae, Libertatis, Victoriae? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut ſine Deo regi non poſſet, ipſa res Deorum nomen obtinuit. Quo ex genere, Cupidinis, & [3] Voluptatis, & Lubentinae Veneris vocabula conſecrata ſunt, vitioſarum rerum, neque naturalium, quamquam Velleius aliter exiſtumat: ſed tamen ea ipſa vitia naturam vehementiùs ſaepe pulſant. Utilitatum igitur magnitudine conſtituti ſunt ei Dî, qui utilitates quaſque gignebant. Atque his

1 *Ante autem ab Atilio Calatino erat* fides *conſecrata*] *D. Lambinus* reſcribendum cenſuit, *erat* SPES *conſecrata*. Hujus conjecturæ fundus videtur eſſe lib. II. de Legg. cap. XI. ubi ait noſter: *Rectè etiam à Calatino* SPES *conſecrata eſt*. Sed nihil impedit, quo minus templa diverſis numinibus idem vir conſecrarit. Præterea cùm teſtetur *Cicero*, FIDEM & MENTEM *dedicatas fuiſſe* PROXIME *ab Æmilio Scauro*, illud ANTE, quod ſequitur, opponi τῷ PROXIME manifeſtum eſt; ac proinde Dearum una, quas ſuprà memorâtat, hic intelligi debet. Nullus igitur eſt mutationi locus. Monebo duntaxat, etiam *menti* centum plus minus annos, antequam Scaurus id præſtaret, ædem fuiſſe dedicatam. Vide *Livium* XXII, 10. XXIII, 31. & *Ovidium* Faſt. lib. VI, 241. Quin & FIDEM primus conſecravit Numa. Adi ſis *Clementem Alexandrinum* Strom. lib. V. pag. 234. *Cyrillum* in Julian. lib. VI. pag. 194. A. & *Plutarchum* in Numâ pag. 70. *Davies.*

2 *Quod* multis ante annis *erat bello Liguſtico à Q. Maximo dedicatum*] Meritò mireris hoc *multis ante annis* tribui, ſiquidem ab initio belli Liguſtici ad annum, quo cæſus eſt M. Marcellus, viginti tantum fluxerant anni. Id cùm Cl. *Boherium* non fugeret; ampliſſimus ille vir *Ciceronem* reliquiſſe putat, *quod* haud *multis---ante annis* &c. nec diſſentio. Malim tamen, *quod* non *multis ante annis*; nam vox illa per compendium ſcripta, facilius quam altera, potuit excidere. De hoc Marcelli facto vide *Valerium Maximum* lib. I. cap. I, 8. & *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. 20. *Idem.*

3 *Voluptatis & Lubentinæ Veneris*] Voluptas ſub *Volupia* nomine conſecrabatur. Hinc *Volupia fanum* memoras

his quidem nominibus quae paullo antè [4] dicta ſunt, quae vis ſit, in quoque declaratur Deo. Suſcepit autem vita hominum, cõnſuetudoque 24 communis, ut beneficiis excellentis viros in caelum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Caſtor & Pollux, hinc Aeſculapius, hinc Liber etiam: (hunc dico Liberum Semela natum, non eum, quem noſtri majores auguſtè ſanctèque [5] Liberum cum Cerere & Libera conſecraverunt: quod quale ſit, ex myſteriis intelligi poteſt. Sed quòd ex nobis natos, liberos appellamus, idcircò Cerere nati, nominati ſunt Liber & Libera: [6] quod in Libera ſervant, in Libero non item:) hinc etiam Romulus, [7] quem quidem eundem eſſe Quirinum putant: quorum cùm remanerent animi

morat *Varro* LL. lib. IV. pag. 39. & *Volupia etiam*, *Macrobius* Saturn. lib. I. cap. 10. *Auguſtinus* C. D. lib. IV. cap. 8. *Neque enim --- audent aliquas partes --- tribuere, aut* Volupiæ, *qua à* voluptate *appellata eſt, aut* Libentinæ, *cui nomen à* libidine. Hanc etiam Etymologiam præſtat *Varro* LL. lib. V. pag. 53. *Idem.*

4 *Dicta ſunt* à me] Sic vulg. at poſteriores duas voculas delevi, quòd eas non agnoſcit *Victor.* uti nec ii, quibus uſi ſumus, MSSti. *Idem.*

5 Liberum *cum Cerere*] Prima vox mihi, ſimul ac Cl. *Walkero*, Gloſſematis videtur damnanda. *Idem.*

6 *Quod in* Liberâ *ſervant*, *in* Libero *non item*] Sic *Victorii*, ſic *Gruteri*, ſic etiam noſtri Codices. At uterque *Manucius* edidit, *quod in* Libero *ſervant*, *in* Liberâ non *item.* Hunc ordinem ſequitur, & abſurdè proſus de Sole Lunâque capit *Pat. Leſcalopa*-*rius.* Mihi recepta lectio multò videtur melior, quòd *Libera* paſſim de Proſerpinâ dicatur; at *Liberum* de ſolo Semeles filio uſurpat ſermo vulgatis, niſi cum mentio fiat ædis ſacrive cujuſdam Cereri, Libero, Liberæque dedicati. Sic apud *Livium* lib. III. cap. 55. *Familia ad Ædem Cereris*, Liberi, *Liberaque venum iret.* Idem lib. XXXIII. cap. 25. *Ex argento mulctatitio tria ſigna anea Cereri*, Liberoque, *& Libera poſuêrunt.* Iterum lib. XLI. cap. 33. *Supplicatio ad Cereris*, Liberi, *Liberaque fuit.* *Tacitus* Annal. lib. II. cap. 49. *Ædem dedicavit* Libero *Liberaque & Cereri juxtà Circum maximum.* In hiſce locis Liber Cerere natus intelligitur. *Idem.*

7 *Quem* quidem *eundem*] Sic edidit *Gruterus.* Alii dant, *quem* QUIDAM *eundem eſſe Quirinum putant.* Malè verò: nam nulla fuit hâc de re inter Auctores diſcrepantia. *Arnobius*

mi atque aeternitate fruerentur, ritè Dî ſunt habiti; cùm & optumi eſſent, & aeterni. Alia quoque ex ratione, & quidem phyſica, magna fluxit multitudo Deorum: qui induti ſpecie humana fabulas poëtis ſuppeditaverunt, hominum autem vitam ſuperſtitione omni referſerunt. Atque hic locus à Zenone tractatus, poſt à Cleanthe & Chryſippo pluribus verbis explicatus eſt. Nam vetus haec opinio [1] Graeciam opplevit, ſcilicet exſectum Caelum à filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipſum a filio Jove. Phyſica ratio non inelegans incluſa eſt in inpias fabulas: [2] caeleſtem enim, altiſſimam, aetheriamque, naturam, id eſt, igneam, quae per ſeſe omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quae con-

nobius lib. I. p. 30. *Nonne ipſum Romulum patrem --- Quirinum eſſe Martium dicitis? Florus* lib. I. cap. I, 18. *Mandare* (Romulum) *ut ſe pro numine acciperent:* QUIRINUM *in caelo vocari* &c. Sic etiam *Dionyſius* Halicarnaſſeus II, 63. & *Plutarchus* in Romulo pag. 35; 36. ac in Numa pag. 60. Nè verò plures memorem, vide *Ciceronem* pro Sextio cap. LIV. *Ovidium* Faſt. II, 475. *Lactantium* Div. Inſt. I, 21. & *Auguſtinum* C. D. II. 15. IV. 20, 24. Scio quidem *Martem Quirinum* & *Janum Quirinum* dici. Sed tum *Quirinus* eſt vel *Jani* vel *Martis* Epitheton; nec ſimpliciter poſitus alium quàm Romulum denotat. *Dav.*

1 *Graciam opplevit, exſectum Calum*] *Reg.* exhibet, *Graciam opplevit*, SED *exſectum Calum.* Proculdubio legendum, SCILICET *exſectum Calum*, ut diſertè *Victori Eliens. Med. Aſcenſ.* & per compendium *Bonon.* 1494. ac ita nos edidimus. *Idem.*

2 *Cæleſtem enim, altiſſimam, ætheriamque naturam*] E *Palatinis* nonnulli, *Reg.* & *Med.* repræſentant *Caleſtum*; quam benè *Gruterus* ſe neſcire profitetur. At ea lectio huc non convenit, & vulgatam tuentur plures MSSti, ſimul ac *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. 12. *Idem.*

3 Κρόνος *enim dicitur, qui eſt idem* χρόνος] Hæc ſic interpolavit *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. 12. Κρόνος *enim dicitur*, quod *eſt idem* quod χρόνος Aſt additamento nihil eſt opus. Supra cap. 24. *Quem quidem eundem eſſe Quirinum* putant. De ipſa Allegoria ſic Scholiaſtes *Apollonii* in Argon: lib. I, 1098. Φυσικῶς ταύτης (Ῥέας) ἄνδρα τὸν ΚΡΟΝΟΝ φασὶν, οἱονεὶ τὸν ΧΡΟΝΟΝ μεταβολῇ τοῦ στοιχείου. *Arnobius* lib. III. pag. 127. *Si tempus ſignificatur hoc nomine, Graecorum ut interpretes æſtumant, ut quod Chronos eſt, habeatur Cronos, nullum eſt Saturnium numen.* Vide ſis, inter alios, *Augu-*

conjunctione alterius egeret ad procreandum.
Saturnum autem, eum eſſe voluerunt, qui cur- 25
ſum & converſionem ſpatiorum ac temporum
contineret, qui Deus Graecè id ipſum nomen
habet: [3] Κρόνος enim dicitur; qui eſt idem
χρόνος, id eſt, ſpatium temporis. [4] Saturnus
autem eſt appellatus, quòd ſaturetur annis. [5] Ex
ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quia con-
ſumit aetas temporum ſpatia, anniſque praeteri-
tis inſaturabiliter expletur: [6] vinctus autem à
Jove, ne inmoderatos curſus haberet, atque ut
eum ſiderum vinclis adligaret. Sed ipſe Juppi-
ter, id eſt, *juvans pater*, [7] quem converſis caſi-
bus appellamus à *juvando* Jovem, à poetis *pa-
ter divômque hominumque* dicitur: [8] à majoribus
autem

Augustinum Civ. Dei lib. VI. cap. 8. lib. VII. cap. 19. ac de Conſ. Evang. lib. I. cap. 23. *Themiſtium* Orat. XXXII. pag. 363. *Paullinum* in Anecdot. Muratorii Tom. I. pag. 127. & *Fulgentium* Mythol. lib. II. cap. 4. *Idem.*

4 *Saturnus --- quod* ſaturetur *annis*] *Med.* & *Victor.* habent, *quod* ſaturraretur *annis.* Sed receptam lectionem tuetur *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. 12. Alii nomen ducunt à *satu.* Adi *Varronem* L. L. lib. IV. pag. 18. *Iſidorum* Orig. lib. VIII. cap. XI. & *Macrobium* Saturn. lib. I. cap. 10. At idem ſupra cap. VIII. παρὰ τὴν σάθην dici contendit. *Apollophanes verò in Epico carmine ſcribit Saturnum quaſi ſacrum* Νοῦν. Νοῦς *enim Graecè ſenſus dicitur; aut Satorem* Νοῦν, *quaſi divinum ſenſum creantem omnia.* Verba ſunt *Fulgentii* Mythol. lib. I. cap. 2. Adeo parùm inter ſe convenit nugivendulis. Omninò videndus eſt *Auguſtinus* de Conſ. Evang. lib. I. cap. 23. *Idem.*

5 *Ex ſe enim natos*] Vocem penultimam delendam puto: nihil enim habet quod hic agat. *Idem.*

6 *Vinctus autem à Jove*] Nimirum *fingitur.* Vulgò *vinctus eſt autem à Jove:* contrà quàm jubent *Elienſ. Reg. Mod. Lincoln. Victor.* & *Aſcenſ.* Idem.

7 *Quem converſis caſibus appellamus* à juvando *Jovem*] *Reg.* habet *quem partem. Mod.* autem *quem partemque: Lincoln.* denique *quem premque*, linea per primam literam ducta. Forſan, *quem plerumque converſis* &c. nam non modo *Jovem* ſed & *Jupiterem* nonnunquam dicebant. *Tertullianus* Apol. cap. XIV. *Varro trecentos* Joves *ſive* Jupiteres *-- inducebat.* Vide ſis *Agellium* V, 12. *Idem.*

8 *A majoribus autem noſtris* optimus, maximus &c.] Hoc obſervavit *Lactantius* Div. Inſt. I, 10. & Epit. cap. 10. Eleganciſſimè *Plinius* in Paneg.

autem noſtris *optumus maxumus*; & quidem antè optumus, id eſt beneficentiſſimus, quàm maxumus, quia majus eſt certeque gratius, prodeſſe omnibus quàm opes magnas habere. Hunc igitur Ennius, ut ſuprà dixi, nuncupat ita dicens,

[1] *Aſpice hoc ſublime candens, quem invocant omnes Jovem.*

[2] Planiuſque alio loco idem,

[3] *Cui, quod in me eſt, exſecrabor hoc, quod lucet, quicquid eſt.*

[4] Hunc etiam augures noſtri; cùm dicunt, *Jove fulgente, tonante*: dicunt enim, *cælo fulgente, tonante.*

peg. cap. LXXXVIII, 8. *Ille parens hominum Deorumque* OPTIMI *prius, deinde* MAXIMI *nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus conſtat optimum eſſe quam maximum.* Similis ἔννοια plus una vice reperitur apud *Themiſtium.* Vide ſis Orat. I. pag. 8. XI. pag. 146, 147. & XIX. pag. 229. *Davies.*

1 *Adſpice hoc ſublime candens*] Scribe ut ſupra cap. 2. admonuimus eſſe ſcribendum, *adſpice hoc Sublime candens, quem invocant omnes Jovem*, ſi *Ennius* ſcripſit hic verſus Iambeos. Sed ſi Trochaïcos, quod mihi veriſimilius eſt, nihil muto. *Lambinus.*

2 *Planiuſque alio loco idem*] Abſurde prorſus; *Ennius* enim ſuperiore verſu quam ſequente rem dilucidius expreſſit. Leg. *planius* QUAM *alio loco idem*, uti quidem dant *Elienſ.* & *Victor.* Davies.

3 *Cui, quod in me eſt, exſecrabor hoc quod lucet*] *Janus Gulielmius* reponit, QUI, *quod in me eſt, exſecrabor hoc*, QUO *lucet*; & utramque conjecturam probat *G. J. Voſſius* ad Fragm. Tragic. pag. 55. Mihi neutra placet; ex MSStis enim *Reg.* & *Cantab.* ſcripſerim, CUR? *quod in me eſt*; at *quod lucet*, retinendum eſſe, tam ſenſus, quàm optimi libri confirmant. *Idem.*

4 *Hunc etiam augures noſtri, cùm dicunt Jovem fulgentem, tonantem: dicunt enim Jove fulgente, tonante, dicunt in cælo fulgere & tonare*] Veneta lectio mihi & hoc loco probatur, in noſtrâque videtur aliquis neſcio quid architectatus. Sic igitur illi, *Hunc etiam augures noſtri, cum dicunt*, Jove fulgente, tonante; *dicunt enim*, cælo fulgente, tonante. Repetendum autem verbum ſupernè *nuncupat*: convenienter quidem, quemadmodum debet, & συλλήψει, ut ita fiat: *Hunc etiam* nuncupant *augures noſtri.* Verſus autem *Euripidis* ſunt expoſiti à *Luciano* Jove Tragœdo:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ Θεόν.

Camerarius.

5 *Sic*

tonante. Euripides autem ut multa praeclare, [5] ſic hoc [breviter,]

[6] *Vides ſublime fuſum, immoderatum aethera,*
[7] *Qui terram tenero circumjectu amplectitur:*
Hunc ſummum habeto divom: hunc perhibeto Jovem.

[8] Aer autem, ut Stoici diſputant, interjectus in- 26
ter mare & caelum, Junonis nomine conſecratur: quae eſt ſoror & conjux Jovis, [9] quod ei ſimilitudo eſt aetheris & cum eo ſumma conjunctio. [10] Effeminarunt autem eum Junonique tribue-

5 *Sic hoc* breviter] Quomodo *breviter?* inquit Cl. *Boherius*: cum tribus verſibus id efferat *Euripides*, quod Ennius uno dixerat. Quapropter ampliſſimus ille vir legit, *ſic hoc graviter.* Statuerem potius ultimam vocem à Librariis additam fuiſſe: quam propterea cinximus uncinis. *Davies.*

6 *Vides ſublime fuſum* immoderatum *aethera*] Immenſum, ἄπειρον. Sic paullo ante: *Vinctus eſt autem à Jove, nè* immoderatos *curſus haberet.* *Lucretius* lib. I. pag. 125.

Simplice naturâ & pateat tantum
immoderatum.

Arnobius lib. II. pag. 122. *Tempus enim à finibus & extremitatibus noſcitur, quae habere non poteſt ſeries &* IMMODERATA *continuatio ſaeculorum.* Græcos autem *Euripidis* verſus, quos Latinè tranſtulit *Cicero*, præter *Lucianum* Jove Trag. Tom. II. pag. 151. nobis ſervarunt *Stobaeus* Eclog. Phyſ. cap. 3. *Athenagoras* Leg. pro Chriſt. cap. VI. *Heraclides Ponticus* Alleg. Homer. pag. 441. Auctor vitæ *Arati* pag. 275. ed. Petav. nè *Plutarchum* & *Clementem Alexandrinum* memorem. Ex hiſce verò corrigendus eſt *Probus* in *Virgilii* Eclog. VI. pag. 70. apud quem corruptiſſimè leguntur. *Idem.*

7 *Qui tenero terram* circumvectu *amplectitur*] *Circumjectu* habet liber MStus; quod magis placet, confirmantibus Græcis *Euripidis* verſibus, unde tranſlati ſunt Latini, quos hic adducit *Cicero.*

Ὁρᾷς τὸν ὕψου τόνδ᾽ ἄπειρον αἰθέρα
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ᾽ ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ᾽ ἡγοῦ Θεόν.

Urſinus.

8 *Aer autem, ut Stoici diſputant — à juvando credo nominatam*]. *Hanc* ῥῆσιν laudat *Probus* in *Virgilii* Eclog. VI. pag. 70. *Davies.*

9 *Quod ei ſimilitudo*] Vulg. *quod & ſimilitudo*, ſed lectionem, quam recepimus, ex *Probo* dudum aſſeruerat *Hadr. Junius* Anim. lib. IV. c. 20. *Idem.*

10 *Effeminarunt autem eum, Junonique tribuerunt — quòd nihil eſt eo mollius*]

tribuerunt, quòd nihil eſt eo mollius. Sed Junonem à *juvando* credo nominatam. Aqua reſtabat, & terra, ut eſſent ex fabulis tria regna diviſa. [1] Datum eſt igitur Neptuno, altero Jovis, ut volunt, fratri, maritimum omne regnum: nomenque productum, ut Portunus à portu, ſic [2] Neptunus à *nando*, paullum primis literis inmutatis. [3] Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata eſt: qui *Dives*, ut apud Graecos Πλούτων, quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. [4] Is rapuit Proſerpinam

ns] Sic etiam *Heraclides* Ponticus Alleg. Homer. pag. 429. Ἡ δὲ Ἥραν μετ' αὐτὸν (Ἀέρα) θεῖν ἀέρ. μαλακώτερον ... *Julius Firmicus* de Err. prof. Relig. pag. 9. *Junonem* — *Jovis volunt et ſororem conjugem factam. Effeminarunt ſane hoc elementum* (aërem) ... *Num quia aër interjectus eſt inter mare & cælum, effeminatis eum ſacerdotum vocibus proſequuntur?* Ubi ſcriptor ille *Tullii* locum, quem tractamus, manifeſtò reſpexit. *Davies.*

1 *Datum eſt igitur Neptuno, alteri* &c.] Sic legendum, *alteri*, inquam, non, ut vulgo, *alterum*: quod ferri non poteſt. *Lambinus.*

Ibid. Altero *Jovis* — *fratri*] Ita *Med.* ac *Bonon.* 1494. & ſic ex *Pall.* ſuis rectè dedit *Gruterus.* De ea Dativi formâ vide *G. J. Voſſium* Anal. lib. IV. cap. 6. *Davies.*

2 *Neptunus à nando*] *Juſt. Lipſius* Saturn. lib. I. cap. 2. legit, *Neptunus à nubendo*, vel *à nuptu*; & priorem conjecturam, certiſſimam judicat *G. J. Voſſius* in Etym. voce *nupta*. Huic quidem Etymologiæ patrocinantur *Varro* L. L. lib. IV. pag. 26. & *Arnobius* lib. III. pag. 118. Quin & ea veri multò eſt ſimilior. Cum verò quæratur, non quod probabile ſit veriverbium, ſed quid ſcripſerit *Tullius*, inanem eſſe iſtam hariolationem fidentèr aſſevero; nam Cotta lib. III. cap. 24. ita Lucilium ridet: *Quoniam* Neptunum à nando *appellatum putas, nullum erit nomen, quod non poſſis unâ literâ explicare, unde ductum ſit.* Sed huic facetiæ non erat locus, ſi à *nubendo*; unde formatur *nuptus*, deduxiſſet. Præterea, qui noſtrum exſcribit, *Jul. Firmicus* de Err. prof. Relig. pag. 35. ſic loquitur: *A natando Neptunum dici voluerunt.* Igitur ſarta tecta maneat omnium Codicum lectio. *Idem.*

3 *Terrena vis omnis* — *oriantur è terris*] Hæc laudat *Probus* in *Virgilii* Eclog. VI. pag. 70. ubi cum noſtris & *Gruteri* MSStis habet, *qui Dives* (non *Dis*, quemadmodum alii) *ut apud Græcos* Πλούτων. *Firmicus* de Err. prof. Rel. pag. 17. *Dives ruſticus, cui propter divitias* Πλούτων *fuit nomen.* Hanc in rem cuncta ferè veterum loca congeſſit V. C. *Ezech. Spanhemius* in *Ariſtophanis* Plutum vſ. 727. *Idem.*

4 *Is rapuit Proſerpinam*] Habebas anteà

ſerpinam, (quod Graecorum nomen eſt: ea enim
eſt, quae Περσεφόνη Graecè nominatur) quam fru-
gum ſemen eſſe volunt, abſconditamque quaeri à
matre fingunt. Mater autem eſt [5] à gerendis fru-
gibus Ceres, tamquam *Geres*; caſuque prima
litera itidem immutata, ut à Graecis: nam ab
illis quoque Δημήτηρ, quaſi Γημήτηρ, nominata
eſt. Jam [6] qui *magna verteret*, Mavors: [7] Mi-
nerva autem, quae vel *minueret*, vel *minaretur*.
Cumque in omnibus rebus vim haberent maxu- 27
mam prima & extrema, [8] principem in ſacri-
ficando

antea lector hoc in loco, depravatione verborum implicatus. Nunc ex *Maſſai* libro correctione adhibitâ, nemo tam tardus eſt, qui vel curſim legens, ſenſum non percipiat. *P. Manucius.*

Ibid. *Is rapuit Proſerpinam*] *Regius* noſter: *cui Proſerpinam --qua Περσεφόνη Græcè nominatur*, NUPTAM DICUNT. Hæc, ſive Librarii ſint ſive *Ciceronis*, non minùs commodè, quàm *Maſſai* Codex, hiatum ſupplent. At cum *Elienſ.* uterque, cuncti *Pall. Med. Lincoln.* aliique Codices universi, præter *Maſſaanum* & *Regium*, ſimpliciter exhibeant *cui Proſerpinam*, forſan Cicero ſcripſit, *cujus Proſerpina*, ſcilicet uxor eſt. Pari modo dicitur *Hectoris Andromache*, quæque plura ſunt ſimilia. *Dav.*

5 *A* gerendis *frugibus* Ceres] Varias hujus & aliorum numinum Etymologias referre non eſt animus. Adducendus tamen eſt *Jul. Firmici* locus, ut eum obitèr emendem. Is itaque de Err. prof. Relig. pag. 35. ſic loquitur: *Terram ipſam Cererem nominant. Nomen hoc à* SERENDIS *fructibus mutuatum.* Omninò leg. *gerendis*; ipſam enim terram *fructus ferere*, prorſus eſt abſurdum. Videſis *Artemidorum* Oneir. lib. II. c. 44. *Idem.*

6 Qui *magna verteret ---qua vel minueret*] *Elienſ.* & *Reg.* dant, quia *magna verteret* -- quia *vel minueret*; nec diſplicet ea ratio. *Idem.*

7 *Minerva autem, quæ vel* minueret] *Janus Gruterus* legendum conjicit *moneret*. Anſam, ſicut arbitror, ex *Feſto* arripuit, cui *Minerva dicta, quod bene* MONEAT. Harum Etymologiarum utra ſit amplectenda, non diſputo; ſed in *Cicerone* vulgatam lectionem haud eſſe ſollicitandam, pro comperto habeo. Eam enim repetit infra lib. III. cap. 24. nec libri vel hic vel illic variant. Eam confirmat *Julius Firmicus* de Err. prof. Relig. pag. 35. *Minerva ſimiliter bellicum eſt nomen, quaſi aut* MINUAT *aut minetur.* Eam denique certam reddit ipſa res; nam rectè *minuere* dicitur illa, quæ, ut *Tatianus* ait cap. XII. ἀνθρωποκτόνος καὶ πολεμοποιὸς ἐγένετο, cuique

----Σὺν Ἄρηϊ μέλει πολεμήϊα ἔργα,
Περθόμεναί τε πόληες, ἀϋτή τε, πτόλεμοί τε.

Vide virum doctiſſimum *Ez. Spanhemium* ad *Callimachi* Hymn. in Lavacr. Palladis vſ. 43.

8 *Principem in ſacrificando* Janum *eſſe*

ſicando Janum eſſe voluerunt; quod [1] ab *eundo* nomen eſt ductum: ex quo tranſitiones perviae, *Jani*; foreſque in liminibus profanarum aedium, [2] *januae* nominantur. Nam Veſtae nomen [3] à Graecis eſt: ea eſt enim, quae ab illis Ἑστία dicitur: vis autem ejus ad aras & focos pertinet; itaque in ea Dea, quae eſt rerum cuſtos intimarum, [4] omnis & precatio & ſacrificatio extrema eſt. Nec longè abſunt ab hac vi Dî Penates, ſive à *penu* ducto nomine (eſt enim omne, quo veſcuntur homines, penus) ſive ab eo, quòd *penitus*

eſſe voluerunt] *Paullinus* in Anecdot. *Muratorii* Tom. I. pag. 122.

> *Sacra Jani faciunt, &, Juppiter optime, dicunt*
> *Huncque rogant, &* Jane Pater, primo *ordine ponunt.*

Hanc ob cauſſam *Janus* dictus eſt *initiator* apud *Auguſtinum* C. D. lib. IV. cap. XI. Hæc adde teſtimoniis quæ congeſſit *Barn. Briſſonius* Form. lib. I. pagg. 45, 46. *Davies.*

1 *Ab* eundo *nomen eſt ductum; ex quo tranſitiones perviæ*, Jani] Ad hunc locum reſpicit, & hanc *Jani* ſimul Etymologiam ridet *Cornificius* apud *Macrobium* Saturn. lib. I. cap. 9. *Cicero*, inquit, *non* Janum ſed Eanum *nominat ab eundo*. Adi ſis & *Servium* ad Æn. VII, 610. De *Janis* autem vide quæ collegit *Iſ. Caſaubonus* ad *Suetonii* Auguſtum cap, XXXI. *Idem.*

2 Januæ *nuncupantur*] Sic etiam *Servius* ad Æn. I, 453. Alii verò *Janum* à *janua* dictum ſtatuunt. *Ovidium* Faſt. I, 125. in hac ſententia fuiſſe monuit *G. J. Voſſius* in Etymologico. Adde *Tertullianum* de Corona cap. 13. & *Iſidorum* Orig. lib. VIII. cap. XI. *Idem.*

3 *A Græcis eſt*] Sic MS. Reg. & ita olim ediderat *Lambinus*. Vulgò deeſt vox ultima. *Idem.*

4 *Omnis & precatio & ſacrificatio extrema eſt*] In *Elienſ. Med.* & *Bonon.* 1494. legitur *externa*. Perperam. *Cornutus* de N. D. cap. XXVIII. Ταῖς θυσίαις οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῆς πρώτης τε αὐτῆς (Ἑστίας) ἤρχοντο, καὶ εἰς ΕΣΧΑΤΗΝ αὐτὴν κατέπαυον. *Homerus* etiam Hymn. XXVIII, 4. Veſtam ſic adloquitur

> --Οὐ γὰρ ἄτερ σοῦ
> Εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν' οὐ πρώτῃ
> ΠΥΜΑΤΗι τε
> Ἱστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον.

Lego

> Εἰλαπίναι θνητοῖς, ἵνα σοὶ πρώτῃ
> πυμάτῃ τε,
> Ἱστίῃ, ἀρχόμενος &c.

In ea tamen ſacrificia deſiiſſe perpauci teſtantur; at ab hac Dea factum fuiſſe ſacrificandi principium, bene multi. *Ovidius* Faſt. VI, 303.

> --*Inde precando*
> *Adfamur Veſtam, quæ loca prima tenet.*

Hinc Falernus apud *Silium* Italicum VII, 184.

> --*Primum Veſta decerpſit honorem.*

Vide *Heſychium* in ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενος,

penitus inſident: [5] ex quo etiam penetrales à poetis vocantur. Jam Apollinis nomen eſt Graecum; quem ſolem eſſe volunt: Dianam autem & Lunam, eandem eſſe putant: cùm ſol dictus ſit, vel quia *ſolus* ex omnibus ſideribus eſt tantus, vel quia, cùm eſt exortus, [6] obſcuratis omnibus *ſolus* apparet; Luna à *lucendo* nominata ſit: eadem eſt enim Lucina. Itaque, ut apud Graecos [7] Dianam eamque Luciferam, ſic apud noſtros [8] Junonem Lucinam in pariendo invocant.

μένας, *Zenobium* Adag. Cent. I, 46. & Scholiaſten in *Ariſtophanis* Veſpas vſ. 842. *Idem.*

5 *Ex quo etiam* PENETRALES *à Poëtis dicuntur*] Vetuſtiores igitur Poëtas imitatus eſt *Catullus* ad Manlium Carm. LXIX.

Ad quam tum properans ferventior undique pubes
Graca, penetrales *deſeruêre Deos.*

Seneca Oedip. vſ. 265.

Per regna juro, quaque nunc hoſpes gero,
Et qua reliqui; perque penetrales *Deos.*

Iterum Phoeniſſ. vſ. 340.

Ferte arma, facibus petite penetrales *Deos.*

Sic etiam teſte *Pighio*, non *penates*, ſed *penetrales Deos* exhibent MSSti Codices apud *Valerium Maximum* lib. I. cap. VIII, 7. Similiter *penetrales Germania Deos* dixit *Tacitus* Annal. lib. II. cap. 10. *Idem.*

6 *Obſcuratis omnibus*, ſolus *appareret*] Ad hunc locum reſpicit *Lactantius* Div. Inſtit. lib. II. cap. IX, 12. Scriptor de Computo §. 142. apud *Muratorium* Anecd. Tom. II. p. 192. Sol *appellatus eò quod* ſolus *appareat, obſcuratis fulgore ſuo cunctis ſideribus.*

Quin & Ἀπόλλων, μυστικῶς κατὰ στέρησιν τῶν πολλῶν νοούμενος, ὁ εἷς ἐστὶ Θεός. ut ait *Clemens* Strom. lib. I. pag. 152. Idem etiam Etymon, notante *Sylburgio*, tradit *Plutarchus*. *Heſychius*: Ἀπόλλων --- ἐτυμολογεῖται ὁ μὴ μετὰ πολλῶν συναριθμούμενος. Aliae verò aliis placuêrunt Etymologiae. *Idem.*

7 *Dianam, eamque Luciferam*] Apud *Probum* in *Virgilii* Eclog. VI. p. 74. male legitur *eandemque Luciferam*; Graecis enim φωσφόρος: Epitheton eſt Dianae. Vide ſis *Ezechi. Spanhemium* ad *Callimachi* Hymn. in Dian. vſ. XI. *Valerius Flaccus* Argon. lib. VII, 179.

Tu face LUCIFERAE *citus ad delubra Diana*
Devenias.

Ita veteres etiam nummi. Adi *Nic. Heinſium*, in *Ovidianam* Epiſt. Acontii Cydippae vſ. 192. *Idem.*

8 *Junonem* Lucinam *in pariendo invocant*] *Lucinam* praetermittit *Probus* in Eclog. VI. p. 74. quod meritò factum judicat *Hadr. Junius* Anim. lib. IV. cap. 20. Non accedo; licet *Arnobius* lib. III. pag. 143. aiat, *Puerperiis* Juno *prapoſita eſt*; nam fere *Junonis Lucina*, non ſimpliciter *Junonis*, opem implorabant mulieres partui

invocant. Quae eadem [1] Diana omnivaga dicitur, [2] non à *venando*, ſed quòd in ſeptem numeratur tamquam *vagantibus*. Diana dicta, quia noctu quaſi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quòd ii matureſcunt [3] aut ſeptem nonnumquam, aut, ut plerumque, novem lunae curſibus: qui, quia menſa ſpatia conficiunt, *menſes* nominantur. [4] Concinneque, ut multa, Timaeus: qui cùm in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianae Epheſiae templum deflagraviſſe; adjunxit, minimè id eſſe mirandum,

paſſus vicinae. *Catullus* Carm. XXXV.

Tu Lucina dolentibus
Juno dicta puerperis,

Varro L. L. lib. IV. pag. 19. *Falla igitur* à juvando & Luce Juno Lucina: *à qua parientes eam invocant*. *Plautus* Aulul. Act. IV. Sc. VII, 11. *Juno Lucina, tuam fidem*. Notum eſt illud *Terentianum*: JUNO LUCINA, *fer opem*. Vide ſis Andriae Act. III. Sc. I, 15. & Adelph. Act. III. Sc. IV, 41. Etiam LUCINAM, nulla JUNONIS facta mentione, parturientes invocabant. Loca bene multa hanc in rem congeſſit *Barn. Briſſonius* Form. lib. I. pag. 59. *Davies*.

1 *Diana* annivaga *dicitur*] Sic reſtituit *Adr. Junius* ex *Probo*. Idem legit paullò ante, *apud nos*, ubi vulgò *apud noſtros*. Paullò poſt ubi vulgò legitur, *ſed quod in ſeptem numeratur tamquam vagantibus*; ille vult legi, *in ſeptem vagatur tanquam venantibus*. Ego nihil muto. *Lambinus*.

Ibid. *Diana* omnivaga] Sic omnes MSSti. Sed vulgò legitur *annivaga*; quam ſcripturam ex *Probo* primus laudavit *Hadr. Junius* Anim. IV. 20. eamque receperunt *Lambinus*, *Gruterus*, alii. Sed cùm mihi lateret, cur Grammatici illius auctoritatem cunctis *Tullii* membranis praetulerint, à Codicibus manu exaratis ſtandum putavi; praeſertim quod ANNIVAGA, cui ſit Etymo fidendum, planius faceret, quàm ut ullus dubitationi reliquus eſſet locus. *Davies*.

2 *Non à* venando, *ſed quod in ſeptem numeratur tanquam* vagantibus] *Probus* pag. 74. legit, *non à venando, ſed quod in ſeptem* VAGATUR *tanquam* VENANTIBUS. Eruditus hujuſce Grammatici Patronus *Hadr. Junius* eam amplectitur lectionem, & Anim. lib. IV. c. 20. ſic interpretatur: *quod inter ſeptem inerrantes* (debuit *errantes*) *ſtellas vagâ celeritate curſus velut venationi operam dare videatur*. Parum videt, qui non ſtatim perſpicit, quam dura prorſus haec ſint & coacta. Recte Codices vulgati. Dicit noſter TANQUAM VAGANTES, quia Planetae revera non errant, ſed fixos ratoſque curſus habent. Vide ſupra cap. XX. *Plinium* H. N. lib. II, cap. 6. & *Apuleium* de Dogm. Plat. lib. I. pag. 289. Ex vulgari tamen ſententia neſcio quam φλυαρίαν extrudit *Theophilus* ad Autol. lib. II. pag.

mirandum, quòd Diana, cùm in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo. Quae autem dea ad res omnes *veniret*, Venerem noſtri nominaverunt, atque ex ea potiùs venuſtas, quàm Venus ex venuſtate. Videtiſne igitur, ut 28
à phyſicis rebus, bene atque utiliter inventis, [5] tracta ratio ſit ad commenticios & fictos Deos? Quae res genuit falſas opiniones, erroreſque turbulentos, & ſuperſtitiones paenè aniles: & formae enim nobis Deorum, & aetates, & veſtitus, ornatuſque noti ſunt: genera praeterea, con-

pag. 109. ed. Oxon. Jure verò miremur, ſi quis tam fuerit ineptus, ut à VENANDO deduxerit OMNIVAGAM. Id autem non ait *Tullius*; monet duntaxat Dianam, *omnivagam* nominari, non ob perpetuos *venationis* errores, ſed propter locum, quem in ſtellis tenet erraticis. Haud igitur eſt, cur cum *Elienſ.* legamus, *non à vagando*, contra reliquorum librorum fidem. *Idem.*

3 *Aut ſeptem nonnunquam, aut, ut plerumque, novem Luna curſibus*] Vulg. omiſſa vocula, legunt; *aut plerumque novem Luna curſibus*. Scripturam à nobis datam repræſentant *Elienſ. Med. Lincoln. Bonon.* 1494. & *Victor.* MS. verò *Reg.* habet, *aut novem, ut plerumque, Luna curſibus.* Hanc in rem teſtimonia veterum collegit *Henr. Lindenbrogius* ad *Cenſorini* de die Nat. cap. VII. *Idem.*

4 *Concinneque, ut multa Timæus &c.*] Hoc dictum *Hegeſiæ* Magneſio tribuit, ac aliud plane de eo judicium fert *Plutarchus*. Hæc ejus verba ſunt in Alexandro Tom. I. pag. 665. Ἐγεννήθη δ' οὖν ὁ Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος [illegible] ἕκτῃ, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς· ᾧ Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον· εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεών, τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν. A ſententia *Ciceronis* invitiſſimus diſcedo; jubet tamen τὸ φιλάληθες, ut mihi ſaniorem videri philoſophi Chæronenſis κρίσιν hic profitear. Idem etiam ſtatuit *Bohurſius*, non inelegantis ingenii vir, de modo recte cogitandi Dial. I. pag. 50. ac multò ante doctiſſimus *Turnebus* Adverſ. lib. XXVII. cap. 4. Facetiarum nimius amor, quem in *Tullio* notarunt veteres, eum egit tranſverſum. *Idem.*

5 *Tracta ratio ſit*] Monet *Gulielmius* apud *Lactantium* ſcribi *trahat ratio*. Quibus editionibus uſus ſit vir ille doctus, neſcio; nam quæ mihi ſunt ad manus, lib. I. Div. Inſt. cap. 17. vulgatam ſervant lectionem; quod facit etiam *Auguſtinus* de Civ. Dei lib. IV. cap. 30. niſi quod, ordine verborum mutato, det *ratio ſit tracta*; nec aliter ex eo locum refert *Agobardus* de Imag. cap. 24. *Idem.*

6 *Conju-*

[1] conjugia, cognationes, omniaque traducta ad ſimilitudinem inbecillitatis humanae: nam & perturbatis animis inducuntur; accipimus enim Deorum cupiditates, aegritudines, iracundias: nec verò, ut fabulae ferunt, [2] Dî bellis proeliiſque caruerunt: nec ſolùm, ut apud Homerum, cùm [3] duo exercitus contrarios alii Dî ex alia parte defenderent, ſed etiam ut cum Titanis, ut cum Gigantibus, ſua propria bella geſſerunt. Haec & dicuntur & creduntur ſtultiſſimè, [4] & plena ſunt futilitatis ſummaeque levitatis. Sed tamen, his fabulis ſpretis ac repudiatis, Deus pertinens per naturam cujuſque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia, poterunt intelligi: [5] qui qualeſque ſint, quoque eos nomine conſuetudo nuncupaverit, [6] hos Deos & venerari & colere debemus. Cultus autem Deorum, eſt optumus, idemque caſtiſſimus atque ſanctiſſimus

1 *Conjugia, cognationes, omniaque traducta*] *Lactantii* Codices lib. I. cap. 17. repræſentant, *conjugia, cognationes* OMNES, *omniaque traducta*. Sed adſciticia vox illa prorſus eſt delenda, ſicut fidem faciunt tam cuncta *Ciceronis* exemplaria, quam *Auguſtinus* C. D. lib. IV. cap. 30. ubi totam hanc ῥῆσιν laudat. Sic & *Agobardus* de Imag. cap. 24. *Davies*.

2 Dii *bellis*] Primam vocem non agnoſcunt *Elienſ.* uterque, *Reg. Med. Lincoln. Victor. Aſcenſ.* Et ſane Gloſſema videretur, niſi eam repræſentarent *Auguſtinus* & *Agobardus*. Idem.

3 *Duos exercitus contrarios*] Trojanorum & Græcorum; nam MS. *Elienſ.* perperam dat *exercitus Graios*. Reſpicit noſter ad *Homeri* Iliad. Υ. 67. ubi

---Ἔναντα Ποσειδάωνος ἄνακτος
Ἵστατ' Ἀπόλλων Φοῖβος ἔχων ἰὰ πτερόεντα·
Ἄντα δ' Ἐνυαλίοιο θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
Ἥρῃ δ' ἀντέστη χρυσηλάκατος κελαδεινὴ,
Ἄρτεμις ἰοχέαιρα &c.

Qui locus cum ſapientium Ethnicorum, non minus quam Chriſtianorum, cenſuris fuerit vexatus, Allegoricas neſcio quas nugas excogitavit, inter alios, *Heraclides Ponticus* pag. 477, ſeqq. *Idem*.

4 *Et plena ſunt* futilitatis, *ſummaque levitatis*] *Vanitatis* habet liber MStus, pro *futilitatis*. *Urſinus*.

Ibid.

ſanctiſſimus pleniſſimuſque pietatis, ut eos ſemper
pura, integra, incorrupta & mente & voce ve-
neremur: non enim philoſophi ſolùm, verum
etiam majores noſtri ſuperſtitionem à religione
ſeparaverunt. Nam qui totos dies precabantur,
& inmolabant, [7] ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent,
ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen patuit
poſtea latiùs. Qui autem omnia, quae ad cul-
tum Deorum pertinerent, diligenter retractarent
& tamquam relegerent, ſunt dicti religioſi ex
relegendo, [8] ut elegantes ex eligendo, & tam-
quam à diligendo diligentes, ex intelligendo in-
telligentes: his enim in verbis omnibus ineſt vis
legendi eadem, quae in religioſo. Ita factum
eſt in ſuperſtitioſo & religioſo alterum vitii no-
men, alterum laudis. Ac mihi videor ſatis, & eſſe
Deos, & quales eſſent, oſtendiſſe. Proxumum 29
eſt, ut doceam, Deorum providentia mundum
admi-

Ibid. *Plena ſunt* futilitatis] Non modo MStus *Vrſini*, ſed & *Auguſtinus* C. D. lib. IV. cap. 30. legit, *plena ſunt* VANITATIS; quæ quidem lectio, ut mihi videtur, eſt amplectenda; cum *Pater* Hipponenſis haud memoriæ vitio locum ſic laudârit, ſed in ſuis ita ſcriptum repererit Codicibus, qui hodiernis libris omnibus longe præſtabant. Vide & *Agobardum* de Imag. cap. XXIV. *Davies.*

5 *Qui qualeſque* ſunt] *Lambinus* SINT: à vetere autem libro id verbum abeſt. *Vrſinus.*

6 Hos *Deos & venerari & colere debemus*] Vulgò *quos Deos.* At lectionem, quam recepimus, præſtant *Reg. Med. Lincoln. Bonon.* 1494. & *Aſcenſ.* eáque Cl. *Boherio* jure placuit. *Dav.*

7 *Vt ſibi ſui liberi*] Hunc ordinem ſervant *Elienſ. Reg. Med. Lincoln, Bonon.* 1494. *Aſcenſ.* & *Victor.* cum quibus faciunt *Auguſtinus* C. D. lib. IV. cap. 30. & *Nonius* voce *ſuperſtitionis* cap. 5. Vulgo tamen *ſui ſibi liberi*, nec aliter *Lactantius* Div. Inſtit. lib. IV. cap. 28. ubi totum hunc locum citat, ac citatum refellit. Legendum tamen ut edidimus, nam SUI SIBI LIBERI nihil aliud ſunt quam ſui liberi; ſed altera verborum τάξις vim SIBI peculiarem tribuit. *Idem.*

8 *Vt elegantes ex eligendo*, tamquam à *diligendo diligentes*] Legerim *ut elegantes ex eligendo*, ex *diligendo diligentes*: & ita fere Cl. *Walkerus.* Certe vox *tanquam* prorſus eſt ſuperflua, licet eam agnoſcant MSSti. *Idem.*

adminiſtrari. [1] Magnus ſanè locus eſt & à veſtris, Cotta, vexatus: ac nimirum vobiſcum omne certamen eſt. Nam vobis, Vellei, minùs notum eſt, quemadmodum quidque dicatur. Veſtra enim ſolum legitis, veſtra amatis: ceteros cauſſa incognita condemnatis. Velut à te ipſo, heſterno die, dictum eſt, [2] anum fatidicam πρόνοιαν à Stoicis induci. Quod eo errore dixiſti, quia exiſtumas ab his providentiam fingi quaſi quandam deam ſingularem, quae mundum omnem gubernet & regat: ſed id praeciſè dicitur. Ut, ſi quis dicat, Athenienſium rempublicam conſilio regi, [3] deſit illud, Ariopagi: ſic, cùm dicimus providentia mundum adminiſtrari, deeſſe arbitrator, Deorum. Plenè autem & perfectè ſic dici exiſtumato, providentia Deorum mundum adminiſtrari. Ita ſalem iſtum, quo caret veſtra

1 *Magnus ſane locus* eſt] Ultimam vocem praetermittunt vulgati; ſed cum eam repraeſentent *Victor.* noſtrique MSSti, nulla fuit cauſſa, cur non adderetur. *Davies.*

2 *Anum fatidicam* Πρόνοιαν *induci, id eſt, providentiam*] Haec tria poſtrema verba, *id eſt providentiam*, non ſunt in vetere libro: olent autem ſine dubio Gloſſema ab imperitis Librariis in ſeriem receptum. Quod autem ſequitur *velut heſterno die*, vel *Ciceronis* μνημονικὸν ἁμάρτημα, vel Librarii lapſum eſſe credendum eſt: non enim *heſterno die* Velleii diſputatio cum Cotta inſtituta fingitur, ſed eodem; atque in ipſo ſecundi libri initio ita contexitur dialogus, ut nullus dies interceſſerit inter Epicureorum & Stoicorum confutationem. Idem error eſt in illis lib. III. *Quae à te nudius tertius dicta ſunt: cùm docere velles Deos eſſe.* Sunt autem verba Cottae ad Balbum, quae non *nudius tertius*, ſed eodem die finguntur eſſe dicta. Credi poteſt, *Ciceronem* in animo habuiſſe tribus libris trium dierum diſputationem referre voluiſſe: mox id mutaſſe, relictis prioris cogitationis veſtigiis. *Urſinus.*

Ibid. *Πρόνοιαν à Stoicis induci*] In vulgaris ſequitur, *id eſt, providentiam.* Sed cùm hae voces in *Urſini* vetere libro non viſerentur, eas delendas cenſui; nam Gloſſema ſunt manifeſtarium; nec opus erat, ut *πρόνοια* Latinè redderetur, quam ſupra plus ſemel interpretatus eſt *Cicero.* Vide lib. I. cap. 8. & lib. II. c. 22. *Davies.*

3 *Deſit illud*, Ariopagi] *Ariopagus* pro Ariopagitis hic poni videtur. Sic lib.

veſtra natio, in inridendis nobis nolitote conſumere: & me hercule, ſi me audiatis, ne experiamini quidem. Non decet: non datum eſt: non poteſtis. [4] Nec verò hoc in te uno convenit, moribus domeſticis, ac noſtrorum hominum urbanitate limato: ſed cùm in reliquos veſtros, tum in eum maxumè, qui iſta peperit, hominem ſine arte, ſine literis, inſultantem in omnes, ſine acumine ullo, ſine auctoritate, ſine lepore. Dico igitur providentia 30
Deorum mundum, & omnes mundi partes, & initio conſtitutas eſſe, & omni tempore adminiſtrari: eamque diſputationem tres in partes noſtri ferè dividunt. Quarum prima pars eſt, quae ducitur ab ea ratione, quae docet eſſe Deos: quo conceſſo, confitendum eſt, eorum conſilio mundum adminiſtrari. Secunda eſt autem, quae docet, omnes res ſubjectas eſſe naturae ſentienti, ab eaque omnia pulcherrimè

lib. I. ad Attic. Epiſt. 14. *Senatus*, Ἄρειος πάγος. *Nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.* *Alciphron* lib. III. Epiſt. 72. Εἰς αὐτὸν ὁ Ἄρειος πάγος ἀποβλέπουσιν. *Juſtinus* Martyr Cohort. ad Græcos cap. XXII. Ὁ Πλάτων ---τοῦ μὲν ὀνόματος Μωϋσέως, διὰ τὸ ἕνα καὶ μόνον διδάσκειν Θεὸν, μνημονεῦσαι παρ' Ἀθηναίοις ἐκ ἀσφαλὲς ἡγεῖτο δεδιὼς τὸν ἌΡΕΙΟΝ ΠΑΓΟΝ. Ibi nuperus interpres *Oxonienſis* Ἄρειον πάγον interpretatur *Martis vicum*; ſic & *Aldus Manucius* ad hunc, & *Seb. Corradus* ad alterum *Ciceronis* locum, quem laudavimus. At πάγος non *vicum*, ſed *collem* denotat. Res vulgatiſſima. Vide modo *Suidam* in Ἄρειος πάγος. Davies.

4 *Nec vero hoc in te* UNO *convenit ----noſtrorum hominum urbanitate* limato] Licet hæc *conſtructio* viris doctis adeò non placuerit ut *in te* UNUM --*urbanitate* LIMATUM repoſuerint, primus tamen *Leſcaloperius* ipſam ſententiam gravi vitio laborare perſpexit: idemque non male repoſuit, *nec hoc in te convenit--noſtrorum hominum urbanitate limatum.* Certe fieri non poteſt ut hoc quod vult noſter in *Velleium* omninò conveniat, cùm fuerit Romanorum *urbanitate limatus.* An *urbanus* eſſe poteſt, qui ſalibus caret? Si neſcis, adi *Quinctilianum* Inſtit. Orat. lib. IV. cap. 3. Quin & ab horum interlocutorum cultu & elegantia tales abhorrent contumeliæ. Cum tamen Codices vulgatam lectionem ſervent, minima mutatione legerim, *nec vero hoc in te* UNA *convenit--noſtrorum hominum urbanitate* limatum. Ita *Tullius* Velleium ab ea ſtupiditate, quam reliquis impegit Epicureis, immunem præſtabit. *Idem.*

rimè geri: quo conſtituto, ſequitur ab animantibus principiis [1] eam eſſe generatam. Tertius eſt locus, qui ducitur ex admiratione rerum caeleſtium atque terreſtrium. Primùm igitur aut negandum eſt eſſe Deos, [2] quod & Democritus ſimulacra, & Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat: aut, qui Deos eſſe concedant, his fatendum eſt, eos aliquid agere, idque praeclarum: nihil eſt autem praeclarius mundi adminiſtratione: Deorum igitur conſilio adminiſtratur. Quod ſi aliter eſt, aliquid profectò ſit neceſſe eſt melius, & [3] majore vi praeditum, quàm Deus, quale id cumque eſt, ſive inanima natura, ſive neceſſitas vi magna incitata, haec pulcherrima opera efficiens, quae videmus. Non eſt igitur natura Deorum praepotens neque excellens, ſiquidem ea ſubjecta eſt ei vel neceſſitati, vel naturae, quâ caelum, maria, [4] terrae regantur. [5] Nihil eſt autem praeſtantius Deo: ab eo igitur

1 Eam *eſſe* generatam] Legendum *ea*, ſcilicet omnia, *eſſe generata*, quod rectè ſtatuit Cl. *Boberius*. Certè pronomen ad *naturam ſentientem* referri non poteſt. *Davies.*

2 *Quod & Democritus ſimulacra, & Epicurus imagines inducens*] Nomen *Epicurus* non legitur in MSto, & certè videtur abundare. *Urſinus.*

Ibid. *Quod & Democritus ſimulacra, &* Epicurus *imagines inducens, quodam pacto negat*] *Epicuri* nomen retinent omnes noſtri; nec erat, cur id abundare cenſeret *Urſinus*; cùm præcipue noſter adverſus Epicureos diſputet, qui dubio procul *imagines inducebant*. Vide *Auguſtinum* Epiſt. CXVIII. n. 28. & nos ad lib. I. c. 18. Licet autem *Clemens Alexandrinus* Protrept. pag. 20. pro Atheo habeat Epicurum, de Democrito ſic loquitur Strom. lib. V. pag. 252. Δημόκριτος δὲ, κἂν μὴ θέλῃ, ὁμολογήσει (τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν) διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν δογμάτων· τὰ γὰρ αὐτὰ πεποίηκεν εἴδωλα τοῖς ἀνθρώποις προσπίπτοντα καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἀπὸ τῆς θείας οὐσίας. Verior nihilominus eſt *Ciceronis* ſententia; nam uterque Deum re ſuſtulit. Vide doctiſſimi viri *Rad. Cudworthi* Syſtem. Intell. cap. II. *Davies.*

3 *Majore vi praditum, quam* Deus] Vulgo *Deos*, nec aliter MSSti. Cùm tamen ea lectio ſoloecam reddat orationem, nos, non minus ac *Lambinus*, huic vitio medendum cenſuimus. *Idem.*

4 Terra

igitur mundum neceſſe eſt regi. Nulli igitur eſt naturae obediens aut ſubjectus Deus: omnem ergo regit ipſe naturam. Etenim ſi concedimus, intelligentes eſſe Deos, concedimus etiam providentes, & rerum quidem maxumarum. Ergo utrum ignorant, quae res maxumae ſint, quoque hae modo tractandae & tuendae; an vim non habent, qua tantas res ſuſtineant & gerant? At & ignoratio rerum, aliena naturae Deorum eſt; & ſuſtinendi muneris propter inbecillitatem difficultas, minimè cadit in majeſtatem Deorum. Ex quo efficitur id quod volumus, Deorum providentia mundum adminiſtrari.
Atqui neceſſe eſt, cùm ſint Dî, ([6] ſi modò ſint, 31
ut profectò ſunt) animantes eſſe, nec ſolùm animantes, ſed etiam rationis compotes, inter ſeque quaſi civili conciliatione & ſocietate conjunctos, unum mundum ut communem rempublicam atque urbem aliquam regentes. Sequitur

4 *Terra regantur*] Sic neceſſariò legendum, etiamſi Codices MSSti reclament: nunc cùm omnes ad unum hanc lectionem comprobent, non eſt dubium, quin lectio vulgata, *terraque regantur*, ſit ejicienda, quia ſententia deſinat in clauſulam verſus heroïci; quod in oratione ſolutâ eſſe vitioſum docet ipſe *Cicero* in perfecto Orat. *Lambinus*.

Ibid. *Terra regantur*] Sic ante *Lambinum* edidit *Victorius*. Pervicaci tamen ingenio *Gruteri* placuit, *terraque regantur*. At cum particulam copulantem reſpuat *Elienſ.* noſter, ut & alii nonnulli MSSti, eam delere non ſum veritus. *Davies*.

5 *Nihil autem eſt praſtantius -- regit ipſe naturam*] Hæc *Tullii* verba citant *Lactantius* Div. Inſtit. lib. I. cap. v. §. 24. & *Salvianus* de Gubern. lib. I. pag. 4. quod non animadvertêrunt hujuſce *Patris* editores. *Idem*.

6 *Si modo ſint, ut profecto ſunt*] Novi virum eruditum, cui abundare videntur hæc verba. Mihi non eadem ſtat animo ſententia. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. I. cap. 3. *Deus verò, ſi perfectus eſt*, (nam perfectus eſt, ut eſſe debet) *non poteſt eſſe niſi unus*. *Theodoretus* Serm. IX. de Provid. pag. 205. ed. Rom. Εἰ δὲ δίκαιος (ὥσπερ οὖν καὶ δίκαιος) ὁ τῶν ὅλων ἔφορος, καὶ ὁρᾷ τὰ γιγνόμενα, καὶ κρίνει δικαίως. Apud hoſce Scriptores incluſæ Parentheſibus voces eodem jure poſſent deleri. *Idem*.

quitur, ut eadem ſit in his, quae humano in genere, ratio, [1] eadem veritas utrobique ſit, eademque lex, quae eſt recti praeceptio pravique depulſio. Ex quo intelligitur, prudentiam quoque & mentem à Dîs ad homines perveniſſe: ob eamque cauſſam majorum inſtitutis mens, fides, virtus, concordia, conſecratae & publicè dedicatae ſunt. Quae quî convenit penes Deos eſſe negare, cùm eorum auguſta & ſancta ſimulacra veneremur? Quòd ſi ineſt in hominum genere mens, fides, virtus, concordia; [2] unde haec in terram, niſi à ſuperis, defluere potuerunt? cumque ſint in nobis conſilium, ratio, prudentia; neceſſe eſt Deos haec ipſa habere majora, nec habere ſolùm, ſed etiam his uti in maxumis & optumis rebus. [3] Nihil autem eſt nec majus nec melius mundo: neceſſe eſt ergo eum Deorum conſilio & providentia adminiſtrari. Poſtremò cùm ſatis docuerimus, hos eſſe Deos, quorum inſignem vim & inluſtrem faciem videremus,

1 *Eadem* veritas *utrobique ſit*] In MSto *Elienſ.* legitur *eadem* VIRTUS *hac ubique ſit*. Unde ſcribendum videtur, *eadem* VIRTUS *utrobique ſit*. Hinc *mentem*, *fidem*, VIRTUTEM *&* *concordiam* ſtatim memorat noſter. Sed nec vulgatam lectionem omninò damnarim; nam Stoici dixerunt εἶναι τὴν αὐτὴν ΑΡΕΤΗΝ καὶ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ἀνδρὸς καὶ θεοῦ, ut ait *Themiſtius* Orat. II. pag. 27. *Davies.*

2 *Unde hac in* terram--*cumque* ſint *in nobis*] Vulgò *terras* -- *cumque* SIT *in nobis*. Sed omnes Codd. eam, quam ſecutus ſum, confirmant ſcripturam; nec, ſine neceſſitate, MSStorum fidem ſpernendam eſſe cenſuimus. *Idem.*

3 *Nihil autem eſt* NEC *majus* NEC *melius mundo*] MS. *Reg.* habet VEL *majus*, VEL *melius*. Deſerenda tamen non eſt vulgata lectio; hunc enim Ἑλληνισμὸν paſſim imitantur Latini. Vide *G. J. Voſſium* de Conſtr. cap. LXI. *Idem.*

4 *Divina mente atque* prudentia] Sic *Elienſ. Med. Aſcenſ.* & *Victor.* eoſque Codices, cum ſint optimi, ſum ſecutus. Vulgò *providentia*, quod eodem redit; nam vel hoc vel illo modo πρόνοιαν licet vertere. Vide ſupra cap. 22. Quod autem ex *Favorino*

deremus, ſolem dico & lunam & vagas ſtellas & inerrantes & caelum & mundum ipſum & earum rerum vim, quae ineſſent in omni mundo cum magno uſu & commoditate generis humani; efficitur, omnia regi [4] divina mente atque prudentia. Ac de prima quidem parte ſatis dictum eſt. Sequitur, ut doceam, omnia ſub- 32
jecta eſſe naturae, eaque [5] ab ea pulcherrimè geri. Sed quid ſit ipſa natura, explicandum eſt antè breviter, [6] quo faciliùs id, quod docere volimus, intelligi poſſit. Namque alii *naturam* cenſent eſſe vim quandam ſine ratione, cientem motus in corporibus neceſſarios: alii autem, vim participem rationis, atque ordinis; tanquam via progredientem, declarantemque quid cujuſque rei cauſſa efficiat, quid ſequatur; cujus ſollertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex conſequi poſſit imitando: ſeminis enim vim eſſe tantam, ut id, quamquam ſit perexiguum, tamen ſi inciderit in concipientem comprehendentemque

rino refert *Laertius* lib. III. §. 24. *Platonem* primum Θεοῦ πρόνοιαν ὀνομάσαι, id vero congruum non videtur. *Euripides* Oreſt. vſ. 1179.

Θεοῦ λέγεις πρόνοιαν —

Et Phœniſſ. vſ. 640.

Ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον.

At *Euripides*, *Platone* XXIII. annum agente, fatis conceſſit. *Idem.*

5 *Ab eâ pulcherrimè* GERI] Vulgò *regi*; quæ vox ipſa per ſe ſatis eſt commoda; ſed, præterquam quod alterâ ratione locutus eſt c. 30. ubi diſputationis hujuſce lemmata propoſuit, à lectione nobis receptâ ſtant *Elienſ. Reg. Med. Lincoln.* aliique MSSti. *Idem.*

6 *Quo facilius id, quod docere velumus*] Quidam libri veteres habent VOLIMUS: unde ſuſpicari quis poſſit ſcriptum eſſe à *Cicerone* VELIMUS: quamquam *volimus* non eſt rejiciendum, cùm veteres dixiſſe VOLIM pro VELIM conſtet. Hâc re tantùm me ſuboffendit, quod ſcenam olet. *Lambinus.*

Ibid. Diſertè tamen *Priſcianus* lib. IX. col. 848. Volim *pro* velim *proferebant antiqui.* Cicero *in* II. *de Natura Deorum.* Quo facilius id, quod docere *volimus*, intelligi poſſit. Eam igitur rationem non rejeci. *Dav.*

temque naturam, nactumque ſit materiam qua ali augerique poſſit, ita fingat & efficiat in ſuo quidque genere; partim ut tantummodò per ſtirpes alantur ſuas, partim ut moveri etiam & ſentire & appetere poſſint & ex ſeſe ſimilia ſui gignere. Sunt autem, qui omnia naturae nomine appellent, ut Epicurus; qui ita dividit, [1] omnium, quae ſint, naturam, eſſe corpora & inane quaeque his accidant. Sed nos cùm dicimus natura conſtare adminiſtrarique mundum, non ita dicimus, ut glebam aut fragmentum lapidis aut aliquid ejuſmodi, [2] nulla cohaerendi natura, ſed ut arborem, ut animal, in quibus nulla

1 *Omnium, quæ ſint, naturam, eſſe corpora & inane*] *Elienſ.* Codex, *omnium, quæ ſunt in naturâ, eſſe corpora & inane. Reg.* autem, *omnia, in quæ ſint, naturam* &c. unde forſan nonnulli ſcribendum conjicerent, *omnia, quæ ſunt in natura, eſſe corpora & inane.* Sed retinenda prorſus eſt vulgata lectio; nam *Sextus Empiricus* adv. Mathem. lib. VIII. pag. 363. ſic inſit. Ὁ δὲ Ἐπίκουρος ἀδιαφόρως τήν τε τῶν σωμάτων καὶ τὴν τοῦ κενοῦ φύσιν ὍΛΟΝ τὸ καὶ ΠΑ͂Ν προσαγορεύειν εἴωθεν· ὁτὲ μὲν γάρ φησιν ὅτι Ἡ ΤΩ͂Ν ὍΛΩΝ ΦΥ͂ΣΙΣ, ΣΩ͂ΜΑΤΑ ἐστὶ ΚΑῚ ΚΕΝΟ͂Ν. *Plutarchus* adv. Colot. pag. 1112. Ἐπικούρου δὲ λέγοντος, Ἡ τῶν ὄντων φύσις, σώματά ἐστι καὶ τόπος. *Lucretius* lib. I, 420.

Omnis ut eſt igitur per ſe natura, duabus
Conſiſtit rebus: nam CORPORA *ſunt &* INANE.

Vide ſis & *Diogenem Laertium* lib. X. §. 39, 40. Hoc autem à Democrito Leucippoque ſumſit; quod patet ex *Ariſtotele* Metaph. lib. I. cap. 4. *Davies.*

2 *Nulla cohærendi natura* &c.] Quid ſibi velit hoc, *nulla cohærendi natura*, fateor ingenuè me non videre. Quid enim? nonne lapidis aut glebæ aut ligni partes, quæ conſtituunt totum lapidem, totam glebam, totum lignum, inter ſe cohærent? an hoc dicit, fragmenta lapidis jam non cohærere cum toto lapide? neque fragmenta glebæ cum totâ glebâ? & ita ordine carere & arte? Quorſum hæc? videtur enim conſtituere velle diſcrimen inter res inanimas, & res animatas, ut in his ſit aliquis ordo, & artis quædam ſimilitudo, id eſt, rationis: in illis nullus ordo, nulla ratio. Quarè videtur pro *cohærendi* legendum vel *creſcendi*, vel *coaleſcendi*, vel aliquid aliud tale. Contrà, nihil videtur mutandum; nam perſpicuè diſcrimen conſtituit inter totam terram, & particulam terræ: quòd terra tota ordinem quendam & artem præ ſe ferat, non item terræ fragmenta. *Lambinus.*

Ibid. Non incommoda videtur Cl. *Walkeri* conjectura, cui placet SOLA coha-

nulla temeritas, ſed ordo apparet & artis quae-
dam ſimilitudo. Quòd ſi ea, quae à terra ſtir- 33
pibus continentur, arte naturae vivunt & vi-
gent: profectò ipſa terra [3] eadem vi contine-
tur, [& arte naturae,] quippe quae gravidata
ſeminibus, omnia pariat & fundat ex ſeſe, ſtir-
pes amplexa alat & augeat, ipſaque alatur viciſ-
ſim à ſuperis externiſque naturis. Ejuſdemque
exſpirationibus aer alitur, & aether, & omnia
ſupera. Ita, ſi terra natura tenetur & viget, ea-
dem ratio in reliquo mundo eſt: ſtirpes enim
terrae inhaerent: animantes autem adſpiratione
aeris ſuſtinentur: ipſeque aer nobiſcum videt,
nobiſcum

cohaerendi natura. Nos malumus *unâ* vel *nuda cohaerendi natura.* *Ovidius* Triſt. lib. II, 407.

> *Tempore deficiar, Tragicos ſi perſequar ignes,*
> *Vixque meus capiat nomina* nuda *liber.*

Et lib. III. Eleg. XI, 17.

> *Ut mala nulla feram, niſi* nudam *Caſaris iram,*
> Nuda *parum nobis Caſaris ira mali eſt?*

Arnobius lib. I. pag. 40. *Quod ab ruſticis Chriſtianis juſſionibus factitatum eſt* nudis. Ad rem ipſam quod attinet, ita *Julianus* Orat. VI. pag. 182. Τὰ μὲν ἄψυχα σώματα (μετέχει) τῆς ἝΞΕΩΣ μόνον, τὰ φυτὰ δὲ ἤδη καὶ ΣΩ´ΜΑΤΟΣ· τὰ ζῶα δὲ ψυχῆς, ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ λογικῆς ψυχῆς. Quid illud eſt monſtri quod dicat τὰ φυτὰ δὲ ἤδη καὶ ΣΩ´ΜΑΤΟΣ; annon etiam inanima *corpore* ſunt prædita? Legè τὰ φυτὰ δὲ ἤδη καὶ ΦΥ´ΣΕΩΣ. Nam Stoici ponunt πῇ μὲν εἶναι νοῦν, πῇ δὲ ψυχὴν, πῇ δὲ ΦΥ´ΣΙΝ, πῇ δὲ ἕξιν, teſte *Themiſtio* in *Ariſtotelis* de Anim. lib. I. *Nemeſius* de Natur. Hom. cap. II. pag. 82. ed. Oxon. Ζῆν μὲν λέγουσι καὶ τὰ πάντα ἄψυχα ἙΚΤΙΚΗ´Ν ζωὴν καθ᾽ ὃ συνέχεται ὑπὸ τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς εἰς τὸ εἶναι μόνον καὶ μὴ διαλύεσθαι. Nimirum ἕξις eſt πνεῦμα σώματος συνεκτικὸν, ut loquitur *Achilles Tatius* Iſag. ad Phæn. cap. XIV. docebant enim philoſophi *materiam ipſam cohærere non potuiſſe, ſi nulla vi contineretur.* Quæ verba ſunt *Ciceronis* Acad. I, 6. *Davies.*

3 *Eâdem vi continetur* & arte naturæ] *Elienſ. Reg. Lincoln. Med. Cantab. Bonon.* 1494. & *Victor.* particulam copulantem prætermittunt; unde non difficultèr intelliget is qui Criticæ litavit, quid de vocibus *arte natura* ſit ſentiendum. Nimirum Gloſſema ſunt, quod oræ Codicis adſcriptum, nè neſcii eſſemus, quâ de *vi* ageretur, in ipſum, ut ſit, orationis contextum invaſit. Nos igitur eas pro adſciticiis habemus, quam ob cauſſam uncinis ſepſimus. *Idem.*

nobiſcum audit, nobiſcum ſonat: nihil enim eorum ſine eo fieri poteſt. Quin etiam movetur nobiſcum: quacumque enim imus, quacumque movemur, videtur quaſi locum dare & cedere. Quaeque in medium locum mundi, qui eſt infimus, & quae à medio in ſuperum, quaeque converſione rotunda circum medium feruntur, ea continentem mundi efficiunt unamque naturam. Et cùm quattuor genera ſint corporum, viciſſitudine eorum mundi continuata natura eſt. Nam ex terra, aqua: ex aqua, oritur aër: ex aëre, aether: deinde retrorſum viciſſim ex aethere, aër: [1] inde aqua: ex aqua, terra infima. Sic naturis his, ex quibus omnia conſtant, [2] ſurſus, deorſus, ultrò, citro commeantibus, mundi partium conjunctio continetur. Quae aut ſempiterna ſit neceſſe eſt, hoc eodem ornatu, quem videmus: aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum & inmenſum paenè tempus. [3] Quorum utrumvis ſit, ſequitur, natura mundum adminiſtrari. Quae enim claſſium navigatio, aut quae inſtructio exercitûs, aut rurſus (ut ea, quae natura efficit, conferamus) quae

1 *Inde aqua*] Vulg. *ex aëre aqua:* ſed nos eam recepimus lectionem, quam præſtant *Elienſ. Reg. Lincoln. Med.* aliique MSSti. Sic pro Roſcio Amerino cap. XXVII. *Ex luxuriâ exſiſtat avaritia neceſſe eſt; ex avaritiâ erumpat audacia;* INDE *omnia ſcelera & malefacta gignuntur.* Hoc autem de rerum mutatione dogma tenuit, inter alios, Heraclitus, id ab *Orpheo* mutuatus, ſi *Clementi* fides Strom. lib. VI. pag. 265. Hanc in rem multa veterum loca congeſſit vir doctiſſimus *Thom. Gatakerus* ad *Antonini* lib. IV. §. 46. *Davies.*

2 *Surſus deorſus, ultro citro commeantibus*] Vulgò *ſurſum deorſum, ultro citroque commeantibus*; ſed cauſſa non erat, cur *Palatinorum* noſtrorumque MSStorum conſenſus eſſet negligendus. Eadem ſuit etiam *Gruteri* ſententia.

quae procreatio vitis aut arboris, quae porrò animantis figura conformatioque membrorum, tantam naturae ſollertiam ſignificat, quantam ipſe mundus? Aut igitur nihil eſt quod ſentiente natura regatur, aut mundum regi confitendum eſt. Etenim qui reliquas naturas omnes earumque ſemina contineat, quî poteſt ipſe non natura adminiſtrari? ut, ſiqui dentes & pubertatem natura dicat exiſtere; ipſum autem hominem, cui ea exiſtant, non conſtare natura; non intelligat, ea, quae efferant aliquid ex ſeſe, perfectiores habere naturas, quàm ea, quae ex iis efferantur. ⁴ Omnium 34
autem rerum, quae natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens, ut ita dicam, atque educator & altor eſt mundus: omniaque, ſicut membra & partes ſuas, nutricatur & continet. Quòd ſi mundi partes natura adminiſtrantur, neceſſe eſt mundum ipſum natura adminiſtrari. Cujus quidem adminiſtratio nihil habet in ſe quod reprehendi poſſit: ex iis enim naturis quae erant, quod effici optumum potuit, effectum eſt. Doceat ergo aliquis potuiſſe melius. Sed nemo umquam docebit: &, ſi quis corrigere aliquid volet, aut

deterius

ſententia. *Idem.*

3 *Quorum utrumvis ſit*] Vulg. *quorum utrumvis* ut *ſit*; at vocem penultimam omittit *Regius* noſter, eamque, cùm omninò ſit ſupervacanea, delendam cenſuimus. *Joan.* autem *Pricaus* ad *Apuleii* Metam. lib. V. pag. 170. dubitat, an non legendum, *utrum utrum ſit.* Verùm, cur in hoc potius, quàm in aliis omnibus veterum locis, *utrumvis* in *utrum utrum* mutetur, nulla prorſus eſt ratio. *Idem.*

4 *Omnium autem rerum — nutricatur & continet*] Hujuſce loci teſtimonio utitur *Nonius* v. *nutritur* cap. VII. & in ejus Codicibus, æquè ac noſtris & *Gruterianis*, legitur *altor*; non *aliter*, ut exhibebant MSS. *Wower.* Utraque tamen vox probi videtur commatis. Adi ſis & *Priſcianum* lib. VIII. col. 827. *Idem.*

5 *Utrum*

deterius faciet, aut id, quod fieri non potuit, deſiderabit. Quòd ſi omnes mundi partes ita conſtitutae ſunt, ut neque ad uſum meliores potuerint eſſe, neque ad ſpeciem pulchriores: videamus, [1] utrùm ea fortuita ne ſint, an eo ſtatu, quo cohaerere nullo modo potuerint, niſi ſenſu moderante divinaque providentia. Si ergo meliora ſunt ea quae natura, quàm illa quae arte perfecta ſunt: nec ars efficit quicquam ſine ratione: ne natura quidem rationis expers eſt habenda. Quî igitur convenit, ſignum aut tabulam pictam cùm aſpexeris, ſcire adhibitam eſſe artem: cumque procul [2] curſum navigii videris, non dubitare, quin id ratione atque arte moveatur: aut cùm [3] ſolarium vel deſcriptum, aut ex aqua contemplere, intelligere declarari horas arte, non caſu: mundum autem, qui & has ipſas

1 *Utrum ea fortuita* ne *ſint*] Vulgò, *fortuita ſint*; at nos *Reg.* noſtrum *Lincoln. Med.* alioſque MSStos ſecuti ſumus; ac meritò quidem, ut fidem facient veterum teſtimonia. *Cicero* de Divin. lib. II. cap. 58. Utrum *igitur putamus dormientium animos per ſe ne ipſos in ſomniando moveri, an, ut Democritus* &c. *Terentius* Adelph. Act. III. Sc. IV, 19. Utrum *ſtudio ne id ſibi habet, an laudi fore.* Idem Eunuch. Act. IV. Sc. IV, 53. Utrum *taceam* ne, *an prædicem?* Vide & *Agellium* Noct. Attic. lib. VI. cap. 8. *Davies.*

2 *Curſum navigii videris*] Similiter *Theophilus* Antiochenus lib. I. pag. 13. ed. Oxon. Πλοῖον θεασάμενός τις ἐν θαλάσσῃ κατηρτισμένον καὶ τρέχον καὶ κατερχόμενον εἰς λιμένα, δῆλον ὅτι ἡγήσεται εἶναι ἐν αὐτῷ κυβερνήτην τὸν κυβερνῶντα αὐτό. Vide & *Theodoretum* Serm. II. de Prov. pag. 29. Neſcio verò quid ſibi velint *Elienſ.* unus, *Reg. Cantab. Lincoln. Med.* & *Bonon.* 1494. qui repræſentant, *ſurſum navigium agi videris.* Vulgatæ quidem ſcripturæ ſenſus eſt planus & apertus; igitur ea, per me licet, immota maneat. *Idem.*

3 *Solarium ---- ex aquâ contemplere*] Clepſydram dicit, quam *ex aqua menſuram* vocavit *Cæſar* lib. V. B. G. cap. 13. Appoſitè *Cenſorinus* de Die Nat. cap. XXIII. *P. Corn. Naſica Cenſor* ex aqua *fecit* horarium, *quod & ipſum ex conſuetudine noſcendi à Sole horas,* Solarium *cæptum vocari.* Vide & *Plinium* H. N. lib. VII. cap. 60. *Idem.*

4 *Ar-*

ipſas artes, & earum artifices, & cuncta complectatur, conſilii & rationis eſſe expertem putare? Quòd ſi in Scythiam, aut in Britanniam, ſphaeram aliquis tulerit hanc, quam nuper familiaris noſter effecit Poſidonius, cujus ſingulae converſiones idem efficiunt in ſole, & in luna, & in quinque ſtellis errantibus, quod efficitur in caelo ſingulis diebus & noctibus; quis in illa barbarie dubitet, quin ea ſphaera ſit perfecta ratione? Hi autem dubitant de mundo, ex quo & oriuntur & fiunt omnia, caſune ipſe ſit effectus aut neceſſitate aliqua, an ratione ac mente divina: & [4] Archimedem arbitrantur plus valuiſſe in imitandis ſphaerae converſionibus, quàm naturam in efficiendis; praeſertim cùm multis partibus ſint illa perfecta, quàm haec ſimulata, ſollertius. Atqui [5] ille apud Attium paſtor, qui 35
navem

4 *Archimedem arbitrantur plus valuiſſe*] Stoici apud *Sextum Empiricum* adv. Mathem. pag. 329. Τὴν γοῦν Ἀρχιμήδειον σφαῖραν σφόδρα θεωροῦντες ἐκπληττόμεθα. ἐν ᾗ Ἥλιός τε καὶ Σελήνη κινεῖται καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων, οὐ μὰ Δία ἐπὶ τοῖς ξύλοις οὐδ' ἐπὶ τῇ κινήσει τούτων τεθηπότες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τεχνίτῃ καὶ ταῖς κινούσαις αἰτίαις &c. unde ſua mutuatus eſt *Cicero*. Porro de Archimedis ſphærâ, præter alios multos, adeundi *noſter* Tuſc. lib. I. cap. 25. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. II. cap. 5. & *Claudianus* Epigr. XVIII. *Davies*.

5 *Ille apud Attium paſtor---ut---vehiculum Argonautarum è monte conſpexit*] Non multò aliter paſtores, apud *Apollonium*, naves eſſe monſtra maritima ſunt arbitrati. Sic igitur ille lib. IV, 316.

------Εἰαμενῇσι δ' ἐν ἄσπετα πῶεα λεῖπον
Ποιμένες ἄγραυλοι, νηῶν φόβῳ, οἷά τε θῆρας
Ὀσσόμενοι πόντου μεγακήτεος ἐξανιόντας.
Οὐ γάρ πω ἁλίας γε πάρος ποθὶ νῆας ἴδοντο.

Ad rem, quam *Tullius* agit inter alios præclare *Euſtathius* in Hexaëm. pag. 33. Πῶς λόγος, inquit, ἐρεῖ τεχνικὸν ἔργον μὴ ἀπαυτοματίζεσθαι, πρὸς ἐπιστήμης δὲ τὰ σοφὰ ἔργα ἀποτελεῖσθαι. (Leg. οὐ λογος ------ ἀποτελεῖσθαι;) Αὐτίκα γοῦν ἀνδριαντοποιοῦ ἔννοιαν λαμβάνομεν· εἰκόνα δὲ περικαλλῶς γεγραμμένην καθιδόντες τὸν ταύτης γραφέα θαυμάζομεν· ναῦν δὲ ἐντέχνως (Leg. ἐντέχνῳ) ἐπιστήμῃ κατεσκευασμένην ὁρῶντες, ναυπηγὸν ἐπαινοῦμεν. Εἰ δ' αὐτοὶ τὰ τεχνικὰ ἔργα θεώμενοι, τὸν ἔμμυσον τεχνίτην γινώσκομεν, τί οὖν οὐ μᾶλλον τὸν
πάντων

navem numquam antè vidiſſet, ut procul divinum & novum vehiculum Argonautarum è monte conſpexit, primò admirans & perterritus, hoc modo loquitur:

——tanta moles labitur
[1] *Fremebunda ex alto,* [2] *ingenti ſonitu & ſpiritu:*
Præ ſe undas volvit: vortices vi ſuſcitat,
Ruit prolapſa: [3] *pelagus reſpergit: profluit.*
[4] *Ita dum interruptum credas nimbum volvier,*
Dum quod ſublime ventis expulſum rapi
Saxum aut procellis, vel globoſos turbines
Exiſtere [5] *ictos undis concurſantibus:*
Niſi quas terreſtres Pontus ſtrages conciet:
Aut fortè Triton fuſcina [6] *evertens ſpecus,*
Sub-

πάντων σοφὴν πρόνοιαν ἐν καταλήψει ἔξοιμεν (Leg. *ἕξομεν*) *ὀφθαλμῷ διάνοιαν* (leg. *διανοίας*) *διὰ τῶν ἐστοιχειωμένων κόσμου μερῶν ἐπιστημόνως τεταγμένον.* Scribe *τεταγμένων.* *Davies.*

1 *Fremebunda ex alto* &c] *Priſcianus* libro de metris Comicis, alio, quam hic leguntur, ordine legit. Sic enim ille:

Aut fortè Triton fuſcina evertens ſpecus
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo ſaxeam ad cœlum vomit.
Fremebunda ex alto, ingenti ſonitu &c. *Lambinus.*

2 *Sonitu & ſpiritu*] Qui pro *ſpiritu* legere malunt *ſtrepitu*, non animadvertunt ex ſuâ lectione verſum claudicare. Hunc autem verſum & alios conſequentes recitat *Priſcianus* in libro de Comicis metris. *P. Manucius.*

Ibid. *Ingenti ſonitu &* SPIRITU] Omnes, quod ſciam. MSSti habent *ingenti ſonitu &* STREPITU. Cùm autem metro repugnet hæc lectio, ſcribendum conjecit *G. J. Voſſius* ad Fragm. Trag. pag. 135. *ingenti ſonitu* atque ſtrepitu. Sed cum *Priſcianus* de Metr. Com. col. 1325. receptam lectionem retineat, eam ſanè non deſeruerim. Nam voces *ſpiritus* & *ſtrepitus* ſunt *συμμετάβολοι.* Sic in his Ennii verſibus apud Agellium N. A. IV, 17.

Per ego Deûm ſublimas ſubices, humidus
Unde oritur imber ſonitu ſævo & ſpiritu;

Codices exhibent *ſonitu ſævo &* ſtrepitu, quod auctoritate *Feſti* in *ſubices* rectè mutatum. *Davies.*

3 *Pelagus reſpergit*, PROFLUIT] Vocem diſſyllabam flagitat metrum; quapropter ex *Priſciano* reponendum REFLAT; ut olim etiam *D. Lambinus* ediderat. *Idem.*

4 *Ita*

Subter radices [7] *penitus undanti in freto*
Molem ex profundo ſaxeam [8] *ad caelum eruit.*

Dubitat primò, quae ſit ea natura, quam cernit ignotam: idemque, juvenibus viſis auditoque nautico cantu,

[9] *Sicut inciti atque alacres roſtris perfremunt*
Delphini:

item alia multa.

——Silvani melo
Conſimilem ad aures cantum & auditum refert.

Ergo ut hic primo aſpectu [10] inanimum quiddam ſenſuque vacuum ſe putat cernere; pòſt autem ſignis certioribus, quale ſit id, de quo dubitaverat, incipit ſuſpicari: ſic philoſophi debuerunt, ſi fortè eòs primus aſpectus mundi conturbaverat,

4 *Ita* dum *interruptum* ----- Dum *quod ſublime*] Cum doctiſſ. *Boherio* legerim, *Ita* tum *interruptum*----tum *quod ſublime* &c. *Idem.*

5 *Iſtos*] Ampliſſimus *Boherius* reponit *actos.* Idem.

6 *Evertens ſpecus*] Quidam legi volunt *everrens ſpecus.* Ego in omnibus libris MSStis reperi ſcriptum *evertens.* Lambinus.

7 *Penitus*] Alii *penitas*; at non addicunt noſtri Codices. *Davies.*

8 *Ad calum* eruit] *Priſciani* Codices, *ad calum* VOMIT, quod, ut ἀρχαϊκώτερον, ei prætulerim lectioni, quam præ ſe ferunt *Ciceronis* exemplaria. Sic Græcus Poëta dixit πρὸς οὐρανὸν ΕΞΕΜΕΙ͂Ν. quam loquendi rationem quaſi παρατράγῳδον damnat *Longinus* περὶ ὕψους §. 3. *Ambroſius* Hexaëm. lib. III. cap. II. n. 9. *Quomodo fit, ut ima ſoli ora undam* VOMANT. Vide & cap. V, 23. *Idem.*

9 *Sicut inciti atque alacres roſtris perfremunt*] Metire verſum pedibus; vitium deprehendes; quod mutatione parvâ tolletur, ſi pro *ſicut inciti*, legas *ſicuti citi*, vel, *ut inciti.* P. Manucius.

Ibid. *Sicut inciti atque alacres roſtris perfremunt*] Laborat verſus, quapropter *P. Manucius* & *D. Lambinus* reponunt *ſicuti citi*, & ita ferè edidit *Pet. Scriverius* Fragm. Trag. pag. 98. Sed facilior & rectior eſt medela, quæ viris illis doctis in mentem non venit; legendum enim videtur, *audi-toque nautico cantu, ſic:* (videlicet *ait*, quam vocem facilè ſubintelligendam expreſſit MS. *Cantabr.*)

Ut inciti atque alacres roſtris perfremunt:

adeoque SIC non erit *Attii*, ſed *Ciceronis*; & rectè ſe habebunt omnia. *Davies.*

10 *Inanimum quiddam*] *Elienſ.* & *Aſcenſ.* habent *inane quiddam.* Librarii voluerunt *inanime quiddam.* Idem.

1 *Hac*

turbaverat, poſteà, cùm vidiſſent motus ejus finitos & aequabiles, omniaque ratis ordinibus moderata inmutabilique conſtantia, intelligere ineſſe aliquem non ſolùm habitatorem in hac caeleſti ac divina domo, ſed etiam rectorem & moderatorem & tamquam architectum tanti
36 operis tantique muneris. Nunc autem mihi videntur ne ſuſpicari quidem, quanta ſit admirabilitas caeleſtium rerum atque terreſtrium. Principio enim terra ſita in media parte mundi, circumfuſa undique eſt [1] hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt aër. Graecum illud quidem, ſed perceptum jam tamen uſu à noſtris: tritum eſt enim pro Latino. Hunc rurſus amplectitur inmenſus aether, qui conſtat ex altiſſimis ignibus. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam *aether* Latinè, quam dicitur *aër*: etſi interpretatur Pacuvius;

[2] *Hoc quod memoro, noſtri caelum, Graji perhibent aethera.*

Quaſi verò non Grajus hoc dicat. At Latinè loquitur. Siquidem nos non quaſi Graecè loquentem audiamus. Docet idem alio loco:

[3] *Grajugena de iſto aperit ipſa oratio.*

Sed

1 *Hoc animabili ſpirabilique*] Idem, quem ſupra commemoravi, *Junius* ex *Probo* legit *animali*. Contrà *Servius* apud *Virgilium* ad illum locum lib. III. Æneid. *per hoc cæli ſpirabile lumen*, legit *ſpiritabile*; ſic enim ille: SPIRABILE, *id eſt, vitale, quo ſpiramus; & eſt ſermo Ciceronis; quamquam ille dixit* ſpiritabile *in libris de natura Deorum*. Lambinus.

2 *Hoc quod memoro* &c.] Verſus eſt Trochaïcus, quod ideò moneo, quia *Pet. Leſcaloperius* ſe nequiit expedire, ſed Iambici carminis ſpeciem hic adparere ſomniavit. Hunc aut huic perſimilem *Pacuvii* locum adducit *Varro* L. L. lib. IV. pag. 8. *Davies*.

3 *Grajugena de iſto aperit ipſa oratio*] In editt. *Lambinianis* perperam

legitur

Sed ad majora redeamus. Ex aethere igitur innumerabiles flammae ſiderum exiſtunt; quorum eſt princeps ſol, omnia clariſſima luce conluſtrans, multis partibus major atque amplior quàm terra univerſa: deinde reliqua ſidera magnitudinibus inmenſis. Atque hi tanti ignes tamque multi non modò nihil nocent terris rebuſque terreſtribus, ſed ita proſunt, [4]ut ſi mota loco ſint, conflagrare terras neceſſe ſit à tantis ardoribus moderatione & temperatione ſublata.
Hic ego non mirer eſſe quemquam, qui ſibi per- 37
ſuadeat, corpora quaedam ſolida atque individua, vi & gravitate ferri, mundumque effici ornatiſſimum & pulcherrimum ex eorum corporum concurſione fortuita? Hoc qui exiſtumat fieri potuiſſe, non intelligo cur non idem putet, ſi [5]innumerabiles unius & viginti formae literarum, vel aureae vel quales libet, aliquò conjiciantur, poſſe ex his in terram excuſſis annales Ennî, ut deinceps legi poſſint, effici: quod neſcio an ne in uno quidem verſu poſſit tantum valere fortuna. Iſti autem quemadmodum adſeverant, ex corpuſculis [6]non colore, non qualitate aliqua, quam ποιότητα Graeci vocant, non ſenſu praeditis,

legitur *ipſa ratio*; nam & metrum & veteres Codices adverſantur. At *H. Grotius* ingeniosè repoſuit

Grajugenam ted' eſſe aperit ipſa oratio;

ejuſque conjecturam probat *G. J. Voſſius* ad Fragm. Trag. pag. 114. Ego ſanè de hujuſmodi ἀποσπασματίοις nihil audacter pronuntiandum cenſeo. *Idem.*

4 *Ut ſi* mota *loco ſint*] Legendum *moti*, quod recte vidit Cl. *Walkerus*: patet enim vocem illam ad nihil aliud quam ad *ignes* referri poſſe. *Idem.*

5 Innumerabiles *unius & viginti forma literarum*] In *Reg.* & *Med.* legitur *inenumerabiles*, quod Analogiæ quidem non repugnat. *Idem.*

6 *Non colore, non qualitate aliqua*] Epicurus

ditis, ſed concurrentibus temerè atque caſu, mundum eſſe perfectum? vel innumerabiles potiùs in omni puncto temporis alios naſci, alios interire? Quod ſi mundum efficere poteſt concurſus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non poteſt? quae ſunt minùs operoſa, & multo quidem faciliora. Certe ita temerè de mundo effutiunt, ut mihi quidem numquam hunc admirabilem caeli ornatum, qui locus eſt proximus, ſuſpexiſſe videantur. Praeclarè ergo Ariſtoteles, *Si eſſent*, inquit, *qui ſub terra ſemper habitaviſſent bonis & inluſtribus domiciliis, quae eſſent ornata ſignis atque picturis, inſtructaque rebus his omnibus, quibus abundant hi qui beati putantur, nec tamen exiſſent umquam ſupra terram; accepiſſent autem fama & auditione, eſſe quoddam numen & vim Deorum: deinde aliquo tempore, patefactis terrae faucibus, ex illis abditis ſedibus evadere in haec loca, quae nos incolimus, atque exire potuiſſent: cùm repentè terram, & maria, caelumque vidiſſent; nubium magnitudinem ventorumque vim cognoviſſent, aſpexiſſentque ſolem,*

Epicurus ſtatuit, μηδὲ ΠΟΙΟΤΗΤΑ τινα περὶ τὰς ἀτόμους εἶναι, πλὴν σχήματος καὶ μεγέθους καὶ βάρους· τὸ δὲ ΧΡΩΜΑ παρὰ τὴν θέσιν τῶν ἀτόμων ἀλλάττεσθαι. Vide *Diogenem Laertium* lib. X. §. 44. *Davies.*

1 *Caelum totum cernerent aſtris diſtinctum*] Quamvis locus *Ariſtotelis*, quem vertit *Cicero*, jam periit; tamen inanis eſt eorum ſuſpicio, qui philoſophum illum ſimilia non tradidiſſe confirmant. *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 311, 312. Ἀριστοτέλης ἀπὸ δυοῖν ἀρχῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἀπό τε τῶν περὶ τὴν ψυχὴν συμβαινόντων, καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων -- θεασάμενοι γὰρ μεθ' ἡμέραν μὲν Ἥλιον περιπολοῦντα, νύκτωρ δὲ τὴν εὔτακτον τῶν ἄλλων ἀστέρων κίνησιν, ἐνόμισαν εἶναί τινα Θεὸν τὸν τῆς τοιαύτης κινήσεως καὶ ἀταξίας (leg. εὐταξίας) αἴτιον. De re ipſa præclarus eſt *Dionis Chryſoſtomi* locus Orat. XII. pag. 201. *Idem.*

2 Hæc *cum viderent*] Quantum conſtat, hanc lectionem ne unus quidem repræſentat MStus; nam *Wower. Pal.* tert. *Elienſ. Med. Reg.* & *Bonon.*

1494.

ſolem, ejuſque tum magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognoviſſent, quòd is diem efficeret, toto caelo luce diffuſa: cùm autem terras nox opacaſſet, tum [1] *caelum totum cernerent aſtris diſtinctum & ornatum, lunaeque luminum varietatem tum creſcentis, tum ſeneſcentis, eorumque omnium ortus & occaſus, atque in omni aeternitate ratos inmutabileſque curſus:* [2] *haec cùm viderent, profectò & eſſe Deos, & haec tanta opera Deorum eſſe arbitrarentur.* Atque haec quidem ille. Nos autem tenebras cogitemus tantas, 38
quantae quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obſcuraviſſe dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnoſceret: cùm autem tertio die ſol inluxiſſet, tum [3] ut revixiſſe ſibi viderentur. Quòd ſi hoc idem ex aeternis tenebris contingeret, ut ſubitò lucem aſpiceremus; quaenam ſpecies caeli videretur? Sed aſſiduitate cotidiana, & conſuetudine oculorum, adſueſcunt animi, neque admirantur, [4] neque requirunt rationes earum rerum quas ſemper vident: proinde quaſi novitas nos magis quàm

1494. exhibent, QUAE *cum viderent. Pal.* ſec. *que qua cum viderent.* Repone *quaque cùm viderent;* non enim erat cur *Grutero* tria iſta verba viderentur adſcititia. Certè poſt longiorem orationis ductum crebræ ſunt hujuſmodi ἀνακεφαλαιώσεις, &, ſi varietates, quas cauſatur vir ille doctus, ratio ſint idonea, cur locos ſcriptoribus abjudicemus, nihil fere non in veterum monumentis νόθων & κιβδήλων cenſebitur. *Davies.*

3 *Ut revixiſſe ſibi viderentur*] *Eliens.* habet, *reviviſſe* ſenſus *viderentur,* eaque forte non inelegans haberi poſſit Metaphora. Utcunque ſit, hoc in loco vix admitti debet illa lectio; licet enim viſum eripiant tenebræ, nihil tamen impediunt, quo minus integra ſit reliquorum *ſenſuum* uſura. *Idem.*

4 *Neque* requirunt *rationes*] MS. *Regius* à primâ manu, *adquirunt.* Lego *anquirunt. Seneca* Hippolyto vſ. 1278.

At vos per agros corporis partes vagas

quàm magnitudo rerum debeat ad exquirendas cauſſas excitare. [1]Quis enim hunc hominem dixerit, qui cùm tam certos caeli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa & apta viderit, neget in his ullam ineſſe rationem, eaque caſu fieri dicat, quae quanto conſilio gerantur, nullo conſilio adſequi poſſumus? An cùm machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut ſphaeram, ut horas, ut alia permulta; non dubitamus, quin illa opera ſint rationis? cùm autem impetum caeli cum admirabili celeritate moveri vertique videamus, conſtantiſſimè conficientem viciſſitudines anniverſarias cum ſumma ſalute & conſervatione rerum omnium; dubitamus, quin ea non ſolùm ratione fiant, ſed etiam [2]excellenti divinaque ratione? Licet enim jam, remota ſubtilitate diſputandi, oculis quodammodo contemplari pulchritudinem rerum earum, quas divina providentia
39 dicimus conſtitutas. Ac principio terra univerſa

Anquiſire.
Illic etiam in pleriſque libris *acquirite. Florus* lib. IV. cap. XII, 12. *Quod* (aurum) *alioquin gens omnium cupidiſſima, ſtudioſa diligentia* anquirit. Sic ex *Nazarii* Codice *Salmaſius*. In aliis perperam *acquirit*; ut plane videas, iſtas voces à Librariis paſſim confuſas eſſe. *Anquirendi* verbo utuntur *Lucretius*, *Salluſtius*, *Livius*, & ſæpiſſime *Cicero*. Vide ſis interpretes ad lib. I. Offic. cap. 3. ac de Amic. capp. XXI. & XXIV. *Davies.*

1 *Quis enim hunc hominem dixerit* &c.] Profert hunc locum *Nonius* in voce *aptus*; ubi animadverſione dignum eſt, legi pro *tam ratos aſtrorum ordines*, quomodo habent omnes libri & MSSti & impreſſi, *tam* STATOS *aſtrorum ordines*. Lambinus.

2 *Excellenti divináque ratione*] Vulgg. *excellenti quâdam divinâque ratione*; verùm ſecunda vox haud eſt neceſſaria; eamque prætermittunt *Elienſ. Reg. Lincoln. Med. Bonon.* 1494. ac *Victor.* quapropter nos MSStorum fidem ſequendam duximus. *Davies.*

3 Veſtita *floribus*] Elegans metaphora. *Livius* XXI, 54. *Obſitus paluſtribus herbis*, &, *quibus inculta fermè* VESTIUNTUR, *virgultis vepribuſque*. Idem XXII, 28. *Ager — nè* vepribus

ſa cernatur, locata in media ſede mundi, ſolida, & globoſa, & undique ipſa in ſeſe nutibus ſuis conglobata, [3] veſtita floribus, herbis, arboribus, frugibus: quorum omnium incredibilis multitudo, inſatiabili varietate diſtinguitur. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum veſtitus viridiſſimos, [4] ſpeluncarum concavas altitudines, ſaxorum aſperitates, inpendentium montium altitudines, immenſitateſque camporum: adde etiam reconditas auri argentique venas, [5] infinitamque vim marmoris. Quae verò, & quàm varia genera beſtiarum vel cicurum vel ferarum? qui volucrum lapſus atque cantus? qui pecudum paſtus? quae vita ſilveſtrium? Quid jam de hominum genere dicam? qui quaſi cultores terrae conſtituti, non patiuntur eam nec inmanitate beluarum efferari, [6] nec ſtirpium aſperitate vaſtari: quorumque operibus agri, inſulae, litoraque conlucent, diſtincta tectis & urbibus. Quae ſi ut animis

vepribus quidem VESTITUM *habebat.* Iterum XXXII, 13. *Montes Epiri* --- VESTITI *frequentibus ſilvis ſunt.* Ovidius Faſt. IV, 707:

Qui fugit, incendit VESTITOS *meſſibus agros.*

Plura ſuppeditabit *Joan. Savaro* ad *Sidonii Apollinaris* lib. I. Epiſt. VI. pag. 32. *Idem.*

4 *Speluncarum concavas* altitudines] Ex conjecturâ nonnulli *latitudines* reponunt, quià quatuor abhinc vocibus *altitudines* repetit noſter & alio quidem ſignificatu, quod durum videtur. Hujuſmodi tamen negligentia viris ſummis interdum obrepit, ut hanc ob cauſſam forte non mutanda ſit lectio vulgata. Vide quæ diximus ad *Minucii Felicis* cap. VIII. pag. 51. Si tamen à Codicibus ſit abeundum, malim *ſpeluncarum concavas altitudines, ſaxorum aſperitates, inpendentium montium* CELSITUDINES. *Idem.*

5 *Infinitamque vim marmoris*] Hæc adducit *Servius* ad Æn. I, 274. *Idem.*

6 *Nec ſtirpium aſperitate* vaſtari] *Nonius* legit *vaſteſcere*: & ita cenſeo reponendum. *Lambinus.*

Ibid. Non audiendus eſt *Lambinus*: Vide *Mercerum* ad *Nonium* in *vaſteſcant.* Davies.

 3 *Ipſum*

animis ſic oculis videre poſſemus, nemo cunctam intuens terram, de divina ratione dubitaret. At verò quanta maris eſt pulchritudo? quae ſpecies univerſi? quae multitudo & varietas inſularum? quae amoenitates orarum & litorum? quot genera quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium & innantium beluarum, partim ad ſaxa nativis teſtis inhaerentium? [1] Ipſum autem mare ſic terram appetens [2] litoribus adludit, ut una ex duabus naturis conflata videatur. Exin mari finitimus aer, die & nocte diſtinguitur: iſque tum fuſus & extenuatus [3] ſublime fertur; tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque conligens terram auget imbribus; tum effluens huc & illuc, ventos efficit. Idem annuas frigorum & calorum facit varietates:

1 *Ipſum autem mare* &c.] Putaveram olim pro *cludit* ſeu *claudit* legendum *clauditur*. Sed cùm libri veteres habeant *litoribus eludit*, quid eſt opus conjecturâ? Nam ſic ferè loquitur Topicis cap. VII. *Aquilius, quaerentibus iis ad quos id pertineret, quid eſſet litus, ita definire: quà fluctus alluderet*; alias *eluderet*. Omnino *litoribus cludit* aut *claudit* ferri non poteſt: *litoribus clauditur* probarem, niſi tam longè abeſſet ab antiquâ ſcripturâ. *Lambinus.*

2 *Litoribus* alludit] Vulg. *eludit*, quo ſenſu, neſcio. *Elienſ.* unus, *olidit*. *Med.* à prima manu *illudit*. Nonnulli MSSti *cludit*, quam lectionem, licet ineptam & inſulſam, probat *Leſcaloperius*. Mare quidem non magis litoribus, quàm flumen ripis, terram claudit. Nos igitur eam recepimus ſcripturam, quam dedit à ſecunda manu *Regius* noſter. Ita ſane quondam etiam *Lambinus*. Et certè δεύτεραι φροντίδες hoc in loco non erant σοφώτεραι· vox enim eſt perelegans & hanc in mentem bonis auctoribus uſurpata. Si dubites, exemplorum affatim ſuppeditabunt *Joan. Wowerius* & *Deſ. Heraldus* ad *Minucii Felicis* cap. III. pag. 27. *Davies.*

3 *Sublime fertur*] Sic elèganter *Lincoln. Med. Victor.* & *Bonon.* 1494. nam plerique Codices tam MSSti quàm typis excuſi habent, *in ſublime fertur*. Abſque cauſa ſontica. *Lucretius* lib. IV. pag. 433.

Qua multis formata modis ſublime feruntur.

Virgilius Eclog. IX, 29.

Cantantes ſublime ferent *ad ſidera cygni*.

Vide & Georg. III, 208. ac *Silium*

Italicum

tes: idemque & volatus alitum ſuſtinet, & [4]ſpiritu ductus alit & ſuſtentat animantes. Re- 40
ſtat ultimus, [5]& à domiciliis noſtris altiſſimus, omnia cingens & coercens caeli complexus, qui idem aether vocatur, extrema ora & determinatio mundi: in quo cum admirabilitate maxuma igneae formae curſus ordinatos definiunt. E quibus ſol, cujus magnitudine multis partibus terra ſuperatur, circùm eam ipſam volvitur: iſque oriens & occidens diem noctemque conficit: & modò accedens, tum autem recedens, binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit: quarum intervallo tum quaſi [6]triſtitia quaedam contrahit terram, tum viciſſim laetificat, ut cum caelo hilarata videatur. [7]Luna autem, quae eſt, ut oſtendunt Mathematici, major quàm

Italicum IV, 144. VI, 235. XI, 232. *Idem*.

4 *Spiritu ductus alit*] In *Victor. Bonon.* 1494. nonnulliſque MSStis eſt, SPIRITUS *ductus alit*; quàm lectionem non malè ſe habere cenſet *Gruterus*. Immò ſenſum nullum facit & conſtructionem turbat, cùm altera locutio *Ciceroni* ſit frequens. Sic infra c. LIV. *Excipiatque animam eam, qua* DUCTA *ſit* SPIRITU. Et cap. LV. *Qua* SPIRITU *in pulmones anima* DUCITUR. *Idem*.

5 *Et à domiciliis noſtris altiſſimus*] Horum nihil habet Codex unus *Woweri*; *Gruterique* animo non placent. At in reliquis omnibus MSStis comparent, & omnino moroſum nimis hic ſe præſtitit vir ille doctus. Noſter lib. I. cap. 14. *Ultimum &* ALTISSIMUM, *& undique circumfuſum, & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominatur, certiſſimum Deum judicat.* Qui locus huic, quem præ manibus habemus, geminus eſt germanus. Vide & lib. II. cap. 36. *Idem*.

6 *Triſtitia* quædam *contrahit terram, tum viciſſim lætificat*] Si firma maneat hæc lectio, neceſſe eſt, *triſtitia quadam terram viciſſim lætificet*, quod prorſus eſt abſurdum. *Elienſ. Med. Victor.* & *Bonon.* 1494. habent, *triſtitia* quadam *contrahit terram*. Hoc tamen ſoli non convenit. Quid verbis opus eſt? Totum locum ſic emendarim: *tum quaſi triſtitia* quadam contrahitur terra, *tum viciſſim* lætificatur, vel *lætiſcit*, vel, ſi mavis, *læta ſit*, *ut cum cælo hilarata videatur*. Idem.

7 *Luna--major, quam dimidia pars terræ*] Immò terrâ minor eſt pluſquam XLV. vicibus. Stoicorum verò

quàm dimidia pars terrae, îſdem ſpatiis vagatur, quibus ſol: ſed tum congrediens cum ſole, [1] tum digrediens, & eam lucem, quam à ſole accepit, mittit in terras, & varias ipſa lucis mutationes habet: atque etiam tum ſubjecta atque oppoſita ſoli, radios ejus & lumen obſcurat; tum ipſa incidens in umbram terrae, cum eſt è regione ſolis, interpoſitu interjectuque terrae, repente deficit. Iiſdemque ſpatiis [2] hae ſtellae, quas vagas dicimus, circùm terram feruntur, eodemque modo oriuntur & occidunt: quarum motus tum incitantur, tum retardantur, ſaepe etiam inſiſtunt. Quo ſpectaculo nihil poteſt admirabilius eſſe, nihil pulchrius. Sequitur ſtellarum inerrantium maxuma multitudo: quarum ita deſcripta diſtinctio eſt, ut [3] ex notarum figurarum

diverſa fuit ſententia, qui Σελήνην μείζονα τῆς γῆς ἀποφαίνοντας, ut ait *Plutarchus* de Placit. Philoſ. lib. II. cap. 27. *Stobaeus* Eclog. Phyſ. pag. 59. Ποσειδώνιος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Στωϊκῶν (Σελήνην ἔφασαν) μικτὴν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος, ΜΕΙΖΟΝΑ δὲ ΤΗΣ ΓΗΣ ὡς καὶ τὸν Ἥλιον. Adeò ut *Cicero*, licet hic Lucilii Stoici perſonam gerat, non tam immaniter erravit, ac ſolebant è porticu philoſophi. Ipſis tamen Stoicis gravius fallebantur alii. Sic Anaximander Lunam dixit κύκλον εἶναι ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς, ut teſtantur *Plutarchus* II, 25. & *Stobaeus* Ecl. pag. 159. *Lactantius* Div. Inſt. lib. III. cap. XXIII, 12. *Xenophanes dicentibus Mathematicis orbem Lunae duodeviginti partibus* MAJOREM *eſſe quam terram ſtultiſſimè credidit.* Sed & *Plinius* non dubitavit, quin Luna major eſſet quam terra. Vide lib. II. H. N. cap. XI. Non tamen eſt diſſimulandum Stoicos recentiores ab hoc errore ſibi caviſſe. Vide *Cleomedem* Κυκλ. Θεωρ. lib. II. pag. 266. *Dav.*

1 *Tum digrediens*] Nonnulli Codices, & in his *Reg.* & *Med.* noſtri, repraeſentant, DEGREDIENS, quod mihi *Lambinoque* placet. *Davies.*

2 *Hae ſtellae, quas vagas dicimus*] *Elienſ.* uterque repraeſentat, *caeterae ſtellae, quas vagas dicimus.* Verebantur, ut arbitror, Librarii, nè Sol & Luna pro Planetis non haberentur. Attamen, quamvis *Cicero* ſupra cap. 27. *ſeptem numerat vagantes*, ut plurimum quinque tantum ſtellas errantes ponit, exemptis ob principatum, quem tenent, Sole Lunaque. Vide ſis hujuſce libri cap. XX. *Davies.*

3 *Ex notarum figurarum ſimilitudine*] Optime dant *Elienſ. Reg. Med. Lincoln. Aſcenſ.* & *Benon.* 1494. *Ex* NOTA

rarum ſimilitudine nomina invenerint. Atque 41
hoc loco me intuens, Utar, inquit, carminibus Arati eis, quae à te admodum adoleſcentulo converſa, ita me delectant quia Latina ſunt, ut multa ex his memoriâ teneam. Ergo, ut oculis aſſiduè videmus, ſine ulla mutatione aut varietate

[4]Cetera labuntur celeri caeleſtia motu,
Cum caeloque ſimul noctesque dieſque feruntur.

Quorum contemplatione nullius expleri poteſt animus, naturae conſtantiam videre cupientis.

[5]Extremuſque adeò [6]duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe polus.

[7]Hunc circum ἄρκτοι duae feruntur, numquam occidentes.

[1] Ex

NOTA *figurarum ſimilitudine.* *Sedulius* Carm. lib. V, 407.

Unanimes, nota *Domini* bonitate *fruuntur.*

Auctor Octaviæ vſ. 845.

Fideſque caſtris nota *præpoſuit meis.*

Claudianus Eidyll. VII, 37.

Quod ſi notus amor *provexit in aſtra Laconas.*

Phædrus lib. I. Fab. 9. *Ubi pernicitas* NOTA, *inquit, illa eſt?* Sic *notum candorem* dixit idem lib. III. Præf. vſ. 63. *Idem.*

4 *Cetera labuntur*] *Aratus* Phænom. vſ. 19.

Οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες
Οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.

5 *Extremuſque adeo*] Verſ. 24.

Καί μιν περιέχουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν.

6 *Duplici de cardine*] Pro *duplicis cardinis*, ut *fulgor ab auro* pro fulgor auri. Phraſis eſt Gallis & Belgis communi uſu frequentata. Simile eſt illud *dicitur eſſe polus*, illi quod infrà eſt *Dicitur eſſe Helice*, & *dicitur eſſe Boötes*, & *eſſe Catena Dicuntur.* Grotius.

7 *Hunc circum* ἄρκτοι *duæ*] *Arctoe* habet vetuſtiſſimus Codex, & rectè: eodem enim modo *Adelphoe* apud *Terentium*, & *Canephoroe* alibi ſcriptum reperitur. *Urſinus.*

Ibid. Adludit *Med.* qui dat *arctoae.* *Germanicus* in Arateis vſ. 25.

Sive Arctoe, *ſeu Romani cognominis Urſa.*

Et iterum vſ. 63.

Oceani tumidis ignotae fluctibus Arctoe.

Davies.

[1] *Ex his altera apud Graios Cynoſura vocatur,*
Altera dicitur eſſe Helice.

Cujus quidem clariſſimas ſtellas totis noctibus cernimus,

[2] *Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare Triones.*

Paribuſque ſtellis [3] ſimiliter diſtinctis eundem caeli verticem luſtrat parva Cynoſura.

[4] *Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.*
Sed prior illa magis ſtellis diſtincta refulget,
Et latè prima confeſtim à nocte videtur.
Haec verò parva eſt: ſed nautis uſus in hac eſt.
Nam curſu interiore brevi convertitur orbe.

Et quo ſit earum ſtellarum admirabilior aſpe-
42 ctus,

[5] *Has*

1 *Ex his altera apud Graios*] Verſ. 36.

Οἳ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
Τὴν δ' ἑτέρην, Ἑλίκην.

2 *Quas noſtri* &c.] Verſus hic extra *Aratum* eſt, à *Cicerone* adjectus. Simile eſt illud infra:

-----noſtrique Latini
Orbem ſigniferum perhibebunt nomine vero.

Grotius.

3 *Similiter* diſtinctis] Cum Cl. *Walkero* legerim *diſtincta*; quæ vox ad *Cynoſuram* referetur. *Davies.*

4 *Hac fidunt duce*] Verſ. 39.

Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν,
Ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ, καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη,
Πολλὴ φαινομένη Ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός·
Ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων·
Μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι.

Paucis *Ovidius* Triſt. lib. IV. Eleg. III, 1.

Magna minorque feræ; quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraque ſicca, rates.

Paucioribus autem *Seneca* Med. vſ. 697.

Major Pelaſgis, apta Sidoniis minor.

Vide & Faſt. lib. III, 106. *Manilium* lib. I. pag. 10. ac *Arrianum* de Exped. Alex. lib. VI. cap. 26. Urſe minoris inventionem Thaleti tribuit *Callimachus* apud *Diogenem Laertium* lib. I. §. 23. & *Achillem Tatium* Iſag. in Phænom. cap. I. pag. 123. Vide & Scholia in Il. Σ. 487. *Idem.*

5 *Has inter veluti rapido*] Verſ. 45.

Τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρας, οἵη ποταμοῖο ἀπορρώξ,

Εἰλεῖται

[5] *Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,*
Torvu' Draco ſerpit [6] *ſubter ſuperaque revolvens*
Seſe, conficienſque ſinus è corpore flexos.

Ejus cùm totius eſt praeclara ſpecies, in primis ſuſpicienda eſt figura capitis atque ardor oculorum.

[7] *Huic non una modò caput ornans ſtella relucet,*
Verùm tempora ſunt duplici fulgore notata,
E trucibuſque oculis duo fervida lumina flagrant,
Atque uno mentum radianti ſidere lucet.
[8] *Obſtipum caput & tereti cervice reflexum:*

[1] *Obtu-*

Εἰλεῖται, μέγα θαῦμα, Δράκων, περί τ' ἀμφί τ' ἐαγὼς
Μυρίος.—

Serpentis lapſum cum flumine primus comparavit *Heſiodus*, quem ſecuti ſunt *Virgilius* aliique. Vide *Servium* ad Georg. I, 245. & *Pet. Victorium* Var. Lect. lib. XXXIII. cap. 15. *Idem.*

6 *Subter* ſuperaque *revolvens*] Vulg. *Supraque*. Sed nos antiquam formam, quâ ſæpe uſus eſt *Lucretius*, reduximus, auctoritate veterum Codicum moti, fideque *Priſciani*, qui ſic loquitur lib. XIV. col. 1001. Super *tamen &* ſupra *à* ſupera; *illud per Apocopam, hoc per Syncopam facta ſunt. Sic enim antiqui frequenter protulêrunt, & maxime* Cicero *in poëmatibus ſuis, ut in Arato:*

Torvu' Draco ſerpit ſubter, ſuperaque retorquens
Seſe &c.

Vide & col. 980. *Hugonis* verò *Gratii* conjectura, pro quâ paullò poſt mavult *ſinus è corpore* FLEXO, non videtur neceſſaria; quarè, renitentibus MSStis, haud eſt admittenda. *Idem.*

7 *Huic non una modò*] Vſ. 45.

—— Οὐ γὰρ ἐκείνῃ
Οἰόθεν ἐδ' οἶος κεφαλῇ ἐπιλάμπεται ἀςὴρ,
Ἀλλὰ δύο κροτάφοις, δύο δ' ὄμμασιν, εἷς ὑπένερθεν
Ἐσχατιὴν ἐπέχει γένυος δεινοῖο πελώρε.
Λοξὸν δ' ἐςὶ κάρη, νεύοντι δὲ πάμπαν ἐοικεν
Ἄκρην εἰς Ἑλίκης ἐρήν——

8 *Obſtipum caput & tereti cervice reflexum*] *Elienſ.* unus habet

Obſtipumque caput, tereti cervice reflexum.

Sic & alter, ac *Bonon.* 1494. niſi quod is *reflexit*, illa verò *revulſum*. *Pal.* ſec. *Reg.* aliique nonnulli Codices,

à tere i

[1] *Obtutum in cauda majoris ſigere dicas.*

Et reliquum quidem corpus draconis totis noctibus cernimus.

[2] *Hoc caput hîc paullum ſeſe ſubitoque recondit,*
Ortus ubi atque obitus [3] *parte admiſcentur in una.*

Id autem caput

[4] *Adtingens defeſſa velut moerentis imago*
Vertitur;

quam quidem Graeci

[5] *Engo-*

à tereti cervice reflexum, quam lectionem non improbat *Gruterus*. At ſana prorſus eſt vulgata. *Virgilius Æn.* VIII, 633.

------*Illam* tereti cervice reflexam
Mulcere alternos & corpora fingere lingua.

Ubi noſtrum Poëta ſummus imitatur. *Manilius* lib. I. pag. 11.

Reſpicit ille tamen molli cervice reflexus. *Davies.*

1 *Obtutum* in cauda] *H. Grotius* reponit *in caudam*; quod eodem redit: hæc enim *præpoſitio* tam ſextum, quàm quartum, *caſum* recipit, ut innumeris exemplis *Voſſius*, *Munckerus*, aliique demonſtrarunt. *Idem.*

2 *Hoc caput hic paullum ſeſe*] Verſ. 61.

Κείνη που κεφαλὴ τῇ νίσσεται, ἧχί περ ἄκραι
Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν.

Senſus eſt, caput Draconis Horizontem, quem Oceanum Poëtæ vocant, radere, quà meridianus cum eodem Horizonte committitur, ut obſervat *D. Petavius* Var. Diſſ. lib. III. cap. 5. At ob brevitatem noctium dierumque longitudinem ità locuti ſunt *Aratus* & *Cicero*, ſi ſit *Hygino* fides Poët. Aſtron. lib. IV. cap. 3. ubi huncce cum levi variatione verſum profert. *Theon* utramque profert interpretationem. *H.* quidem *Grotius* emendandum putat,

Hoc caput hic paullum ſeſe ſubito ÆQUORE *condit.*

Ut *ſubito* ſit participium, non ἐπίρρημα. Malim

Hoc caput hic paullum ſeſe SUMMO ÆQUORE *condit*;

ut intelligatur caput Draconis, Oceano ſe non penitus immergere, ſed ejus tantùm ſtringere ſuperficiem. *Idem.*

3 *Partim miſcetur in una*] Hoc quidem falſum. Ven. *Partim admiſcetur.* *Arati* autem verſus notus: Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν. Neque video quid legi vetet, *Parti miſcetur*, ut apud *Plautum* Menæchmis; *de* parti *meâ*. Camerarius.

Ibid. *Parte admiſcentur in una*] *Elienſ. Med. Reg.* & *Victor.* dant *partim admiſcetur in una.* *Lambinus* edidit, *partem admiſcentur in unam.* Lectionem à nobis retentam præſtat *Hyginus* Poët. Aſtron. lib. IV. cap. 3. *Davies.*

6 *Ar-*

5 *Engonaſin vocitant, genibus quia nixa feratur.*

6 *Hîc illa eximio poſita eſt fulgore Corona.*

Atque haec quidem à tergo: propter caput autem Anguitenens,

7 *Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graji.*
Hic preſſu duplici palmarum continet anguem,
8 *Ejus & ipſe manet* 9 *religatus corpore toto:*
Namque virum medium ſerpens ſub pectora cingit.

Ille

4 *Attingens defeſſa velut*] Verſ. 63.
Τῷ δ᾽ αὐτῷ μογέοντι κυλίνδεται ἀνδρὶ ἐοικὸς
Εἴδωλον----

Theon: Πρὸς τὴν θέσιν ἀποβλέπει· καὶ γὰρ ὀκλάσας καὶ κατατεπονὼς ἐστιν ὡς ἀπό τινος ΚΑΜΑ'ΤΟΥ. Hinc patet verſionem *Ciceronianam* τοῦ μογέειν non eſſe cum *Grotio* vituperandam. Varias hac de fabula ſententias refert *Hyginus* Poët. Aſtron. lib. II. cap. 6. Hoc obſervavit ampliſſ. *Boherius*; cui placet, *Attingens defeſſa velut* MORIENTIS *imago*. Non autem ſollicitanda videtur *marentis* vox, ſiquidem cuncti labore fatigati mæſtitiam vultu præferunt. *Idem*.

5 *Engonaſin vocitant*] Verſ. 66.
Ἐν γόνασιν καλέουσι· τὸ δ᾽ αὖτ᾽ ἐν γούνασι κεκλιμένον
Ὀκλάζοντι ἔοικεν---

6 *Hic illa eximio*] Verſ. 71.
Αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος, τὸν ἈΓΑΥΟ'Ν ἔθηκε
Σῆμ᾽ ἔμεν Διόνυσος---

Sic enim melius & verſioni *Ciceronis* accommodatius legitur, quàm ἀγαυὸς, ut in vulgatis. *Theon* utriuſque ſcripturæ meminit. *Idem*.

7 *Quem claro perhibent*] Verſ. 76, 82, ſeqq.
Αὐτὸν ὑπερφερέαστοιο φαεινόμενον Ὀφιοῦχον---
Ἀμφότεραι (χεῖρες) δ᾽ ὄφιος πεπονέαται, ὅς ῥά τε μέσσον
Δινεύει Ὀφιοῦχον· ὁ δ᾽ ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρὼς
Ποσσὶν ἐπιθλίβει μέγα θηρίον ἀμφοτέροισι
Σκορπίον, ὀφθαλμῷ τε καὶ ἐν θώρηκι βεβηκὼς
Ὀρθός---

Malè quidem; ut oſtendit *Hipparchus* ad Phænom. lib. I. cap. VIII. pag. 183. *Idem*.

8 Ejus & *ipſe manet*] *Reg. Med. Lincoln.* & *Aſcenſ.* exhibent, *atque ejus ipſe manet:* quod metri gratia mutatum videtur, Non erat autem cur verſui timerent, ſiquidem vox *ejus* non rarò fit monoſyllaba. Vide *Chr. Waſium* de Senar. p. 105. *Idem*.

9 *Religatus corpore* TOTO] Egregiè *Reg.* a primâ manu, *religatus corpore* TORTO. *Catullus* in Epith. Thetidis & Pelei:

Pars ſeſe TORTIS *ſerpentibus incingebant.*

Virgilius Georg. III, 38.

------------TORTOSque *Ixionis angues.*

Sed exemplis haud opus; nihil enim ſerpenti

Ille tamen nitens graviter veſtigia ponit,
Atque oculos urget pedibus pectuſque Nepaï.

Septem triones autem ſequitur

[1] *Arctophylax, volgò qui dicitur eſſe Bootes:*
Quòd quaſi temone adjunctam prae ſe quatit Arctum.

Dein quae ſequuntur. [2] Huic enim Booti

——Subter praecordia fixa videtur
Stella micans radiis, Arcturus nomine claro:

[3] cui ſubjecta fertur,

Spicum inluſtre tenens ſplendenti corpore Virgo.

Atque

ſerpenti frequentius tribuitur. *Manilius* tamen lib. I. pag. XI.

Serpentem magnis Ophiuchus nomine ſignis
Dividit, & TOTO mergentem corpore corpus
Explicat ----

At ibi TORTO rectè legit *Joſ. Scaliger*, quem loci *Ciceroniani* non meminiſſe miror. Hæ certè voces alibi ſunt à Librariis permiſtæ. Sic apud *Corn. Severum* Ætn. vſ. 103.

----Deſeditque infima tellus,
Sed TOTIS rimoſa cavis ----

Quid ſibi vult terra TOTIS cavis rimoſa? Sed aliquis emerget ſenſus, ſi modò legatur, TORTIS *rimoſa cavis*; quemadmodum diſertè repræſentat MS. qui fuit in bibliothecâ præſtantiſſima *Joannis Mori*, nuper *Elienſis* Epiſcopi, de me quàm optimè meriti. *Davies.*

1 *Arctophylax, vulgo*] Verſ. 92.

Ἀρκτοφύλαξ, τὸν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην,
Οὕνεκ' ἀμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται Ἄρκτου.

Vide *Manilium* lib. I. pag. x, 31. *Idem.*

2 *Huic enim Booti* Subter præcordia fixa videtur] *Elienſ. Med.* & *Bonon.* 1494. *huic etenim Booti.* Malim, *huic* AUTEM *Booti.* *Aratus* verſ. 94.

----Ὑπὸ ζώνῃ ΔΕ' οἱ αὐτὸς
Ἐξ ἄλλων Ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ. Idem.

3 *Cui ſubjecta fertur* Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo] In *Victor.* eſt, CUJUS *ſubjecta*, nec aliter *Elienſ. Reg. Med. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. Ita, ſicuti quidem videtur, & reliqui MSSti; ſed hujus varietatis nullam mentionem fecerunt editores, quod apertè ſolœcam redderet orationem. Fortè tamen vox ob ὁμοιοτέλευτον excidit, legendumque, *cujus* PEDIBUS *ſubjecta.* *Aratus* certè vſ. 96.

Ἀμφοτέροισι δὲ ΠΟΣΣΙΝ ὑποσκέπτοιο Βοώτεω
Παρθένον, ἥ ῥ' ἐν χερσὶ φέρει στάχυν αἰγλήεντα.

Hyginus Poët. Aſtron. lib. III. cap. 24. *Virgo infra* PEDES *Bootis collocata.* Verſiculi verò *Ciceroniani* meminit *Servius* ad Georg. I, 111. ubi ſic loquitur. *Dicimus autem* hic ſpicus, *&* hoc ſpicum. *Cicero in Arato:*

Spicum illuſtre FERENS INSIGNI *corpore virgo.*

Has

Atque ita demetata ſigna ſunt, ut in tantis de- 43
ſcriptionibus divina ſollertia appareat.

[4] *Et natos Geminos inviſes ſub caput Arcti,*
[5] *Subjectus media eſt cancer, pedibuſque tenetur*
Magnu' Leo, tremulam quatiens è corpore flammam.

Auriga

[6] *Sub laeva Geminorum* [7] *abductus parte feretur.*
Adverſum caput huic Helice truculenta tuetur.
At

Has autem lectionis diverſitates non tam libris veteribus, quàm labili memoriæ, tribuendas cenſeo. *Idem.*

4 Et *natos Geminos*] Verſ. 147.

Κρατὶ ΔΕ' οἱ δίδυμοι· μέσσῃ δ' ὑπὸ
καρκίνος ἐστὶ,
Ποσσὶ δ' ὑπ' ἀμφοτέροισι λέων ὑπὸ
καλὰ φαείνει.

Hinc cum *Patricio* & *Boberio* legendum, AT *natos geminos* &c. *Idem.*

5 *Subjectus* media *eſt cancer*] Latinior erit oratio, ſi reſcribas *ſubjectus* mediæ *eſt cancer*, videlicet Arcto. Sed & *Grotius* ita dedit. *Idem.*

6 *Sub lavâ Geminorum*] Verſ. 160.

Αὐτὸν μὲν μιν ἅπαντα μέγαν διδύμων
ἐπὶ λαιᾷ
Κεκλιμένον δήεις· ἙΛΙ'ΚΗΣ ΔΕ' 'ΟΙ
ΑΚΡΑ ΚΑ'ΡΗΝΑ
'ΑΝΤΙ'Α ΔΙΝΕΥ'ΕΙ· σκαιῷ δ' ἐπελήλαται ὤμῳ
Αἲξ 'Ιερή ----

Hinc patet in *Ciceronis* verſione corrigendum, HELICES *truculenta tuetur*, vel *Helica*, ut voluit *H. Grotius*. Senſus eſt caput Helices, Aurigæ adverſum, truculente tueri. *Ovidius* in Epiſt. Hermiones Oreſtæ vſ. 107.

Nox ubi me thalamis ululantem &
ACERBA *gementem*
Condidit.

Virgilius Georg. III, 149.

Aſper, ACERBA *ſonans; quo tota*
exterrita ſilvis
Diffugiunt armenta.

Iterum Æn. VI, 467.

Talibus Æneas ardentem ac TORVA *tuentem*
Lenibat dictis animum.

Et IX, 124.

-------*Cunctatur & amnis*
RAUCA *ſonans, revocatque pedem*
Tiberinus ab alto.

Statius Thebaid. I, 447.

Vix ea cum mixto clamore OBLIQUA TUENTES
Incipiunt una &c.

Et IV, 606.

-------*Dirumque* tuens obliqua *nepotem.*

Ex imitatione Græcorum, multa ſunt hujuſce generis apud Latinos. Adi ſi neſcis, *Servium* ad Æn. V, 19. *Idem.*

7 Abductus *parte feretur*] Hoc eſt, averſus. Vulgò *obductus*. Sed *Hugonis Grotii* conjecturam ſum ſecutus, quam firmat MS. *Cantab.* Idem.

I *At*

[1] *At Capra laevum humerum clara obtinet,*

Tum quae ſequuntur.

[2] *Verum haec eſt magno atque inluſtri praedita ſigno.*

Contrà Haedi exiguum jaciunt mortalibus ignem.

Cujus ſub pedibus

[3] *Corniger eſt valido connexus corpore Taurus.*

Ejus caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus.

Has Graeci ſtellas, Hyadas vocitare ſuërunt:

à pluendo; [4] ὕειν enim eſt pluere; noſtri imperitè ſuculas: [5] quaſi à ſubus eſſent, non ab imbribus

1 *At capra lævum* humerum *claro obtinet*] *Humero* ſcriptum eſt in veteribus libris. *Urſinus.*

Ibid. *At capra lævum humerum* CLARA *obtinet*] Hanc lectionem retinent noſtri Codices, niſi quod *Med. Bonon.* 1494. & *Victor.* repræſentent, CLARO *obtinet*. Verùm, ſi *Grotio* fides, in nonnullis MSStis eſt, *humero clara obtinet*, unde ſcribendum pronuntiat, *At capra* lævo humero *clara* obnitet. Quod quamvis præclárè factum judicet *Gruterus*, emendatio tamen haud eſt neceſſaria; non enim fuit, cur ejus *clarum fulgorem* hic prædicaret, cùm verſus quidem proximus huic rei ſit deſtinatus. Mihì minima mutatione reponendum videtur, *lævum humerum* SACRA *obtinet*, ut *Arato* dicitur αἶξ ἹΕΡΗ. *Davies.*

2 *Verùm hac eſt magno*] Verſ. 165.

Ἀλλ' ἡ μὲν πολλή τε καὶ ἀγλαή· οἱ δέ οἱ αὐτῆς
Λεπτὰ φαείνουσιν ἔριφοι καρπὸν κατὰ χειρός.

3 *Corniger eſt valido* CONNEXUS *corpore Taurus*] *Lambino Grotioque* placet *connixus.* Malim

Corniger eſt valido CONVEXUS *corpore Taurus.*

Hujus emendationis auctor eſt *Aratus* ipſe vſ. 167.

Πὰρ ποσὶ δ' Ἡνιόχου κεραὸν ΠΕΠΤΗΟΤΑ ταῦρον.

Nam *convexus* eſt curvus, ac cadenti ſimilis. *Iſidorus* Orig. lib. III. cap. 38. Convexum *enim curvum eſt, & quaſi converſum ſeu inclinatum. Servius* ad *Virgilii* Eclog. IV, 50. Convexo, *curvo, inclinato.* Eundem Grammaticum vide ſis & ad Æn. I, 314. *Idem.*

4 Ὕειν *enim eſt pluere*] Hæc, judice *Grutero*, ſcribæ gloſſam reſipiunt. Sed inanis videtur ea ſuſpicio. *Tullius Tiro* apud *Agellium* N. A. lib. XIII. cap. 9. *Pluere autem & Græca lingua* ὕειν *dicitur. Hyginus* Fab. CXCII. *Eſt autem Græce* ὕειν, *pluere. Iſidorus* Orig. lib. III. cap. 70. *Hyades dictæ* ἀπὸ τοῦ ὕειν, *id eſt, — a pluviis. Nam pluvia Græcè* ὑετός *dicuntur.* Hæc ex locis ipſis, ubi de Su-

culis

imbribus nominatae. Minorem autem Septentrionem Cepheus paſſis palmis [6] à tergo ſubſequitur.

[7] *Namque ipſum ad tergum Cynoſurae vertitur Arcti.*

Hunc antecedit

[8] *Obſcura ſpecie ſtellarum Caſſiepea.*

[9] *Hanc autem inluſtri verſatur corpore propter*
Andromeda, aufugiens aſpectum moeſta parentis.

[10] *Huic Equus ille jubam quatiens fulgore micanti,*

[1] *Summum*

culis agitur, depromſimus. Opiniones veterum de *Hyadum* & *Suculaurm* veriverbio congeſſit *G. J. Voſſius* in Etymologico; quibus addi poteſt nova *Jac. Perizonii* conjectura, quam protulit ad *Sanctii* Minerv. lib. I. cap. X. pag. 71. *Idem.*

5 *Quaſi à* ſubus *eſſent*] Vulgò *ſuibus.* Nos eam formam recepimus, quam præſtant *Med.* & *Lincoln.* Vide *G. J. Voſſium* Anal. lib. II. cap. 15. *Idem.*

6 *A tergo*] Sic MS. *Cantab.* Vulgò *terga.* Idem.

7 *Namque* ipſum *ad tergum*] *Elienſ.* habet *ipſa. Med.* autem *ipſai.* Leg. *namque* IPSE *ad tergum*, nempè Cepheus. *Aratus* verſ. 182.

ΑΥΤΟΣ μὲν κατόπισθεν ἰὼν Κυνοσουρίδος Ἄρκτου
Κηφεύς. Idem.

8 *Obſcura ſpecie ſtellarum* Caſſiepea] Verſ. 188.

--Οὐ μάλα πολλὴ
Νυκτὶ φαεινομένη παμμηνίδι Κασσιέπεια.

Nobis autem, pro perpetua Græcorum conſuetudine, *Caſſiepea* cum *Grotio* placuit, non *Caſſiopea.* Videatur *Joſ. Scaliger* ad *Manilium* pagg. 52, & 459. Ita certè vox illa legitur in Arateis *Germanici Caſaris* & *Avieni.* Idem.

9 *Hanc autem illuſtri*] Verſ. 192.

Αὐτῆς γὰρ κἀκεῖνο κυλίνδεται αἰνὸν ἄγαλμα
Ἀνδρομέδης, ὑπὸ μητρὶ κεκασμένον--

ubi *Theon*, inter alias interpretationes, notat, κεκασμένον dici poſſe, quaſi κεχωρισμένον. In hunc certè ſenſum *Ciceroni* vocatur *aufugiens aſpectum mæſta parentis*; nam reprobanda prorſus eſt duorum *Pall.* ſcriptura, quibus eſt *haud fugiens.* Tum verò dare debuit *Aratus* κεχασμένον ἀπὸ τοῦ χάζεσθαι, *à recedendo*; ſiquidem τῷ κάζεσθαι talis non competit poteſtas. *Idem.*

10 *Huic Equus ille jubam*] Verſ. 205.

Ἀλλ᾽ ἄρα οἱ καὶ κρατὶ πέλωρ ἐπελίλαται ἵππος
ΓΑΣΤΕΡΙ ΝΕΙΑΙΡΗι· ξυνὸς δ᾽ ἐπιλάμπεται ἀστήρ,
Τοῦ μὲν, ἐπ᾽ ὀμφαλίῳ· τοῦ δ᾽, ἐσχατόωντι καρήνῳ.

Vide

[1] *Summum contingit caput alvo: ſtellaque jungens*
Una, tenet duplices communi lumine formas,
[2] *Æternum ex aſtris cupiens connectere nodum.*
[3] *Exin contortis Aries cum cornibus hæret.*

Quem propter

[4] *Piſces, quorum alter paullum prælabitur antè,*
[5] *Et magis horriferis aquilonis tangitur auris.*

44 Ad pedes Andromedae Perſeus deſcribitur,

[6] *Quem ſumma ab regione aquilonis flamina pulſant.*
[7] *At propter laevum genus omni ex parte locatas*

Parvas

Vide ſis *Hyginum* Poët. Aſtron. lib. III. cap. 10.

1 Summum *contingit caput alvo*] *Grotius* edidit *ſumma:* forſan ut Arateorum γαστέρι νειαίρῃ reſponderet. Sicut arbitror, haud malè. *Davies.*

2 Æternum *ex aſtris*] *Grotius* mavult *ætherium*, quod alibi *cœleſtem nodum* dixerit *Cicero*. Sed nihil opus eſt; quippe cuncta *cœleſtia* pro *æternis* habebantur. *Avienus* in Arateis de Jove:

Viſcera, & æternos animat genitabilis artus. Idem.

3 *Exin contortis*] Verſ. 224.

-- Καί τοι τῇδ᾽ ἐπὶ ...
Αὐτῦ καὶ κριοῖο θοώτατοί εἰσι κέλευθοι.

4 *Piſces, quorum alter*] Verſ. 240.

Ἰχθύες· ἀλλ᾽ αἰεὶ ἕτερος προφερέστερος ἄλλου.
Καὶ μᾶλλον Βορέαο νέον κατιόντος ἀκούει.

5 *Et magis* horriferis] *Horriſonis* vetus liber. *Urſinus.*

Ibid. *Et magis* horriſonis] Alii *horriferis*. Avienus:

--*Horriferis Aquilonibus illa rigeſcunt.*

Germanicus:

--*Sub* horrifero *Aquilone.*

Grotius.

6 *Quem ſumma* ab *regione*] Verſ. 250.

Αὐτὰρ ὅγ᾽ ἐν Βορέῃ φέρεται περιμήκετος ἄλλων.

MSS. *Reg. Med.* & *Lincoln.* præpoſitionem malè prætermittunt. *Davies.*

7 *At propter lævum* genus]

Ἄγχι δέ οἱ σκαιῆς ἐπιγουνίδος ἤλιθα πᾶσαι
Πληϊάδες φορέονται· ὁ δ᾽ οὐ μάλα πολλὸς ἁπάσας
Χῶρος ἔχει, καὶ δ᾽ αὐταὶ ἐπισκέψασθαι ἀφαυραί.

Hos *Ciceronis* verſus laudat *Priſcianus* lib. VI. col. 685. ubi *genus* pro *genu* poni multis demonſtrat exemplis. Vide ſis & *Nonium* in *genu* ac *Servium* ad *Virgilii* Æn. III, 22. qui legit *Hujus genus*. *Med.* autem, *Lincoln. Reg.* & *Cantab.* omiſſis reliquis, *Cujus propter lævum genu* (vel, *genus*) *Vergilias tenui cum luce videbis.* Forſan igitur *Cicero* reliquit: *cujus*, vel *hujus*, *propter lævum genus*

--*Vergilias tenui cum luce videbis.*

Et ita ferè *Manucius* & *Lambinus* ediderunt; ut eorum Codices eandem.

Parvas Vergilias tenui cum luce videbis.
[8]*Inde Fides leviter poſita, & convexa videtur.*
Inde eſt ales avis lato ſub tegmine caeli.

Capiti autem Equi proximat Aquarii dextra, totuſque deinceps Aquarius.

[9]*Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans,*
[10]*Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.*
Quem cùm perpetuo veſtivit lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore currum.

Hinc autem aſpicitur,

[11]*Ut ſeſe oſtendens emergit Scorpios altè*
Poſteriore

dem, quam noſtri MSSti, dederint lectionem. *Victorius* tamen *Grutero* præivit. *Idem.*

8 *Inde Fides leviter poſita ac* convexa *videtur*] Vulgò *connexa.* Verſ. 268, 272.

Καὶ χέλυς ἥτ' ὀλίγη --
Ἀντιπέρην ὄρνιθος ἐλίσσεται --

Hadr. quidem *Turnebus* reſcribit,

Inde Fides levis adpoſita *&* connexa *videtur.*

At *H. Grotio* placet *convecta videtur*, συγκομισθεῖσα. Ego verò ex *Reg.* & *Aſcenſ.* lectionem recepi, quæ præprimis convenit, quæque *Jac. Gronovio*, fide MSti *Buſlidiani*, placuit. *Idem.*

9 *Tum gelidum valido*] Verſ. 284, 292.

--Ὁ δ' ὀπίτερος Αἰγοκερῆος
Τέλλεται -
--Ὁππότ' Αἰγοκερῆϊ
Συμφέρετ' Ἠέλιος, τότε δὴ κρύος
ἐκ Διός ἐστι.

10 *Corpore* ſemifero] Ampliſſ. *Boherius* legit *ſetifero*: quòd *Avienus* dixerit,

Hiſpida ſetoſi *marcet facies Capricorni.*

Prætulerim tamen aliorum ſententiam, qui Capricornum *ſemiferum* dici contendunt, quoniam ex hirco & piſce componatur; hircus autem manſuetum ſit animal. Pariter *Gratius* Cyneg. vſ. 253. Catulum Thoë patre, cane matre prognatum memorans ait,

Hic & ſemiferam *Thoum de ſanguine prolem*
Finxit.

Quin & receptam lectionem ſervat *Priſcianus* lib. VI. col. 685. *Idem.*

11 Ut *ſeſe oſtendens emergit* Scorpios *alte*] Verſ. 305, 312, 315.

Ἤτοι γὰρ μέγα τόξον ἀνέλκεται ἐγγύθι
κέντρου
Τοξευτής, ὀλίγον δὲ παροίτερος ἵσταται
αὐτοῦ
Σκορπίος ἀντέλλων --
-Ὁ δὲ οἱ παραπέπταται ὄρνις
Ἀσσότερον Βορέω· χεῖσθεν δέ οἱ ἄλλος
ἀήτης,
-καί μιν καλέουσιν ἀητόν.

Prima vox à quam plurimis exulat MStis. Legerim ET *ſeſe oſtendens.* Tamen ut verum fatear non erat, cur Balbus aliquid verſibus hiſce præmitteret. Itaque forſan reſcribi poſſit, reliquis deletis,

Poſteriore trahens [1] *flexum vi corporis arcum.*
Quem propter nitens pennis convolvitur ales.
At propter ſe Aquila ardenti cum corpore portat.

Deinde Delphinus.

[2] *Exinde Orion obliquo corpore nitens.*

Quem ſubſequens

[3] *Fervidus ille Canis ſtellarum luce refulget.*

Pòſt Lepus ſubſequitur

[4] *Curriculum numquam defeſſo corpore ſedans.*
[5] *At Canis ad caudam ſerpens prolabitur Argo.*

[6] *Hanc*

Brumali flectens contorquet tempore currum.
Hinc ſeſe oſtendens emergit Scorpios altè.

Sic quidem diſerte editio *Aſcenſiana*; niſi quod in illa ſit *hic*, non *hinc*. In *Med.* & *Reg.* à primâ manu legitur *Scorpios*, more Græco, Poetis uſitatiſſimo; quem recepi. Vulgo *Scorpius*. Davies.

1 Flexum *vi corporis arcum*] Quatuor Gruteriani totidemque noſtri *plexum vi corporis arcum*. Quod noto, quia *Leſcaloperius* in ullis Codicibus hanc lectionem negat inveniri. Quin & ita dat editio *Aſcenſiana*. Idem.

2 *Exinde Orion*] Verſ. 322.

Λοξὸς μὲν Ταύροιο τομῇ ὑποκέκλιται αὐτὸς
Ὠρίων--

3 *Fervidus ille Canis*] Verſ. 327.

Φαίνεται ἀμφοτέροισι Κύων ὑπὸ ποσσὶ βεβηκώς.

4 *Curriculum nunquam* defeſſo *corpore ſedans*] *Elienſ.* repræſentat *defecto corpore. Lucanus* lib. IV, 600.

Jam defecta *vigent renovato robore membra.*

Seneca Epiſt. LVIII. *Integri ſenſus animum juvant, nec* defectum *& præmortuum* corpus *eſt. Tacitus* Annal. lib. IV. cap. 29. *Lentulus ſenectutis extrema, Tubero* defecto corpore-- *turbanda Reip. arceſſerentur.* Hâc de voce multis egêrunt *Nic. Heinſius* ad *Ovidii* Faſt. III, 674. & *Marq. Gudius* ad *Phadri* lib. I. Fab. XXI. nec dubitari poteſt quin ſit nitidiſſimæ Latinitatis. Attamen ſi *defectum* vel *defeſſum* fuiſſet corpus, aliquo modo *ſedaretur curriculum*. Reponendum credo

Curriculum nunquam, indefecto *corporè, ſedans*;

vel potius *indefeſſo*: nam ſecundum *Aratum* vſ. 339.

Ἐμμενὲς ἤματα πάντα διάκειται--

Germanicus in Arateis vſ. 17.

Cetera quæ toto fulgent vaga ſidera mundo
Indefeſſa *trahit proprio cum pondere cælum.*

Ultima litera vocis præcedentis, initium ſequentis, ut ſit, abſorpſerat. Sic apud *Silium* de Hannibale lib. VII, 154.

Hæc ſecum; *mediam* ſomni *cum buccina noctem*
Divideret.

Quæ ſenſu carent: at ſi legas *mediam inſomni*, locus fiet integer. *Idem.*

5 *At Canis ad caudam*] Verſ. 342.

Ἡ δὲ Κυνὸς μεγάλοιο κατ' οὐρὴν ἕλκεται Ἀργώ.

6 *Hanc*

[6] *Hanc Aries tegit, & ſquamoſo corpore Piſces,*
Fluminis inluſtri tangentem corpore ripas.

[7] Quem longè ſerpentem & manantem aſpicies
——[8] *proceraque Vincla videbis,*
Quæ retinent Piſces caudarum à parte locata.
[9] *Inde Nepae cernes propter fulgentis acumen*
Aram, quam flatu permulcet ſpiritus auſtri.

[10] Propter quae Centaurus
[11] *Cedit, Equi partis properans ſubjungere Chelis.*

[12] *Hic*

6 *Hanc Aries tegit*] Verſ. 357.

-- Ὑπὸ κριῷ τε καὶ ἰχθύσιν ἀμφοτέροισι
Βαιὸν ὑπὲρ ποταμοῦ βεβλημένον ἀστερόεντος.

Hæc autem de Piſtrice, non Argo, dicuntur: quapropter excidit *hinc Piſtrix*, vel ſimile quiddam; prout benè monuerunt *Leſcaloperius* & *Boberius*. Hinc etiam ſcribendum liquet, *Fluminis* illuſtris *tangentem corpore ripas*, quemadmodum notavit *Grotius*: ac ita diſerte repræſentat *Bonon.* 1494. *Idem.*

7 Quem *longè ſerpentem & manantem*] Vulgò *quam*; ſed nos ſecuti ſumus *Pall. Lincoln. Med. Cantab.* & *Bonon.* 1494. eſt enim σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, ac loquitur *Cicero*, quaſi præceſſerat *amnis* vel *fluvius*. Hoc animadverſo, patet non eſſe, cur cum *D. Lambino* reponamus, *quod longè ſerpens & manans*: nec hoc *Leſcaloperium* fugit. *Philoſtratus* vit. Apollonii lib. III. cap. 48. ΤΑ γὰρ ΘΗΡΙΑ ταῦτα εἶναί τε ἐν Ἰνδοῖς καὶ ἹΕΡΟΥΣ νομίζεσθαι τοῦ Ἡλίου. *Thucydides* lib. II. pag. 129. Ἡ ΝΟΣΟΣ πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι καὶ περὶ Λῆμνον, καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις. Ubi Scholiaſtes: Θηλυκῶς ἡ νόσος, τὸ δὲ ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ ὡς πρὸς τὸ νόσημα ἀπήντησεν. Ὅμηρος.

Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη, ΤΟ μὲν οὔποτε. Ὡς πρὸς τὸ νέφος ἀπήντησεν. Auctor vitæ *Homericæ* (quem *Dionyſium Halicarnaſſeum* fuiſſe putat *Th. Galeus*) hujuſce figuræ multa protulit exempla pag. 304. ed. Amſtel. Aſt apud eum male legitur τὸ μὲν οὔποτε ῥοθεῖ Scribe τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ, ut eſt apud ipſum *Mæoniden* Odyſſ. M, 75. Hanc in rem & nos plurima congeſſimus ad *Minucii Felicis* cap. XVII. pag. 81. *Idem.*

8 *Proceraque vincla videbis*] Verſ. 362.

Δεσμοὶ δ' οὐραῖοι, τοῖς ἰχθύες ἄκροι ἔχονται,
Ἄμφω συμφορέονται ἀπ' οὐραίων κατιόντες.

9 *Inde nepæ cernes* propter fulgentis] *Elienſ.* male *pariter fugientis*. *Aratus* verſ. 402.

Αὐτὰρ ὑπ' αἰθομένῳ κέντρῳ τέραος μεγάλοιο
Σκορπίου, ἄγχι Νότοιο θυτήριον αἰωρεῖται. Idem.

10 Propter quæ *Centaurus*] Lege *propterque Centaurus*, ut exhibent *Med.* & *Aſcenſ.* Idem.

11 *Cedit Equi partis properans ſubjungere* Cetis] Antiqui quidam libri Chelis, non Cetis, habent, quod rectum eſſe puto: nam & *Arati* verſus, quem interpretatur, ita habet;

O 2 Ἐπὶ ἑτέρα

[1] *Hîc dextram porgens, quadrupes quâ vaſta tenetur,*
Tendit, & inluſtrem truculentus caedit ad aram.
Hîc ſeſe [2] *infernis de partibus erigit Hydra:*
cujus longè corpus eſt fuſum.
[3] *In medioque ſinu fulgens Cratera relucet.*
[4] *Extremum nitens plumato corpore Corvus*
Roſtro tundit: & hic Geminis eſt ille ſub ipſis
[5] *Ante Canem, Procyon Grajo qui nomine fertur.*

Haec omnis deſcriptio ſiderum, atque hic tantus caeli ornatus, ex corporibus [6] huc & illuc caſu & temerè curſantibus potuiſſe effici, cuiquam ſano videri poteſt? aut vero alia quae natura, mentis & rationis expers, haec efficere potuit, quae

Ἱππείῃ δ' ὑπὸ σφίσι ΧΗΛΑΙ ἔχουσιν. Et ſanè non pauca menda de his carminibus ex *Arato* converſis ſuſtulimus: nec tamen neceſſe eſſe duxi nunc omnia repetere; nam quaedam certiora & illuſtriora ſunt, quàm ut oporteat illa aut confirmare ullis auctoritatibus, aut magis declarare. *Victorius.*

Ibid. *Cedit Equi partes properans* ſubjungere Chelis] Verſ. 438.

--Ἱππείῃ δ' ὑπὸ σφίσι Χηλαὶ ἔχουσιν.
Αὐτὰρ ὁ δεξιτερὴν αἰεὶ τανύοντι ἔοικεν
Ἀντία δινωτοῖο θυτηρίου·
Ἀλλ' ἔτι γαίῃ τι καὶ ἄλλο περαιόθεν ἕλκεται ἄστρον,
Ὕδρην μὲν καλέουσι--

Vulgò *ſubmergere Chelis*. Sed *Pall. Med. Lincoln. Cantab. Elienſ.* & *Reg.* habent *ſubjungere Cetis*; hoc quidem male; ſed illud optime, nec *H. Grotius* aliter conjecerat: nos igitur eam lectionem in orationis contextum recepimus. *Davies.*

1 *Hic dextram* porgens] *Porgam* pro *porrigam* veteres dixiſſe *Feſtus* teſtatur, ut *ſurgo* pro *ſurrigo*. Sed Aldina editio non habet *porgens*, ſed *pergens*. Id ego non improbo; nam ſimili modo & alibi *labens*, & *ſerpens*, & *ſe portans* dicit. Sed dices, unde regitur τὸ *dextram?* Nimirum à ſequentibus *tendit* & *cedit*. Nam *cedere dextram* eleganter dicimus, unde celebre illud in Fabulis, *Cedo manum*. Poſſis tamen *cadit* legere κατὰ δίφθογγον, ut ad Feram referatur, quae Hoſtia dicitur *Hygino*. Et hoc veri ſimile eſt, licet pugnent Codices, quia addit *truculentus*, hoc eſt σφαγεὺς, ab eo fonte à quo & *trucidare* dicimus. *Grotius.*

2 *Infernis de partibus*] Illud quod apud Aratum eſt περαιόθεν, Tullius interpretatur *infernis de partibus*: Avienus *deſuper*: Theon περαίαν vocari ait τὴν ἀνατολὴν, qui eodem loco etiam pro occaſu ſumi aſſeverat. Ita vox una non tantum diverſas ſed & contrarias habet ſignificationes. Ego *ulterius* tranſtulerim. *Idem.*

6 In

quae, non modò ut fierent, ratione eguerunt, ſed intelligi qualia ſint, ſine ſumma ratione non poſſunt? Nec verò haec ſolùm admirabilia, 45
[7] ſed nihil majus, quàm quòd ita ſtabilis eſt mundus, atque ita cohaeret ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem poſſit aptius: omnes enim partes ejus undique medium locum capeſſentes, nituntur aequaliter. Maxumè autem corpora inter ſe juncta permanent, cùm quaſi quodam [8] vinculo circumdato conligantur: quod facit ea natura, quae per omnem mundum omnia mente & ratione conficiens funditur, & ad medium rapit & convertit extrema. Quocirca ſi mundus globoſus eſt, ob eamque cauſſam omnes ejus partes undique aequabiles ipſae per ſe atque inter

3 *In medioque ſinu fulgens* Cratera *relucet*] Verſ. 448.

Μέσσῃ δ' σπείρῃ Κρητήρ· πυμάτῃ δ' ἐπίκειται
Εἴδωλον Κόρακος σπεῖραν κόπτοντι ἐοικός·
Ναὶ μὴν καὶ Προκύων διδύμοισιν ὑπὸ καλὰ φαείνει.

Primum *Ciceronis* verſum laudat *Nonius* in *Cratera* cap. xv. Vide & *Servium* ad Æn. I, 728. *Davies.*

4 Extrèmam *nitens*] *Extremum* habet antiquus Codex. *Urſinus.*

Ibid. Extremam *nitens*] Sic Codices noſtri. Sed cum MSto *Urſin.* malim, *extremum nitens*, videlicet *ſinum.* In Arateis certe vſ. 220. ſic editur. *Davies.*

5 *Antecanis, Graio Procyon*] Veneti *Ante Canem*, ut *pro Conſule.* Et ſane compoſitio *Antecanis* durior videtur. Ante Canem autem oritur illa ſtella, ut notum eſt. *Camerarius.*

Ibid. *Ante Canem*] Sic omnes noſtri, nec dubito quin ita ſcripſerit *Tullius.* In editis veteribus eſt *Antecanis*; & ita legit *Grotius*: *Scaligero* κατ' ἀρχαϊσμὸν placet *Antecanes.* Sane non adeo dura videbatur *Antecanis* compoſitio, quin eà uſus fuerit ſcholiaſtes ad *Germanici Caſaris* Aratea. *Lepus*, inquit, *ſub pedibus Antecanis* (ſic leg. non *Anticanis*) & *Orionis conſtitutus eſt.* Davies.

6 *Huc & illuc caſu & temere curſantibus*] Vulgò *concurſantibus.* Ego verò lectionem arripui, quam ſuppeditant *Victor. Elienſ. Med.* & *Reg.* non enim tam de Atomorum congreſſu, quàm de earum vago & incerto motu hic agitur. *Idem.*

7 *Sed nihil* majus] Legendum videtur *magis*, ut etiam doctiſſimus *Walkerus* animadvertit. *Idem.*

8 *Vinculo* circumdato] Licet hæc lectio ſatis ſit Latina, tamen ſcribendum ſuſpicabar *vinculo circumdata*; nec inanis fuit hæc ſuſpicio, prout oſtenderunt *Bonon.* 1494. & *Manut.* in quibus ita diſerte legitur. *Idem.*

inter ſe continentur: contingere idem terrae neceſſe eſt, ut, omnibus ejus partibus in medium vergentibus, (id autem medium, infimum in ſphaera eſt) nihil interrumpat, quo labefactari poſſit tanta contentio gravitatis & ponderum. Eademque ratione mare, cùm ſupra terram ſit, medium tamen terrae locum expetens, conglobatur undique aequabiliter, neque redundat umquam, neque effunditur. [1]Huic autem continens aer, fertur ille quidem levitate ſublimis, ſed tamen in omnes partes ſe ipſe fundit. Itaque & mari continuatus & junctus eſt, & natura fertur ad caelum; cujus tenuitate & calore temperatus, vitalem & ſalutarem ſpiritum praebet animantibus. Quem complexa ſumma pars caeli, [2]quae aether dicitur, & ſuum retinet ardorem tenuem & nulla admixtione concretum, & cum aeris extremi-

1 *Huic autem continens aër* fertur] *Circumfertur* eſt in antiquo. *Urſinus.*

Ibid. *Fertur ille quidem levitate* ſublimis] Recepi ſcripturam, quam nonnulli Codd. dant pro varia lectione; mirumque prorſus eſt, editores in *levitate ſublimi* conſenſiſſe: cum *levitas ſublimis* nihil omninò ſignificet; at alteram locutionem præſtent optimi quique ſcriptores. *Ovidius* Metam. IV, 720.

Vulnere læſa gravi modo ſe ſublimis *in auras*
Attollit --

Virgilius Georg. I, 404.

Apparet *liquido* ſublimis *in aëre Niſus.*

Idem Æneid. I, 419.

Ipſa Paphum ſublimis abit--

Germanicus in Arateis vſ. 251.

Dextera ſublata ſimilis prope Caſſiepeam
Sublimis *fulget* --

Idem vſ. 106.

-- *Mediis te læta* ferebas
Sublimis *populis* --

At ibi legerim *ſublimem populis.* Vide *Lucretium* lib. II, 608. *Davies.*

2 *Quæ* æther] *Ætherea* eſt in manuſcripto. *Urſinus.*

Ibid. *Summa pars cæli, quæ* AETHER *dicitur*] *Grutero* poſt *Victorium* placuit AETHRA, quòd ejus Codices dederint partim *ætherea*, partim *æthera.* Quin & in *Reg. Aſcenſ.* ac *Bonon.* 1494. diſerte legitur *æthra.* Ac ita perſæpe loquitur, inter alios, *Feſtus Avienus.* Sed hominis eſt judicio pollentis, rationi potius quam Librariorum lapſibus, fidem habere. Nam ſi *Tullius* hic *æthram* poſuiſſet, cur initio capitis XLVI. dixit, *in æthere*, non *in æthrâ, aſtra volun-*

extremitate conjungitur. In aethere autem aſtra volvuntur: quae ſe & nixu ſuo [3] conglobata continent; & forma ipſa figuraque ſua momenta ſuſtentant. Sunt enim rotunda: quibus formis, ut antè dixiſſe videor, minimè noceri poteſt. Sunt autem ſtellae natura flammeae: quocirca terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur his, qui à ſole [4] ex agris tepefactis & ex aquis excitantur: quibus altae renovataeque ſtellae atque omnis aether refundunt eadem, [5] & rurſum trahunt indidem, nihil ut ferè intereat, aut admodum paullulum, quod aſtrorum ignis & aetheris flamma conſumat. Ex quo eventurum noſtri putant id, [6] de quo Panaetium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret; cùm, humore conſumpto, neque terra ali poſſet, [7] nec remearet aer, cujus ortus, aqua omni

volvuntur? Et paullò poſt: *quibus altæ renovatæque ſtellæ, atque omnis* AETHER, non *æthra*? Deinde cælum non *æthram*, ſed *ætherem* perpetuò vocat. Vide lib. I. cap. 14. & lib. II. capp. 15, 16, & 40. Prætereà, licet hæ voces, apud Poëtas, interdum miſceantur, proprie tamen *Æther eſt ipſum elementum, Æthra verò ſplendor ætheris*, ut monet *Servius* ad Æn. III, 585. Pari modo Scholiaſtes *Homeri* ad Iliad. P, 646. Αἴθρη, ὁ ἀνέφελος καὶ εὔδιος ἀήρ. Non eſt autem, ut *Ciceronem ἀκυρίας* reum ſine neceſſitate ſtatuamus. Poſtremò, lectionem, quam repræſentavimus, firmant *Elienſ.* & *Probus* ad *Virgilii* Eclog. VI. pag. 72, ubi ex hoc loco bene longam ῥῆσιν adducit. *Davies.*

3 *Conglobata*] *Victoriani* noſtrique Codices *globata*. Idem.

4 *Ex agris tepefactis*] Has voces omittit MS. *Grutero* memoratus; ſed eas poſtulat oratio, *Probusque* cum reliquis Codicibus admittit. De re ipſa vide *Juſt. Lipſium* Phyſ. Stoicæ lib. II. Diſſert. XIV. *Idem.*

5 *Et rurſum trahunt* indidem] Sic legendum. *Indidem* autem, id eſt, ex eodem loco, ſeu ex iiſdem locis. *Lambinus.*

6 *De quo Panætium addubitare* dicebant] *Elienſ.* perperam *cogebant*. Panætius nimirum cum Boëtho, Poſidonio, & aliis quibuſdam Stoicis ἀφθαρσίαν mundi propugnabat. Adi *Lipſium* Phyſ. lib. II. Diſſert. 23. *Davies.*

7 *Nec remearet aër*] *Probus* habet *remanere*. Nonnulli Codd. *remaneret*. Idem.

omni exhauſta, eſſe non poſſet: ita relinqui nihil praeter ignem; [1] à quo rurſum animante ac deo [2] renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. Nolo in ſtellarum ratione multus vobis videri, maxumeque earum quae errare dicuntur. Quarum tantus eſt concentus ex diſſimillimis motibus, ut, cùm ſumma Saturni refrigeret, media Martis incendat, his interjecta Jovis inluſtret & temperet, infraque Martem duae Soli obediant; ipſe Sol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoque Luna inluminata graviditates & partus adferat maturitateſque gignendi. Quae copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturae, [3] quem non movet; hunc horum nihil
47 umquam reputaviſſe certò ſcio. Age ut à caeleſtibus

1 *A quo rurſum animante ac* Deo] Sic *Reg. Med. Lincoln. Bonon.* 1494. pluresque libri. At *Probus*, cum paucis Codicibus, exhibet *de eo*, nec aliter legendum cenſuit *D. Lambinus*. Miror equidem viro doctiſſimo tam horridam loquendi rationem placere potuiſſe. Sana prorſus eſt lectio vulgata: nam Stoici ignem *animantem* eſſe *ac Deum* ſtatuerunt. *Porphyrius* apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. XV. cap. 16. Τὸν δὲ Θεὸν οὐκ ὀκνοῦσι (Στωικοὶ) πῦρ νοερὸν εἰπόντες. *Plutarchus* de Repugn. pag. 1051. F. Χρύσιππος οὐδὲν οἴεται πλὴν τοῦ ΠΥΡΟ'Σ ἄφθαρτον εἶναι τῶν θεῶν. Vide & pag. 1052. ſeqq. ac *Juſt. Lipſium* Phyſ. Stoic. lib. II. Diſſert. 12. *Davies.*

2 *Renovatio mundi fieret*, atque idem *ornatus oriretur*] *Simplicius* in *Ariſtotelem* de Cælo lib. I. cap. 9. Καὶ ὁ Ἡράκλειτος δὲ ποτὲ μὲν ἐξάπτεσθαι φησὶ τὸν κόσμον, ποτὲ δὲ ἘΚ ΠΥΡΟ'Σ ΑΥ'ΘΙΣ ΣΥΝΙ'ΣΤΑΣΘΑΙ. Ταύτης δὲ τῆς δόξης ὕστερον ἐγένοντο οἱ Στωικοί. *Numenius* apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. XV. cap. 18. Ἀρέσκει γὰρ τοῖς Στωικοῖς φιλοσόφοις, τὴν ὅλην οὐσίαν εἰς πῦρ μεταβάλλειν, οἷον εἰς σπέρμα, καὶ πάλιν ἐκ τούτου αὐτὴν ἀποτελεῖσθαι τὴν διακόσμησιν, οἷα τὸ πρότερον ἦν. Adi ſis & *Plutarchum* contra Stoicos pag. 1075. Porro *Probus* pag. 72. habet *fieret* DENIQUE *ornatus oriretur*; nec aliter *Elienſ.* Leg. *fieret*, IDEMQUE *ornatus oriretur*. Idem.

3 *Quem non* movet] *Bonon.* 1494. *Quem non commovetur.* Hujuſmodi Codicem ſecutus eſt *Lambinus*, cùm ederet, *quem non commovet*: prout etiam dant *Med.* & *Lincoln.* Parum refert utram ſequamur rationem. *Id.*

4 A caulibus *braſſicisque*] Braſſicæ nomen caules complectitur: ideò videtur

leſtibus rebus ad terreſtres veniamus, quid eſt in his, in quo non naturae ratio intelligentis appareat? Principio, eorum, quae gignuntur è terra, ſtirpes & ſtabilitatem dant iis, quae ſuſtinent, & ex terra ſuccum trahunt, quo alantur ea, quae radicibus continentur: obducuntur que libro aut cortice trunci, quo ſint à frigoribus & caloribus tutiores. Jam verò vites ſic claviculis adminicula, tamquam manibus, adprehendunt, atque ſe ita erigunt, ut animantes. Quin etiam ⁴ à caulibus, [braſſicisque,] ſi propter ſati ſint, ut à peſtiferis & nocentibus, refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere. Animantium verò quanta varietas eſt? quanta ad eam rem vis, ut in ſuo quaeque genere permaneant? ⁵ quarum aliae coriis tectae ſunt, aliae villis veſtitae,

videtur legendum *à Lauris*, ex *Plinio* lib. XVII. cap. 24. *P. Manucius.*

Ibid. *A caulibus*, braſſicisque] *Elienſ.* uterque, *Reg. Med.* & *Victor.* omiſſa conjunctione, repræſentant *à caulibus, braſſicis*; unde liquidò patet poſtremam vocem, prioris eſſe Gloſſema, quapropter eam cinximus uncinis. Nam caulis non modo nomen eſt generale, ſed interdum κατ' ἐξοχὴν pro braſſicâ ponitur. *Plinius* H. N. lib. XVII. cap. 24. fin. *Odit* (vitis) *&* CAULEM *& olus omne.* De hac re vide ſis eundem lib. XX. cap. 9. & *Athenaeum* lib. I. pag. 34. *Juvenalis* Satir. V, 87.

Pallidus adfertur miſero tibi CAULIS---

Iſidorus Orig. lib. XVII. cap. 10. CAULIS *eſt generaliter herbarum* & olerum *medius frutex, qui vulgò tyrſus dicitur, quod à terra ſurſum conſcendat; ex quo derivatum eſt, ut ſpecialiter quoddam genus olerum* CAULIS *diceretur, quia* tyrſus *ipſius amplius ceteris oleribus coaleſcit, id eſt, creſcit.* Similiter, braſſicam *olus* vocari, notavit *Joſ. Scaliger* ad *Varronis* de RR. lib. I. cap. XVI. pag. 198. *Davies.*

⁵ *Quarum alia coriis tecta ſunt* &c.] Vide *Maximum Tyrium* Diſſ. X. *Phocylidem* apud *Stobaeum* in Floril. Tit. III. pag. 23. ed. Grotian. & *Anacreontem* Od. 2. ubi, poſtquam varias hominum beſtiarumque dotes memorârat, addit:

Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.
Τί οὖν δίδωσι; κάλλος.

At ſi nihil amplius habuit natura, quod feminis daret, quâ ratione fieri potuit, ut eas vel pulchritudine vel aliâ re quâvis donaret? Lego

Γυναιξὶν

ſtitae, aliae ſpinis hirſutae: pluma alias, alias ſquama videmus obductas: alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Paſtum autem animantibus largè & copioſè natura eum, qui cuique aptus erat, comparavit. Enumerare poſſum ad eum paſtum capeſſendum conficiendumque, quae ſit in figuris animantium & quàm ſollers ſubtiliſque deſcriptio partium, quamque admirabilis fabrica membrorum: omnia enim, quae quidem intus incluſa ſunt, ita nata atque ita locata ſunt, ut nihil eorum ſupervacaneum ſit, nihil [1] ad vitam retinendam non neceſſarium. Dedit autem eadem natura beluis & ſenſum & appetitum; ut altero conatum haberent

[1] Γυναιξὶν οὐκ ἘΠΕ'ΣΧΕΝ;
Τί ἂν δίδωσι; κάλλος.
Nullamne curam geſſit mulierum? Quid igitur iis impertit? Formam. Sed quoniam Teii vatis ſit mentio; nonnullos ejus locos obiter corrigamus, &, more *Ciceronis*, hilaritate Poëticâ philoſophicam ſeveritatem temperemus. Od. IX.
Τίς ἐστὶ σοι; μέλει δέ.
Hic verſus ingenia Criticorum torſit, quorum conjecturas refert *Lamb. Bos* Anim. pag. 76. Emendationis verò, quam profert *Jac. Tollius* ad *Auſonii* Parec. pag. 97. non meminit. Aſt irritos eorum omnium conatus arbitror. Lego,
Τίς ἐστιν, εἰ μέλει δέ.
ut Columbæ ſint verba --- Od. XIV. de Amore.
---Fἴθ' ἑαυτὸν
Ἀφῆκεν ἐς βέλεμνον·
ΜΕ'ΣΟΣ δὲ καρδίης μου
Ἔδυνε.
Lego ΜΕ'ΣΟΝ δὲ καρδίης μου, ut Od. 3.
Καί με τύπτει ΜΕ'ΣΟΝ ἭΠΑΡ.
Synesius de Regn. pag. 2. Ἀπειλοῦσι δείξειν τὴν ΚΑΡΔΙ'ΑΝ οὐκ ἐν χρῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ΜΕ'ΣΗΝ. Vide ſis eundem in Encom. Calvit. pag. 63. Od. XXIII.
Εἰ δ' ΟΥ'ΔΕ' ΤΟ' πρίασθαι
Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
Τί καὶ μάτην στενάζω;
Illud οὐδὲ vitioſum eſt, cùm nihil præcederit aut ſequatur, cum quo poſſit conjungi. Repono
Εἰ δ' ΟΥ'ΔΕ'ΠΩ πρίασθαι,
& tum demum omnia rectè ſe habent.----Od. XXIV.
Μέλει τί μοι φροντίδος.
Μηδέν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω.
Hæc eſt Codicum ſcriptura, quam metri ratio non admittit. Locum ſic reſtituo;
Μέλει τί μοι φροντίδος. μηδ---
ἘΝ μοι καὶ ὕμμιν ἔστω.
Vide *Hephaſtionem* pag. 15. *Joſ. Barneſius* ex conjectura reſcripſit,
Μέλει ἂν μοι, φροντὶ δεινά,
Οὐδέν ἐστι σοί τε κἀμοί.
Hoc verò non eſt Criticam, ſed Poëticen

rent ad naturales paſtus capeſſendos, altero ſecernerent peſtifera à ſalutaribus. Jam verò alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt, alia volando, alia nando: cibumque partim oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt, partim unguium tenacitate adripiunt, partim aduncitate roſtrorum: alia ſugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Atque etiam aliorum ea eſt humilitas, ut cibum terreſtrem roſtris facilè contingant. Quae autem altiora ſunt, ut anſeres, ut cygni, ut grues, ut cameli, adjuvantur proceritate collorum. [2] Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis [3] difficiles aditus habebant ad paſtum. At,

ticen exercere. Ita tamen paſſim ſe geſſit vir doctiſſimus. Sic Odâ ſequente libri dant,

Θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω.

At vir Cl. deſertis omnino priſtinæ ſcripturæ veſtigiis, refinxit,

Θάνοιμι κἂν μαλίστας.

Potuit melius,

Κἂν μὴ θέλω, θανεῖν δεῖ—Od. XXXII.
Εἰ φύλλα πάντα δένδρων
Ἐπίστασαι κατειπεῖν,
Εἰ ΚΥΜΑΤΩ͂ΔΕΣ *εὑρεῖν*
ΤΟ` *τῆς ὅλης θαλάσσης.*

Alii Codices habent ἩΜΑΘΩ͂ΔΕΣ, ac pro hac lectione pugnat *Baxterus*, pro illâ verò *Barneſius*. Uterque quidem, Andabatarum more. Proculdubio legendum

Εἰ ΚΥ͂ΜΑΤ' ΟΙ͂ΔΑΣ *εὑρεῖν*
ΤΑ` *τῆς ὅλης θαλάσσης.*

Id non inficias ibunt, qui *Anacreontem* trivêre. Apud eum multò plura ſunt ὕπουλα, quæque hominis docti ſagacitatem deſiderant. Sed tempus eſt, ut à ludicris ad ſeria revertamur. *Davies.*

1 *Ad vitam* retinendam] Non de nihilo eſt, quod *Elienſ.* uterque, *Reg. Med. Bonon.* 1494. *Aſcenſ.* & *Victor.* exhibeant *detinendam.* Idem.

2 *Manus etiam data elephantis*] Ita proboſcidem vocat. *Plinius* H. N. lib. VIII. cap. 10. *Spirant & bibunt odoranturque haud impropriè appellatâ* MANU. *Curtius* de iis agens lib. VIII. cap. 14. *Præcipuè*, inquit, *terribilis illa facies erat, cùm* MANU *arma viroſque corriperent.* Ac paullò poſt: *Queîs appetebant beluarum* MANUS. Hinc eos *anguimanos* dixit *Lucretius* lib. II. pag. 214. & lib. V. pag. 714. Rem ipſam tractat *Lactantius* de Opif. Dei cap. V, 13. *Idem.*

3 *Difficiles aditus* habebant *ad paſtum*] Quæ præcedunt, verba ſunt præſentis temporis. Ergò legendum *habeant*, ut diſerte *Bonon.* 1494. & *Aſcenſ.* Sic etiam *Med.* niſi quod is *habeat.* Certè nunc pariter, ac olim, *manus* iis paſcendis eſt commoda. *Idem.*

3 *Altus*

48 At, quibus beſtiis erat is cibus, ut [1] alius generis beſtiis veſcerentur, aut vires natura dedit aut celeritatem. Data eſt quibuſdam etiam machinatio quaedam atque ſollertia: [2] ut in araneolis, aliae quaſi rete texunt, ut, ſi quid inhaeſerit, conficiant: aliae autem [3] ex inopinato obſervant, &, ſi quid incidit, adripiunt, idque conſumunt. [4] Pinna verò (ſic enim Graecè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parva ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. Itaque cùm piſciculi parvi in concham hiantem innataverint, tum [5] admonita à ſquilla pinna morſu, comprimit conchas. Sic diſſimillimis beſtiolis communiter cibus quaeritur. [6] In quo admirandum eſt, congreſſune aliquo inter ſe, an jam inde ab ortu naturae ipſae congregatae ſint. Eſt etiam admiratio nonnulla

1 *Alius generis* beſtiis] *Elienſ.* uterque, *Med. Lincoln. Aſcenſ.* & *Victor.* dant, *alius generis* ESCIS; quod etiam *Reg.* habet pro varia lectione. Tot autem librorum conſenſus haud facit, ut à vulgatâ diſcedam. *Davies.*

2 *Ut in araneolis, alia quaſi rete texunt*] De iis ſic *Ælianus* Var. Hiſt. lib. I. cap. 2. Τὸ δὲ ἄρα πάγη καὶ οἱονεὶ κύρτος ἐστὶ τοῖς ἐμπίπτουσι· καὶ ἡ μὲν ἀρκυωρεῖ πάνυ σφόδρα ἀτρεμοῦσα καὶ ἔοικεν ἀκινήτῳ, καὶ ΤΟ ΜΕΝ ΕΠΕΣΕΝ, ὅ, τι πότε ἐστὶ τὸ ἐμπεσὸν, οὐδ' ἔχει διαίτην. *Jac.* quidem *Perizonius* ſanum eſſe locum contendit, eique ſenſum tribuit prorſus alienum. Scribendum puto, καὶ Ὃ μὲν ΕΝΕΠΕΣΕΝ --- οὐδ' ἔχει διαίτην. Ita clara fient omnia. *Xenophon* Mem. lib. III. cap. IX, 6. Ἀράχνια γὰρ δήπου λεπτὰ ὑφηνάμενοι, ὅ, τι ἂν ἐνταῦθα ΕΜΠΕΣΗι, τούτῳ τροφῇ χρῶνται. *Æneas Gazæus* in Theoph. pag. 406. B. Τὰ μικρὰ ζῶα τοῖς ἀραχνίοις ΕΜΠΕΣΟΝΤΑ εὐθὺς περιβάλλεται καὶ τεθήρευται. Certè τοῦ πίπτειν & ἐμπίπτειν diverſæ ſunt poteſtates. Librarii vero ΜΕΝ ΕΠΕΣΕΝ ἀντὶ τοῦ μὲν ἐνέπεσεν dederant, ob earundem literarum repetitionem: quo modo paſſim lapſi ſunt. Vide & *Senecam* Ep. 121. *Idem.*

3 *Ex inopinato*] Vulgò *ut ex inopinato.* Sed *Reg. Lincoln. Med.* & *Bonon.* 1494. primam vocem prætermittunt; eamque delevi, cùm ſenſum debiliorem redderet. *Idem.*

4 Pinna *verò*] Sic hoc in loco & ſequente reſcripſi, non *pina*, quemadmodum vulgati: nam Græcè πίννα

non

nulla in beſtiis aquatilibus his, quae gignuntur in terra. [7] Veluti crocodili, fluviatileſque teſtudines, quaedamque ſerpentes ortae extra aquam, ſimul ac primùm niti poſſunt, aquam perſequuntur. Quin etiam anatum ova gallinis ſaepè ſubponimus; è quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus excluſi fotique ſunt: deinde eas relinquunt & effugiunt ſequentes, cùm primùm aquam, quaſi naturalem domum, videre potuerunt. Tantam ingenuit animantibus conſervandi ſui natura cuſtodiam. Legi etiam ſcriptum, eſſe avem quan- 49
dam, quae [8] Platalea nominaretur: eam ſibi cibum quaerere advolantem ad eas aves, quae ſe in mari mergerent: quae cùm emerſiſſent, piſcemque cepiſſent, uſque eò premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent; id

quod

non *πίνν*, dicitur. Vide modò *Athenaeum* lib. III. pag. 86, ſeqq. Hiſtoriam referunt *Plinius* H. N. lib. IX. cap. 42. *Plutarchus* de Solert. Anim. Tom. II. pag. 980. *Ælianus* H. A. lib. III. cap. 29. denique *Chryſippus* apud *Athenaeum* lib. III. pag. 89. E. à quo ſua mutuavit *Cicero*, ſi verax eſt *M. A. Muretus* Var. Lect. lib. V. cap. 10. *Idem.*

5 *Admonita* a ſquilla pinna *morſu*] Reg. *Med. Lincoln.* ut & alii, credo, MSSti dant, *admonita ſquilla pina morſu*: unde reponendum videtur *admonita ſquilla pinna morſu*, quemadmodum repræſentat *Aſcenſ.* Squilla enim pinnæ

Νύττει μετ' αἰδοῦς ταῖς λαβαῖς τὸ σαρκίον,

ut loquitur *Philes* de Animal. cap. 88. Sic & alii, quos ante laudavimus. *Id.*

6 *In quo admirandum eſt, congreſſune aliquo inter ſe, an jam inde* &c.] Hanc litem ſolvêrunt ii, qui φασὶ συγγίνεσθαι αὐτὰ αὐτοῖς καὶ ὡς ἂν ἐξ ἑνὸς σπέρματος γίνεσθαι. Vide *Athenaeum* Deipnoſ. lib. III. pag. 89. E. & 93. F. *Idem.*

7 Veluti *crocodili*] Prima vox abeſt à *Med.* Haud malè. *Idem.*

8 *Platalea nominetur*] *Platea* appellatur ab *Ariſtotele* lib. VIII. cap. 12. & *Plinio* lib. X. cap. 40. ut fortaſſe hic quoque ita ſcribendum ſit. *Urſinus.*

Ibid. *Platalea nominaretur*] Non ipſum *Ariſtotelem*, ſed ejus interpretem Latinum conſuluerat *Urſinus*: *Plateas* enim non memorat Philoſophus: ſed Πελεκᾶνας, *Plateas* vertit Metaphraſtes. *Davies.*

I Con-

quod ipſa invaderet. Eademque haec avís ſcribitur [1] conchis ſe ſolere complere, eaſque, cùm ſtomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis, quae ſunt eſculenta. [2] Ranae autem marinae dicuntur obruere ſeſe arena ſolere, & moveri propè aquam: ad quas, quaſi ad eſcam, piſces cùm acceſſerint, confici à ranis atque conſumi. Milvo eſt quoddam bellum quaſi naturale cum corvo: ergo alter alterius, ubicumque nactus eſt, ova frangit. Illud verò ab Ariſtotele animadverſum, à quo pleraque, quis poteſt non mirari? [3] Grues, cùm loca calidiora petentes maria tranſmittant, trianguli efficere formam: ejus autem ſummo angulo aer ab iis adverſus pellitur: deinde ſenſim ab utroque latere, tamquam remis, ita pennis curſus avium

1 *Conchis ſe ſolere complere*] Hanc Pelicanorum technam memorant benè multi, quorum teſtimonia congeſſit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. II. lib. II. cap. 24. At Erodiis eam adſcribit *Plutarchus* Solert. Anim. pag. 967. D. quâ in re philoſophum Chæronenſem lapſum cenſet *Ferd. Pintianus* ad *Plinii* H. N. lib. X. cap. 40. At *Bochartus* ἐρωδιῶν *ardearum* nomine *pelicanos* eum cenſet intelligere. Verum tamen ardeas cum Pelicanis confuſas non eſſe patet ex *Æliani* H. A. lib. III. cap. 24. quem locum laudavit ipſe vir ſummus: alium verò prætermiſit, qui rem planè conficit. Is extat H. A. lib. v. cap. 35. Ὁ Ἐρωδιὸς, inquit, τὰ ὄστρεα ἐσθίειν δεινός ἐστι, καὶ μεμυκότα αὐτὰ καταπίνει, ὥσπερ οἱ Πελεκᾶνες τὰς κόγχας. Hinc inanes eſſe tam *Bocharti* quam *Pintiani* ſuſpiciones liquet. Vide & *Philen* de Anim. cap. VIII. *Plutarchus* oſtrea tantum & conchas miſcuit. *Davies.*

2 *Rana autem marina dicuntur*] *Antigonus Caryſtius* Hiſt. Mirab. cap. LII. Τῶν ἰχθύων δὲ τὸν ἁλιέα καλούμενον βάτραχον θηρεύειν τὰ ἰχθύδια τοῖς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποκρεμαμένοις, ὧν τὸ μὲν μῆκός ἐστι ΤΡΟΧΟΕΙΔΕ`Σ, ἐπ' ἄκρου δὲ προσκείμενον, ὥσπερ δέλεαρ, στρογγύλον· ταῦτ' οὖν, κρύψαντα ἑαυτὸν, προτείνειν. Quid ſit μῆκος τροχοειδὲς, nemo dixerit. Leg. ὧν τὸ μὲν μῆκός ἐστι ΤΡΙΧΩ´ΔΕΣ prout eſt apud *Ariſtotelem* H. A. lib. IX. cap. 37. Vide ſis & *Plinium* H. N. lib. IX. cap. 42. & *Ælianum* H. A. lib. IX. cap. 24. *Idem.*

3 *Grues -- trianguli efficere formam*] Injuria temporum periit *Ariſtotelis* locus, ad quem reſpexit *Cicero*; ſed ejus vicem ſupplet *Plutarchus* de Solert. Anim. pag. 967. Τῶν δὲ γεράνων

καὶ τὸ

vium levatur. Baſis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tamquam à puppi, ventis adjuvatur: eaeque in tergo praevolantium, colla & capita reponunt: quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet ubi nitatur, revolat, ut ipſe quoque quieſcat. In ejus locum ſuccedit ex his, [4] quae adquierunt: eaque viciſſitudo in omni curſu conſervatur. Multa ejuſmodi proferre poſſum: ſed genus ipſum videtis. Jam verò illa etiam notiora, quanto ſe opere cuſtodiant beſtiae, ut in paſtu circumſpectent, ut in cubilibus deliteſcant; atque illa mirabilia. Quid ea, quae nuper, id eſt pau- 50
cis antè ſaeculis, medicorum ingeniis reperta ſunt? [5] Vomitione canes; purgatione autem alvos Ibes Aegyptiae curant. Auditum eſt, [*]panthe-

καὶ τὸ περὶ τὴν πτῆσιν εὐδοκιμεῖ· πέπλανται γάρ, ὅταν ᾖ πνεῦμα πολὺ καὶ τραχὺς ἀήρ, οὐχ ὥσπερ ἄλλαι ἔσονς, μετωπηδὸν ἢ κόλπῳ μηνοειδοῦς περιφερείας, ἀλλ' εὐθὺς εἰς ΤΡΙΓΩΝΟΝ συνάξασαι, σχίζουσι τῇ κορυφῇ τὸ πνεῦμα περιφέρον, ὥστε μὴ διασπᾶσθαι τὴν τάξιν. Plures veterum locos huc pertinentes attulit Cl. *Bochartus* Hieroz. P. II. lib. I. cap. XI. pag. 73, 74. *Idem.*

4 *Qua acquierunt*] Lambinus edidit, *qua acquieverunt*, PROXIMA; ſed ultimam vocem reſpuunt omnes Codices. *Elienſ. Med. & Bonon.* 1494. habent, *qua aſſequitur*; *Reg.* autem, *qua aſſequitur acquièrunt*; ut à longo tempore duplex fuerit hujuſce loci lectio. Forſan ſcribendum, *qua* EAM SEQUITUR. *Baſilium*, *Ambroſium* & *Caſſiodorum* hujuſce rei teſtes vocavit eruditiſſimus *Bochartus* Hieroz. P. II. lib. I. cap. XI. pag. 74. Addas licet hæc *Euſtathii* in Hexaëm. pag. 28. Οἱ δὲ γέρανοι ὁμοῦ πᾶσαι ἐξ ἴσου ἵπτανται, μία δὲ προηγεῖται αὐτῶν, καὶ ταχτόν τινα χρόνον προηγησαμένη, εἰς τὸ κατόπιν περιελθοῦσα τῇ μετ' αὐτὴν (Leg. μεθ' αὑτὴν) τὴν ἡγεμονίαν τῆς ὁδοῦ παραδίδωσιν. Idem.

5 *Vomitione canis purgare alvos Ibes Ægyptia curant*] Variè legitur in libris Manuſcriptis; nam pro *purgare*, & *purgante*, & *purgantes*, & *purgant* reperitur, & pro *canis*, *canes*: ut fortaſſe ita corrigendum ſit: *Vomitione canes purgantur: alvo ſe Ibes Ægyptia curant.* Cujus rei hiſtoriam ex *Plinio* & *Plutarcho* licet cognoſcere. *P. Manucius.*

Ibid. *Vomitione canis purgare alves Ibes Ægyptia curant*] Hic locus depravatus mihi viſus eſt: neque enim ullam certam ſtructuram, aut ſententiam horum verborum eſſe puto, & in

[1] pantheras, quae in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere; quo cùm eſſent uſae, non morerentur: [2] capras autem in Creta feras, cùm eſſent confixae venenatis ſagittis, herbam quaerere quae Dictamnus vocaretur; quam cùm guſtaviſſent, ſagittas excidere dicunt è corpore. [3] Cervaeque paullo ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quae Seſelis dicitur. Jam illa cernimus, ut contra metum & vim ſuis ſe armis [4] quaeque defendat. Cornibus

in veteribus etiam exemplaribus non parum ab hâc diverſam lectionem inveni; quamvis neque in illis etiam ea integra & ſincera ſit; talis eſt tamen, ut indicio eſſe poſſit in hac vitium ſubeſſe, & perverſionem aliquam. Duo ſunt remedia, quæ medici e beluis (ut ferunt) didicêre, & utraque ad corpora purganda accommodata: unum ſcilicet vomitus, quod à canibus, cùm eos herbulâ quadam perpurgari conſpexiſſent, accepêrunt: alterum Clyſter, ab Ibi Ægyptiâ, videntes eam marinâ aquâ per inferiores partes ſe abluere. Exponebat igitur ea nunc *Cicero:* ſed in hac, quam habemus, ſcripturâ confuſa ſunt & perturbata omnia. Itaque rectius eſſe putavi hunc locum, quemadmodum in priſcis libris eſt, deſcribere. Cùm tamen corruptum eſſe conſtet, ad eum notam, quæ mendum indicet, adpoſui. *Plutarchus* in Commentario, quo diſputat, utra ſint animantia prudentiora, terrenane an aquatilia, utramque hiſtoriam tradit his verbis: Κύνες δὲ πόᾳ τινὶ καθαιρόμενοι ἑαυτοὺς χολερῶντας. Et paullo infrà: Τῆς τε Ἴβεως τὸν ὑποκλυσμὸν ἅλμῃ καθαιρομένης Αἰγύπτιοι συνιδεῖν καὶ μιμήσασθαι φασίν. Victorius.

Ibid. *Vomitione & dejectione purgare, ex eo quod vomitione canes, alvo ſe Ibes &c.*] Sic reſtitui, ſcripturæ veteris veſtigia ſecutus; nam vulgata lectio, *vomitione canis purgare, alvos Ibes Ægyptia curant*, mendoſa eſt. Sed in re perſpicua quid opus eſt exemplis, præſertim in promtu poſitis? Ita, quæ deſunt, ſupplenda ſunt. Nam perſpicue dicit *Cicero*, medicos reperiſſe, non vomitione canes purgare, neque alvo Ibes Ægyptias ſe curare; (nam etiam qui non erant medici, hæc vidêrunt) ſed rationem purgandi per vomitionem & alvi dejectionem; ex eo quod canes & Ibes his duobus diverſis modo ſe curant. *Lambinus.*

Ibid. *Vomitione canes*, purgatione *autem* alvos *Ibes Ægyptiæ curant*] Vulgò *purgante autem alvos. Pal.* ſec. *purgantur autem alvos: Med.* & tert. *purgare autem alvos: Reg.* omiſſa vocula media, *purgare alvos.* Nos autem lectionem dedimus, quam repræſentant *Lincoln.* & *Pal.* pr. licet vel ea non ex omni parte ſincera videatur. Scribo, *Vomitione canes, purgatione autem* ALVI SE *Ibes Ægyptiæ curant.* Multi ſane veteres, beſtias quaſdam hominibus medendi magiſtras extitiſſe cenſebant. Vide modò *Plutarchum* de Solert. Anim. pag. 974. & *Plinium* H. N. VIII, 26, 27.

Cornibus tauri, apri dentibus, morſu leones:
aliae fuga ſe, aliae occultatione tutantur: atra-
menti effuſione ſepiae, torpore torpedines:
multae etiam inſectantis odoris intolerabili foe-
ditate depellunt. Ut verò perpetuus mundi eſſet 51
ornatus, magna adhibita cura eſt à providentia
Deorum, ut ſemper eſſent & beſtiarum genera,
& arborum, omniumque rerum, [5] quae [altae
aut radicibus] à terra [aut] ſtirpibus contine-
rentur. Quae quidem omnia eam vim ſeminis
habent

16, 27. ac XXV, 8. Hanc conjecturam *P. Manucii*, multoque magis *D. Lambini*, ſententiæ prætulerim. *Davies.*

1 *Pantheras, quæ in barbariâ venenatâ carne* CAPERENTUR, *remedium quoddam habere*] *Pall. Lincoln. Reg. Bonon.* 1494. *carperentur*, quod *Grutero* non diſplicet. At carne venenata non *paullatim debilitantur*; (hæc enim *carpendi* vis eſt. Vide *Senecam* Ep. 26, & 120.) ſed cibus aconito ſparſus mortem affert præſentiſſimam, niſi forte præſtò ſit ſtercus humanum, quo ſumto, convaleſcunt. Adi *Plinium* H. N. VIII, 27. XXVII, 2. ac *Ælianum* H. A. lib. IV. cap. 49. *Idem.*

2 *Capras autem in Creta feras*] Sic *Ariſtoteles* H. A. lib. IX. cap. 6. & Mirab. Auſc. pag. 702. *Virgilius* Æn. XII, 414. *Valerius Maximus* lib. I. cap. VIII, 18. ext. *Ælianus* V. H. lib. I. c. 10. *Theon* ad *Arati* vſ. 33. *Euſtathius* in Hexaem. pag. 37. *Antigonus Caryſtius* Hiſt. Mirab. cap. 36. aliique. At *Plinius* H. N. VIII, 27. XXV, 8. dictamno CERVARUM curandarum vim tribuit. *Tertullianus* de Poenit. cap. XII. *Cervus ſagittâ transfixus, ut ferrum & irrevocabiles moras ejus de vulnere expellat, ſcit ſibi Dictamno medendum.* Ab hac opinione ſtant etiam *Solinus* cap. XIX. *Servius* ad Æn. IV, 73. ac *Iſidorus* Orig. XII, 1. At hic XVII, 9. & ille ad Æn. XII, 412. hanc *dictamni* vim cunctis animantibus utilem eſſe confirmant. *Idem.*

3 *Cervaque paullò ante partum*] Hoc *poſt partum* fieri docet *Ariſtoteles* H. A. lib. IX. cap. 5. Utrumque verum. Vide *Plinium* H. N. lib. VIII. cap. 32. & lib. XXV. cap. 8. Hæc loca, quæ perperam tentârat *Cl. Salmaſius*, rectè vindicavit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. lib. III. cap. XVII. pag. 890. quem vide. *Idem.*

4 *Quaque* defendat] Malim *defendant*, nempe *beſtiæ*, quæ vox longo intervallo præceſſit. *Idem.*

5 *Quæ* ALTÆ *aut radicibus à terra aut ſtirpibus continerentur*] Sic vulgati: ſic *Med. Lincoln. Aſcenſ. Victor.* & *Bonon.* 1494. *Reg.* quidem noſter exhibet, *quæ aut radicibus aut ſtirpibus à terra continerentur.* Paulò quidem melius, quia ſupervacaneum negligitur *altæ* participium. At *Pal.* pr. & *P.* dant *quæ à terra ſtirpibus continentur.* Rectè: ſi modo ductu *Pal.* ſecundi legas, *quæ à terra ſtirpibus continentur.* Nam cetera, mihi ſimul ac *Grutero* ſordes videntur librariorum. Sic etiam locutus eſt noſter ſupra cap. 33. *Idem.*

habent in ſe, ut ex uno plura generentur: idque ſemen incluſum eſt in intima parte earum bacarum, quae ex quaque ſtirpe funduntur: iiſdemque ſeminibus & homines [1] affatim veſcuntur, & terrae ejuſdem generis ſtirpium renovatione complentur. Quid loquar, quanta ratio in beſtiis ad perpetuam conſervationem earum generis appareat? Nam primùm aliae mares, aliae feminae ſunt: quod perpetuitatis cauſſa machinata natura eſt. Deinde partes corporis & ad procreandum & ad concipiendum aptiſſimae: & in mare & in femina commiſcendorum corporum mirae libidines. Cùm autem in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe, [2] eoque ſeptum fingit animal: quod cùm ex utero elapſum excidit; in iis animantibus, quae lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit: eaque, quae paullo antè nata ſunt, ſine magiſtro, duce natura, mammas appetunt, earumque ubertate ſaturantur. Atque, ut intelligamus

1 *Affatim* veſcuntur] *Reg.* à prima manu *naſcuntur*; ſcribere debuit Librarius *paſcuntur*; quod eodem redit ac vulgata lectio; quæ, Codicibus aliis non addicentibus, haud eſt movenda. *Davies.*

2 *Eoque* ſeptum *fingit animal*] Leg. *cœptum*, quod olim monuit *Jan. Gruterus.* Hanc emendationem loci ſenſus flagitat, quamvis renitantur MSSti. *Idem.*

3 *Dum poſſint ſe ipſa defendere*] *Ariſtoteles* lib. I. Polit. Τὰ μὲν συνεκτίκτει τῶν ζώων τοσαύτην τροφὴν, ὡς ἱκανὴν εἶναι, μέχρις οὗ δύνηται αὐτὸ αὑτῷ πορίζειν τὸ γεννηθέν. Urſinus.

Ibid. *Uſque* ad eum finem, *dum poſſint*] Voces *ad eum finem*, ſupervacaneæ *Grutero* videntur, nec, iis omiſſis, Latinam fore orationem diffiteor. Nullo tamen modo ſunt delendæ; nam noſter id extulit plenè, quod alibi paſſim ἐλλειπτικῶς dicitur. Sic rurſus in Verrem Act. I. cap. 6. *Ea manſit in conditione atque pacto* Usque Ad Eum Finem, Dum *judices rejecti ſunt.* Ibi quoque eadem verba *profani quiddam reſipere* ſtatuit ille vir eruditus. Sed hi loci ſe mutuò tuentur. Non diſpari ratione *Hyginus* Poët. Aſtron. lib. III. cap. 40. *Qua ad figurationem ſiderum pertinent.*

Ad

gamus nihil horum eſſe fortuitum, & haec om-
nia eſſe opera providae ſollertiſque naturae;
quae multiplices foetus procreant, ut ſues, ut
canes, his mammarum data eſt multitudo: quas
eaſdem paucas habent eae beſtiae, quae pauca
gignunt. Quid dicam quantus amor beſtiarum
ſit in educandis cuſtodiendiſque iis quae pro-
creaverunt, [3] uſque ad eum finem dum poſſint
ſe ipſa defendere? etſi piſces, ut ajunt, ova cùm
genuerunt relinquunt: facilè enim illa, aqua &
ſuſtinentur & foetum fundunt. [4] Teſtudines 52
autem, & crocodilos dicunt, cùm in terra par-
tum ediderint, obruere ova, deinde diſcedere:
ita & naſcuntur & educantur ipſa per ſeſe. Jam
gallinae aveſque reliquae & quietum requirunt
ad pariendum locum, & cubilia ſibi nidoſque
conſtruunt, eoſque quàm poſſunt molliſſimè ſub-
ſternunt, ut quàm facillimè ova ſerventur. Ex
quibus pullos cùm excluſerint, ita tuentur, [5] ut
& pennis foveant, ne frigore laedantur; &, ſi
calor

AD HUNC FINEM *nobis erunt dicta.* Davies.

4 *Teſtudines & Crocodilos dicunt*] Hiſce conſentanea tradunt *Plutarchus* de Solert. Anim. p. 982. & *Ælianus* V. H. lib. 1. c. 6. Tam verò teſtudines quam crocodilos *ovis incubare* tradunt *Ariſtoteles* Hiſt. Anim. lib. v. cap. 33. & *Plinius* H. N. lib. IX. cap. 10. ac lib. X. cap. 62. Inſuper notârim, MStum *Reg. Corcodilos* exhibere: quod haud temerè damnandum; licet Græci ſemper κροκοδείλους dicant. Certe nonnullorum Poëtarum Latinorum verſus ſine hâc literarum transpoſitione non conſtant. Omninò vide *Marq. Gudium* ad *Phædri* lib. I. Fab. xxv. *Idem.*

5 *Ut & pennis foveant*] Quidam Codices & in his *Regius* noſter, *pinnis foveant*; & paullò poſt, *pinnulis uti poſſunt. Velius* tamen *Longus* Orthog. pag. 2243. PINNAS *murorum*, PENNAS *avium dicimus. Servius* ad *Virgilii* Æn. II, 479. *Veteres* PENNAS *dicebant, non* PINNAS. Sed hæc in Grammaticorum λεπτολογίαις ſunt ponenda; nam utrumque probum. Hinc *pinnatus Zephyrus*, & *pinniger Amor* dicitur *Lucretio* lib. v. pagg. 657, 693. Vide & lib. I. de Divin. cap. 47. *Idem.*

calor à ſole, ſe opponant. Cùm autem pulli pennulis uti poſſunt, tum volatus eorum matres proſequuntur; reliquâ curâ liberantur. Accedit etiam ad nonnullorum animantium, & earum rerum quas terra gignit, conſervationem & ſalutem, hominum etiam ſollertia & diligentia. [1] Nam multae & pecudes & ſtirpes ſunt, quae ſine procuratione hominum ſalvae eſſe non poſſunt. Magnae etiam opportunitates ad cultum hominum atque abundantiam aliae aliis in locis reperiuntur. [2] Aegyptum Nilus inrigat, &, cùm tota aeſtate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, mollitoſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates: [3] in quam quotannis quaſi novos agros invehit. [4] Indus verò, qui eſt omnium fluminum maxumus, non aqua ſolùm agros laetificat & mitigat, ſed eos etiam conſerit: magnam enim vim ſeminum ſecum frumenti ſimilium dicitur deportare. Multaque alia in aliis locis com-

1 *Nam multa & pecudes* &c.] Sic *Lucretius* lib. V.

At leviſomna canum fido cum pectore corda,
Et genus omne quod eſt veterino ſemine partum,
Lanigeraeque ſimul pecudes, & bucera ſaecla
Omnia ſunt hominum tutela tradita.--

Lambinus.

2 *Ægyptum Nilus irrigat*] Vide ſis Interpretes ad *Plinii* Paneg. cap. XXX. p. 150. *Davies.*

3 *In quam* quotannis] *Vall.* tres *Victor. Reg. Med.* & *Bonon.* 1494. dant *quot annos.* Probè. Similiter *Apuleius* Metam. lib. XI. pag. 254. *Sedulum* quot dies *obibam cultura ſacrorum miniſterium.* Noſter Tuſc. I, 49. Quot dies *erimus in Tuſculano.* Hanc tamen formam non agnoſcit *Priſcianus* lib. XVIII. pagg. 1188, 1193. *Idem.*

4 *Indus verò, qui eſt omnium fluminum maximus*] At Gangem *maximum totius India fluminum* vocat *Curtius* lib. IX. cap. 2. Vide & lib. VIII. cap. 9. *Mela* lib. III. cap. 7. *Ganges -- ſit omnium maximus -- Indus -- penè Gangem magnitudine exaequat.* Praeter alios multos, paria narrant *Strabo*

commemorabilia proferre poſſum: multos fertiles agros, alios aliorum fructuum. Sed illa 53
quanta benignitas naturae, quòd tam multa ad veſcendum, tam varia, & tam jucunda gignit? neque ea uno tempore anni, ut ſemper & novitate delectemur & copia. Quàm tempeſtivos autem dedit, quàm ſalutares non modò hominum, ſed etiam pecudum generi, iis denique omnibus quae oriuntur e terra, ventos Eteſias? quorum flatu nimii temperantur calores. Ab iiſdem etiam maritumi curſus celeres & certi diriguntur. Multa praetereunda ſunt: & tamen multa dicuntur. Enumerari enim non poſſunt fluminum opportunitates: [5] aeſtus maritumi multùm accedentes & recedentes: [6] montes veſtiti atque ſilveſtres: ſalinae ab ora maritima remotiſſimae: medicamentorum ſalutarium pleniſſimae terrae: artes denique innumerabiles, ad victum & ad vitam neceſſariae. Jam diei noctiſque viciſſitudo conſervat animantes, tribuens

Strabo lib. XV. pagg. 1011, 1027. & *Arrianus* Indic. cap. IV. At cum *Cicerone* facit *Philoſtratus* vit. Apollonii lib. II. cap. XVIII. Ea verò, quæ de fluviis hiſce tradit noſter, in Octavium ſuum tranſtulit *Minucius Felix* cap. XVIII. *Idem.*

5 *Æſtus maritimi* MULTUM *accedentes & recedentes*] Nonnullis contra MSStorum fidem placuit, *aſtus maritimi* TUM *accedentes*, TUM *recedentes*; ac itá dedit *Pet. Leſcaloperius*. Sed hæc nimia videtur licentia, quamvis vulgata lectio non arrideat. Quid enim ſibi volunt MULTUM *accedentes & recedentes*? Prima certè vox hoc in loco dura prorſus eſt & horrida. Lego, *aſtus maritimi* MUTUUM *accedentes & recedentes*, id eſt, invicem, alternis. Eodem ſenſu MUTUA dixit *Lucretius* lib. II. pag. 158. & lib. IV. pag. 526. *Idem.*

6 *Montes* veſtiti] Herbis, floribus, fructibus, arboribus. Metaphoricus hic loquendi modus paſſim apud auctores reperitur. Sic noſter infra c. LXIV. *veſtitus denſiſſimos montium* memorat. Sic *Juſtinus* lib. XII. cap. VII, 7. *montis vite hederaque veſtiti* meminit. Vide & *Senecam* de Benef. lib. III. c. 29. ac nos ad hujuſce libri cap. 39. *Idem.*

ens aliud agendi tempus, aliud quieſcendi. Sic undique omni ratione concluditur, mente conſilioque divino omnia in hoc mundo ad ſalutem omnium conſervationemque admirabiliter adminiſtrari. Sin quaerat quiſpiam, cujuſnam cauſſa tantarum rerum molitio facta ſit: arborumne & herbarum? quae quamquam ſine ſenſu ſunt, tamen à natura ſuſtinentur: at id quidem abſurdum eſt. An beſtiarum? nihilo probabilius, Deos [1] mutarum & nihil intelligentium cauſſa tantum laboraſſe. Quorum igitur cauſſa quis dixerit effectum eſſe mundum? Eorum ſcilicet animantium, quae ratione utuntur. Hi ſunt Dî & homines; quibus profectò nihil eſt melius: ratio eſt enim, quae praeſtat omnibus: ita fit credibile, Deorum & hominum cauſſa factum eſſe mundum, [2] quaeque in eo mundo ſint
54 omnia. Faciliuſque [3] intelligetur, à Dîs inmortalibus

1 Mutarum *& nihil intelligentium*] Legerim potius *mutorum*, uti quidem dat *Elienſ.* Davies.

2 *Quaque in eo* MUNDO *ſint*] Vocem penultimam ex *Reg. Med. Lincoln. Buſlid. Bonon.* 1494. *Victor.* aliiſque libris ſcriptis & impreſſis adſumſimus; eam enim prætermittunt recentiores editi. Sed cauſſa non erat idonea, cur ità ſe gererent; ſiquidem hanc ſermonis ἀφέλειαν frequenter adhibet *M. Tullius*; at omnium ſæpiſſimè *Jul. Cæſar.* Vide nos ad *Minucii Felicis* c. XIII. pag. 72. *Idem.*

3 *Intelligetur*] Sic legendum cum vett. editis; non *intelligitur*, ut vulgò. *Idem.*

4 *Dentibus autem in ore* CONSTRUCTIS *manditur, atque ab his extenuatur &* MOLITUR *cibus*] *Reg. Med. Lincoln.* & *Buſlid.* exhibent *dentibus* CONSTRICTIS; quam lectionem probat *Jac. Gronovius.* Verùm, ut opinor, proferri non poteſt exemplum quo dentes *conſtringi* dicuntur, cum coëant & conjungantur. Vulgata tamen aliquanto durior videtur; quapropter ex *Elienſi* malim *dentibus autem in ore* CONSTITUTIS. At *Bonon.* 1494. & MSS. plerique repræſentant, MOLLITUR *cibus*: mihi tamen rectè feciſſe videtur *Paullus Manucius*, qui alteram ſcripturam repoſuit. *Clemens* in Recog. lib. VIII. c. 29. *Interiores verò* (dentes) *ut in modum* MOLÆ *conficiant & comminuant, unde &* MOLARES *appellati ſunt.* *Lactantius* de Opif.

talibus hominibus eſſe proviſum, ſi erit tota hominis fabricatio perſpecta, omniſque humanae naturae figura atque perfectio. Nam cùm tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, ſpiritu: ad haec omnia percipienda os eſt aptiſſimum, quod adjunctis naribus ſpiritu augetur. [4] Dentibus autem in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur & [5] molitur cibus. Eorum adverſi acuti morſu dividunt eſcas; intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur: quae confectio etiam à lingua adjuvari videtur. Linguam autem ad radices ejus haerens excipit ſtomachus, quò primùm inlabuntur ea [6] quae accepta ſunt: oris utraque ex parte tonſillas adtingens, palato extremo atque intimo terminatur. Atque is agitatione & motibus linguae [7] cum depulſum & quaſi detruſum cibum accepit, depellit. Ipſius autem partes eae, [1] quae

Opif. Dei cap. x, 16. *Habet prætereà & aliud officium* (lingua,) *quo in omnibus, ſed tamen ſolo in mutis utitur, quod contritos &* COMMOLITOS *dentibus cibos colligit. Nemeſius* de Nat. Hom. cap. XXIII. pag. 202. Μεγίστην γὰρ καὶ ἡ γλῶττα χρείαν παρέχεται τῇ διαμασήσει, συνάγουσα τὴν τροφὴν καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ὑποβάλλουσα, καθάπερ αἱ ἀλετρίδες διὰ τῆς χειρὸς τὸν σῖτον ταῖς ΜΥΛΑΙΣ. Græci fere τὸ λεαίνειν hanc in rem uſurpant. Vide *Xenophontem* Mem. lib. I. cap. IV, 6. *Ariſtotelem* de Part. Anim. lib. III. cap. 1. & *Theodoretum* de Provid. Serm. III. pag. 50. *Idem.*

5 *Mollitur cibus*] Satis aptus elicitur ſenſus; mihi tamen magis placeret *molitur*, à verbo *molo*, *molis*; unde *Molares dentes*. Atque etiam in hoc verbo *Maſſai* liber *L.* conſonantem non geminat. *P. Manucius.*

6 *Qua accepta ſunt:* oris *utraque ex parte*] *Manucius* & *Lambinus* edidere, *qua accepta ſunt* ore. Is *utraque ex parte tonſillas attingens.* Et ita legerim, quamvis *Victoriani*, *Gruteriani*, noſtrique Codices à recepta lectione non abeant. *Davies.*

7 *Cum* DEPULSUM *& quaſi detruſum cibum accepit*, DEPELLIT] Quis hæc ferat in ſcriptore tam culto, quàm eſt *Tullius*? Meritò ſanè *Gruterus* ea non ſine vitio eſſe ſtatuit; ſed nec ille, nec ullus alius operam ei tollendo dedit, multò minus reperit medicinam. Mihi reponendum videtur, *cum depulſum & quaſi detru-*

 ſum

[1] quae ſunt infra id quod devoratur, dilatantur: quae autem ſupra, contrahuntur. Sed cùm aſpera arteria (ſic enim à medicis appellatur) oſtium habeat adjunctum linguae radicibus, paullo ſupra quàm ad linguam ſtomachus adnectitur, eaque ad pulmones uſque pertineat, excipiatque animam eam, quae ducta ſit ſpiritu, eandemque à pulmonibus reſpiret & reddat; [2] tegitur quodam quaſi operculo: [3] quod ob eam cauſſam datum eſt, ne, ſiquid in eam cibi fortè incidiſſet, ſpiritus inpediretur. Sed cùm alvi natura, ſubjecta ſtomacho, cibi & potionis ſit receptaculum; pulmones autem & cor extrinſecus ſpiritum adducant: in alvo multa ſunt mirabiliter

ſum cibum accepit. Deglutit. Hoc certè verbum *gula* vel *œſophago* (ſic enim capiendus eſt *ſtomachus*) optimè convenit. Adi ſis *Iſ. Caſaubonum* ad *Perſii* Sat. v, 112. *Theodoretus* de Prov. Serm. III. p. 53. Ὁλκὸν ὁ οἰσόφαγος μιμεῖται, ὃν στόμαχον ὀνομάζειν εἰώθαμεν. *Pollux* lib. II. §. 201. Προσπεφύκασι δὲ κατὰ λεπτὰς ὑμένας ΣΤΟΜΑΧΩι, ὃν καὶ βρόγχον καὶ ἀρτηρίαν ἔνιοι, οἱ δὲ καὶ φάρυγγα καλοῦσι. Et §. 202. Ὁ δὲ στόμαχος ὀνομάζεται καὶ οἰσοφάγος. Vide & §. 107. *Davies.*

1 *Qua ſunt infra id quod devoratur*] Aliter legitur hic locus in manuſcriptis: *Qua ſunt infra, in quas id quod devoratur deſcendit*. Pauló poſt antiquus idem liber habet, *eademque à pulmonibus reſpiret & redeat*. Urſinus.

2 *Tegitur quodam quaſi operculo*] Epiglottide. Vide *Agellium* N. A. lib. xvii. cap. xi. & *Pollucem* Onom. lib. II. §. 106. *Davies.*

3 *Quod ob quam cauſſam datum eſt, niſi quod ſi in eam cibi forte incidiſſent*] *Veneta* lectio verior: *quod ob quam cauſam datum eſt? Nè ſi quid cibi forte incidiſſet* &c. *Camerarius.*

Ibid. *Quod ob eam cauſſam* &c.] MSSti noſtri dant, *quod ob* quam *cauſſam datum eſt*, niſi *quod ſi* -- *incidiſſent.* Legerem, *quod ob* quam *cauſſam datum eſt*, niſi *ne*, ſi quid -- incidiſſet, *ſpiritus impediretur?* Davies.

4 *Qua* conſtant *ferè è nervis*] Legendum *conſtat*, ut eſt in Manuſcripto, ut ad *alvum* referatur. *Urſin.*

Ibid. *Qua* conſtat *ferè è nervis*] Vulgg. *conſtant*; ſed lectio, quam MSto *Urſin.* debemus, ſana prorſus eſt & ſincera: nam ventriculus, qui *Tullio* nuncupatur Alvus, e membranis & nervis conſtat. Sic loquitur etiam *Lactantius* de Opif. Dei cap. xi, 15, 16. Non aliter γαστὴρ à Græcis adhibetur. Vide modo *Theodoretum* de Provid. Serm. III. pagg. 52, 54. *Davies.*

5 *Quem multum habet exterendo cibo*] Reg. noſter, *Manuc. Lambin. Pall.* pr. ſec. habent *& terendo cibo*; tert.

rabiliter effecta, [4] quae conſtat ferè è nervis. Eſt autem multiplex & tortuoſa, arcetque & continet, ſive illud aridum eſt ſive humidum, quod recipit, ut id mutari & concoqui poſſit; eaque tum adſtringitur, tum relaxatur, atque omne, quod accipit, cogit & confundit: ut facilè & calore, [5] quem multum habet exterendo cibo, & praeterea ſpiritu omnia cocta atque confecta [6] in reliquum corpus dividantur.
In pulmonibus autem ineſt raritas quaedam, & 55
adſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima: qui tum ſe contrahunt adſpirantes, [7] tum ſe in reſpiritu dilatant; ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxumè aluntur

tert. & *Med. in terendo cibo*; quibus varietatibus motus *Gruterus*, hæc, more ſuo, abeſſe maluit, quaſi Gloſſam olerent. Vulgg. *quem multum habet, exterendo cibo*. Perperam. At deletâ tantum, quod fecimus, interpunctione, ſenſus evadit optimus. *Alcinous* de Doctr. Platon. cap. XVII. Διοικεῖται δὲ τὰ σιτία κατὰ τὴν γαστέρα, ΠΝΕΥΜΑΤΙ τε καὶ ΘΕΡΜΩι συμπονούμενα καὶ μαλαττόμενα. Sic & alii paſſim, quibus harum rerum fit mentio. *Idem.*

6 *In reliquum corpus* didantur] Sic legendum. *Didantur*, id eſt, diffundantur, diſtribuantur. *Lucretius* lib. IV.

Inde quod exprimimus, per caulas omne palati
Diditur &c. *Lambinus.*

Ibid. *In reliquum corpus dividantur*] *D. Lambinus* ſcribendum pronunciat *didantur*. At verò ſe nimium dictatoriè geſſit vir ille doctus: nam loco movenda non eſt lectio vulgata. Quamvis enim *Lucretius* eo quo repoſuit modo paſſim loquatur, tamen & ille lib. IV, 607. dixit

Praeterea partis in cunctas dividitur vox.

Noſter de Divin. lib. II. cap. 26. *In omne corpus* DIVISO *& mitificato cibo*. Ubi nos plura. *Lactantius* de Opif. Dei cap. XI, 16. *Ut quicquid ipſis ineſt ſucci, quo corpus alitur, membris omnibus* DIVIDATUR. A MStis igitur non eſt recedendum, ſiquidem illi verbum ſatis commodum repraeſentant. *Davies.*

7 *Tum ſpiritu dilatant*] Deeſt ſe, quod eſt in antiquo; *tum ſe ſpiritu* &c. *Urſinus.*

Ibid. *Tum ſe in reſpiritu dilatant*] Vulg. *tum in reſpiritu dilatant*. *Reg. Med. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. *Tum ſe ſpiritu*: *Pal.* tert. *tum in ſe ſpiritu*: *P.* verò, *tum ſe in ſpiritu dilatant*. Ex diverſis hiſce lectionibus rectè collegeris dediſſe *Ciceronem*, TUM SE IN *reſpiritu dilatant*; ac ſic edendum curavimus. *Davies.*

1 Ex

aluntur animantes. [1] Ex inteſtinis autem [& alvo] ſecretus à reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad jecur per quaſdam à medio inteſtino uſque ad portas jecoris [2] (ſic enim appellant) ductas & directas vias, quae pertinent ad jecur eique adhaerent. Atque inde aliae pertinentes ſunt, per quas cadit cibus [3] à jecore delapſus. Ab eo cibo cùm eſt ſecreta bilis, iique humores, qui ex renibus profunduntur; reliqua ſe in ſanguinem vertunt, [4] ad eaſdemque portas jecoris confluunt, ad quas omnes ejus viae pertinent. Per quas lapſus cibus in hoc ipſo loco in eam venam, quae cava appellatur, confunditur, perque eam ad cor confectus jam [5] coctuſque perlabitur: à corde autem in totum corpus diſtribuitur per venas admodum multas, in omnes partes corporis pertinentes. Quemadmodum autem reliquiae cibi depellantur, tum adſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus, haud ſanè difficile dictu eſt: ſed tamen praetereundum

1 *Ex inteſtinis autem* & alvo] Quam *alvum* dixit *Tullius*, alii ferè *ventriculum*, nos vulgò *ſtomachum* vocamus. Sed quorſum pertineat *ſtomachi* mentio, nullus equidem adſequor. Omnis enim cibus in *ſtomacho* concoctus, tandem in inteſtina decidit: ejus autem partes craſſiores egeruntur, cùm ex tenuioribus fiat chylus. Cuncti *Pall.* ut & *Reg. Med. Cantab. Bonon.* 1494. particulam copulantem prætermittunt; undè, vocem proximè ſequentem pro Gloſſa habendam eſſe, (nam *alvi* nomine paſſim veniunt *inteſtina*) non inanis eſt ſuſpicio. Itaque reſcribendum puto: *ex inteſtinis autem, ſecretus à reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad jecur.* Hoc ſanè modo clara ſunt omnia. Vide *Nemeſium* de Nat. Hom. cap. XXIII. pag. 102, ſeqq. & *Lactantium* de Opif. Dei cap. XI, 16, 17. *Davies.*

2 *Sic enim* appellant] Ita quidem editi. Sed cum MSSti *Lincoln. Med.* & *Elienſ.* dent *appellantur*, haud video cur eam lectionem pro genuina non habeamus. *Idem.*

3 *A jecore* delapſus] Vulgò *dilapſus*; at lectionem, quam recepimus, exhibet à primâ manu *Regius* noſter, eaque prorſus eſt vera, nam *delabi*

tereundum eſt, ne quid habeat injucunditatis oratio. Illa potiùs explicetur incredibilis fabrica naturae. Nam quae ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primùm ipſo ab ſpiritu, deinde [6] coagitatione pulmonum: ex eaque pars redditur reſpirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: cui ſimilis alter adjunctus eſt, in quem ſanguis à jecore per venam illam cavam influit. Eoque modo ex his partibus & ſanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. Utraeque autem crebrae multaeque toto corpore intextae, vim quandam incredibilem artificioſi operis divinique teſtantur. Quid dicam de oſſibus? quae ſubjecta corpori mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem. Huc adde nervos à quibus artus continentur, eorumque inplicationem corpore toto pertinentem; [7] qui, ſicut

delabi idem valet ac *deorſum* labi ſeu *decidere*; cùm alia ſit *dilabendi* poteſtas. *Idem*.

4 *Ad eaſque portas jecoris*] Ita eſt in manuſcripto, pro *ad eaſdemque*. Urſinus.

5 Coctuſque *labitur*] Sic optimè repoſuit Cl. *Walkerus*, & ita edidit *Aldus* Nepos. Vulgo *coactuſque*. Dav.

6 Coagitatione *pulmonum*] Vulgò *contagione*: *Gothofredi* MS. *concitatione*; *Lambinus* verò *cogitatione*; quod mendum videtur Typographicum pro COAGITATIONE, quemadmodum dant *Lincoln. Med. Reg. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. Rectè quidem & vere. *Iſidorus* Orig. lib. XI. cap. I. *Graeci* pulmonem *πνεύμονα vocant, eo quòd cordis flabellum ſit, in quo πνεῦμα, id eſt, ſpiritus ineſt, per quod &* AGITANTUR *& moventur, unde & pulmones vocati ſunt. Nam Graecè* *πνεῦμα* ſpiritus *dicitur, qui flando &* AGITANDO *aërem admittit & recipit, à quo moventur pulmones & palpitant, & adaperiendo ſe* (Leg. *adaperiendo ſe*, deleta particula copulante) *ut flatum capiant; ſtringendo, ut ejiciant.* Idem.

7 *Qui, ſicut vena & arteria, à corde* tracti & profecti *in omne corpus ducuntur*] Vulgò *tracta & profecta*. Sed cùm

ut venae & arteriae, à corde tracti & profecti,
56 in corpus omne ducuntur. Ad hanc providentiam naturae tam diligentem tamque ſollertem adjungi multa poſſunt; è quibus intelligatur, quantae res hominibus à Deo quamque eximiae tributae ſint. Qui primùm eos humo excitatos, [1] celſos & rectos conſtituit, ut Deorum cognitionem, caelum intuentes, capere poſſent. [2] Sunt enim è terra homines non ut incolae atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque caeleſtium, quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Senſus autem interpretes ac nuntii rerum, [3] in capite, tanquam

cùm philoſophi veteres ſtatuant, nervos à corde proficiſci, non minus ac venas & arterias; & *Cicero* de nervis nunc agat; rectè Cl. *Boherius* eo, quo nos edidimus, modo legendum conjecit. Et ita quidem disertè repraeſentat editio *Aſcenſiana* 1521. *Dav.*

1 *Celſos & rectos conſtituit*] Vulgò *erectos*; nec male ſe habet ea ratio, cum *ſtatum* erectum *& celſum* dixerit *Ambroſius* Hexaëm. lib. VI. cap. IX, 54. At lectionem à nobis admiſſam propugnant vetus Codex à *Lambino* citatus, *Reg. Med. Lincoln. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. *Xenophon* Memor. lib. I. cap. IV, 11. Οἳ (Θεοὶ) πρῶτον μὲν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπον ὈΡΘΟ'Ν ἀνέστησαν· ἡ δὲ ὈΡΘΟ'ΤΗΣ καὶ προορᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι καὶ τὰ ὕπερθεν μᾶλλον θεᾶσθαι &c. *Philemon* apud *Stobaeum* Tit. II. de homine:

Πλάγι' ἐστὶ τ' ἄλλα, τοῦτο δ' ὈΡ-
ΘΟ'Ν θηρίον.

Clemens Strom. lib. IV. pag. 231. Οὐ συνορῶντες τὴν κατασκευὴν τοῦ ἀνθρώπου ὈΡΘΗ'Ν πρὸς τὴν οὐρανοῦ θέαν γενομένην. *Lactantius* Div. Inſt. lib. III. cap. 27. *Ut* (homo) RECTO *corpore ſpectet in caelum.* Iterum lib. VII. cap. 5. *Homo autem* RECTUS *in caelum ſpectat* ----- *Homo non ſtatim, quàm natus eſt,* RECTUS *ingreditur.* Vide & Epit. cap. VII, 11. *Idem.*

2 *Sunt enim* E TERRA *homines*] Ita quidem MSSti. Sed legendum videtur, *ſunt enim* IN TERRA *homines*; qua ratione ſenſus erit commodus & conveniens. *Idem.*

3 *In capite, tanquam in arce*] Haec comparatio ſcriptoribus eſt uſitata. *Apuleius* de Habit. doctr. Platon. p. 586. *Rationabilitatem, id eſt, mentis optimam portionem, ait* CAPITIS ARCEM *tenere.* Idem Apol. pag. 486. *Regalem partem animi debilitat, qua ratione pollens verticem hominis quaſi* ARCEM *& regiam inſedit.* *Lactantius* de Opif. Dei cap. VIII. *In ſummo capite collocata,* TANQUAM IN ARCE, *ſublimis ſpeculatur omnia & contuetur.* *Plato* apud *Longinum* περὶ ὕψους §. XXXII. Τὴν μὲν κεφαλὴν αὐτοῦ φησὶν ἈΚΡΟ'ΠΟΛΙΝ. *Theodoretus* de Provid. Serm. III. pag. 58. Βλέπε αὐτὴν (κεφαλὴν) ὥσπερ ἈΚΡΟ'ΠΟΛΙΝ τινὰ τῆς τοῦ σώματος πόλεως ἐν ὕψει καθημένην. Iterum

pag.

tamquam in arce, mirificè ad uſus neceſſarios & facti & conlocati ſunt. Nam oculi, tamquam ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent: ex quo plurima conſpicientes, fungantur ſuo munere. Et aures, cùm [4] ſonum percipere debeant [5] qui natura ſublime fertur, rectè in altis corporum partibus conlocatae ſunt. Itemque nares, eò quòd omnis odor [6] ad ſupera fertur, rectè ſurſum ſunt: & quòd cibi & potionis judicium magnum earum eſt, non ſine cauſſa [7] vicinitatem oris ſecutae ſunt. Jam guſtatus, qui ſentire eorum quibus veſcimur genera deberet, habitat in ea parte oris, qua [8] eſculentis &

pag. 59. Ἐν τῇ κεφαλῇ καθάπερ ἐν ΑΚΡΟΠΟ'ΛΕΙ φυλάττεται. *Heraclidem* Ponticum, *Ambroſium*, alioſque ſciens ac volens prætereo. Vide tamen ſis *Chalcidium* in Timæum §. 229. *Idem.*

4 *Sonum* recipere &c.] Alii libri habent *percipere.* Docti quidam legi volunt *excipere:* ego *accipere*; ut infia eodem libro, non longè admodum. *Lambinus.*

5 *Qui natura* in *ſublime fertur*] Quidam libri non habent *in*; fortaſſe rectè. *Idem.*

Ibid. *Qui natura* ſublime *fertur*] Vulg. *in ſublime*; ſed nos fide nonnullorum Codicum nixi, *præpoſitionem* delevimus. Vide quæ diximus ad hujuſce libri cap. 39. *Davies.*

6 *Ad* ſupera *fertur*] *Bonon. Manuc. Lambin.* aliique dant *ſuperiora.* Sed MSSti noſtri lectionem, quam *Gruterus* admiſit, exhibent; eamque ſuum locum tenere, nos meritò juſſimus. *Idem.*

7 *Vicinitatem oris* ſecutæ *ſunt*] Lege *conſecuta ſunt*, ut exhibet *Elienſis* noſter. *Idem.*

8 *Eſculentis & poculentis*] Veneti à *potu*, potulentis. Sed *poculum* certè etiam *potum* ſignificat; ut,

> Pocula ſi *quando ſæva infecêre noverca.* Camerarius.

Ib. *Eſculentis &* poculentis] Vulg. *potulentibus*; at ultima vox planè eſt barbara, nec ab idoneo ſcriptore ſuffulta. Certè *Reg. Med.* & *Lambini* MStus habent *potulentis*; nec aliter edidit *Victorius*. *Gruterus* enim, ut opinor, feſtinatione lapſus eſt, cùm de ſuis teſtimonium diceret. *Bonon.* verò & editt. vetuſtiores *poculentis.* Rectè; ſic enim auctores probatiſſimi. *Q. Scævola* apud *Agellium* N. A. lib. IV. cap. 1. *Penus eſt, quod eſculentum aut* poculentum *eſt.* *Apuleius* de Habit. Doctr. Platon. pag. 589. *Ne eſculenta &* poculenta *ſeſe penetrarent.* *Modeſtinus* Digg. lib. I. Tit. XVIII, 17. *Plebiſcito continetur, ut nè quis Præſidum, munus donum caperet, niſi eſculentum* poculentumve, *quod intra dies proximos prodigatur.* Vide & lib. XXXIII. Tit. IX. leg. III, 4. *Davies.*

1 *Quæ*

& poculentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore aequabiliter fuſus eſt, ut omnes ictus, omneſque nimios & frigoris & caloris adpulſus, ſentire poſſimus. Atque, ut in aedificiis architecti avertunt ab oculis naribuſque dominorum ea, [1] quae profluentia neceſſariò taetri eſſent aliquid habitura: ſic natura res ſimiles
57 procul amandavit à ſenſibus. Quis verò opifex, praeter naturam, qua nihil poteſt eſſe callidius, tantam ſollertiam perſequi potuiſſet in ſenſibus? Quae primùm oculos membranis tenuiſſimis veſtivit & ſepſit: quas primùm perlucidas fecit, ut per eas cerni poſſet; firmas autem, [2] ut continerentur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles, ut & declinarent, ſiquid noceret; & aſpectum, quò vellent, facilè converterent. Acieſque ipſa, qua cernimus, [3] quae pupula vocatur, ita parva eſt, ut ea, quae nocere poſſint, facilè vitet. [4] Palpebraeque, quae ſunt tegmenta oculorum, mol-

1 *Qua profluentia neceſſariò taetri eſſent aliquid habitura*] Similem naturæ ſolertiam obſervat *Xenophon* Memor. lib. I. cap. IV, 6. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυσχερῆ, ἀποστρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς, καὶ ἀπενεγκεῖν ᾗ δυνατὸν προσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων. *Ambroſius* Hexaëm. lib. VI. c. IX. n. 72. *Decorè Creator noſter ductus reliquiarum à vultu hominis avertit, nè, dum alvum purgamus, inquinaremus aſpectum.* Vide ſis eundem de Noe & Arca cap. VIII. ac Offic. lib. I. cap. XVIII. n. 78. nè *Cyrillum* Hieroſ. Cat. IV. §. 22. alioſque multos recenſeam. *Pal.* autem primus exhibet, *qua profluenti neceſſario tetri eſſent aliquid habitura*, quod *forſàn rectiùs* pronuntiat *Jan. Gruterus*. At vulgata lectio longè præſtat, ſuumque locum debet obtinere. *Davies.*

2 *Ut continerentur*] Intelligit noſter, ut in ſitu ſuo permanerent oculi, nec huc & illuc temerè fluerent. Sed hoc ex vulgata lectione non niſi difficultèr admodum exſculpi poteſt; quapropter cum *Lambino* reſcripſerim, *ut continerent*, ſcilicet oculos. Elegantior certè & concinnior hoc modo fit oratio. *Idem.*

3 *Qua* pupilla *vocatur*] Veneti *pupula*: illud autem alterum diminutivum fuerit, ut *ciſta*, *ciſtula*, *ciſtella*. Sed *pupulam* dicunt, quam Græci κόρην,

molliſſimae tactu, ne laederent aciem, aptiſſimè factae & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idque providit, ut identidem fieri poſſet cum maxuma celeritate. [5] Munitaeque ſunt palpebrae tamquam vallo pilorum: quibus, & apertis oculis, ſi quid incideret, repelleretur; & ſomno conniventibus, cùm oculis ad cernendum non egeremus, [6] ut qui, tamquam involuti, quieſcerent. Latent praeterea utiliter, & excelſis undique partibus ſepiuntur. Primùm enim ſuperiora, ſuperciliis obducta, ſudorem à capite & à fronte defluentem repellunt. Genae deinde ab inferiore parte tutantur ſubjectae leviterque eminentes. Naſus ita locatus eſt, ut quaſi murus oculis interjectus eſſe videatur. Auditus autem ſemper patet; ejus enim ſenſu etiam dormientes egemus: à quo cùm ſonus eſt acceptus, etiam è ſomno excitamur. Flexuoſum iter habet, ne quid

κόρην, nigrum in oculo. *Camerarius.*

4 *Palpebraque---celeritate. Munitaque ſunt palpebra*] Salebroſus eſt hicce locus, & ut videtur partim mala diſtinctione, partim Librariorum pravitate temeratus. Lego & interpungo: *Palpebraque, (qua ſunt tegmenta oculorum,* molliſſima *tactu nè laderent aciem, aptiſſime* facta *& ad claudendas pupulas, nè quid incideret, & ad aperiendas: idque providit, ut identidem fieri poſſet cum maxuma celeritate) munitaque ſunt palpebra* &c. Hoſpes ſit oportet in *Cicerone*, qui eum, poſt injectam Parentheſin, eaſdem voces vel earum ſenſum repetere ſolere neſciat. *Davies.*

5 *Munitaque palpebra ---- quieſcerent*] Hanc ῥῆσιν in Originum ſuarum lib. XI. cap. 1. ferè verbo tenus contulit *Iſidorus* Hiſpalenſis: ejuſque particulam quaſi ex lib. II. de Orat. laudat *Nonius* in *palpebrum. Lactantius* de Opif. Dei cap. 10. *Palpebra, pilis in ordine ſtantibus* VALLATÆ, *ſeptum oculis decentiſſimum prabent.* Vide ſis *Ariſtotelem* P. A. lib. II. c. 15. *Ambroſium* Hexaem. VI, 9. & *Theodoretum* de Provid. Serm. III. pag. 60. *Idem.*

6 Ut qui *tanquam involuti quieſcerent*] *Qui* in Aſcenſianâ editione non comparet. Lego *ii*, vel *hi*, *tanquam involuti quieſcerent.* Idem.

1 *In-*

quid [1] intrare poſſit, [2] ſi ſimplex & directum pateret: proviſum etiam, ut, [3] ſi qua minima beſtiola conaretur intrumpere, in ſordibus aurium, tamquam in viſco, inhaereſceret. Extrà autem eminent quae appellantur aures, & tegendi cauſſa factae tutandique ſenſus; & ne adjectae voces laberentur, atque errarent, priuſquàm ſenſus ab his pulſus eſſet. Sed duros [4] & quaſi corneolos habent introitus multiſque cum flexibus; quòd his naturis relatus amplificatur ſonus. Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur aut cornu: & ex tortuoſis locis & incluſis [5] ſoni referuntur ampliores. Similiter nares, quae ſemper propter neceſſarias utilitates patent, contractiores habent introitus; ne quid in eas, quod noceat, poſſit pervadere: humoremque ſemper habent ad pulverem multaque alia depellenda non inutilem. Guſtatus praeclarè ſeptus eſt: ore enim

1 *Intrare* poſſit] Leg. *poſſet*; id enim poſtulat verbum *pateret*, quod ſequitur. *Davies.*

2 *Si ſimplex & directum pateret*] Haſce voces omittit *Pal.* ſecundus, *Grutero* non renitente. Sed omninò retinendæ ſunt, cùm reliqui Codices eas exhibeant, & nihil ſit vel in ipſa re, vel in Latinitate, cur pro *Ciceronianis* haberi non debeant. *Idem.*

3 *Si qua minima beſtiola conaretur* irrumpere] Quidam legendum putant *irrepere*: idque annotatum eſt ad oram Codicis Memmiani; non tamen, ut ex antiquo aliquo exemplari profectum; ſed quaſi à conjectura natum. *Lambinus.*

4 *Et quaſi* corneolos *habent introitus*] *Corneos* legitur in Manuſcriptis. *Urſinus.*

Ibid. Elienſis ſanè noſter *corneos* repræſentat; at *Med. Reg. Lincoln.* & *Cantab.* vulgatam ſervant lectionem. *Davies.*

5 Soni *referuntur ampliores*] In vulg. prima vox non comparet. *Cantabr.* habet, *referuntur* SONI *ampliores*; at gratior eſt is ordo verborum, quem à ſecunda manu repræſentat Codex *Regius*; quin & *D. Lambinus* olim ex conjecturâ ſic ediderat. Vide *Cyrillum* Hieroſ. Catech. IV. c. 22. *Idem.*

6 Multa *cernunt ſubtilius*] Legi poſſit, *cuncta cernunt ſubtilius*: attamen Cl. *Walkero*, reponenti *multò* *cernunt*

enim continetur, & ad uſum aptè, & ad incolumitatis cuſtodiam. Omniſque ſenſus homi- 58
num multo antecellit ſenſibus beſtiarum. Primùm enim oculi in his artibus, quarum judicium eſt oculorum, in pictis, fictìs, caelatiſque formis, in corporum etiam motione atque geſtu [6] multa cernunt ſubtiliùs: colorum etiam & figurarum [tum] venuſtatem atque ordinem, [7] &, ut ita dicam, decentiam oculi judicant; atque etiam alia majora: nam & virtutes, & vitia cognoſcunt: iratum, propitium; laetantem, dolentem; fortem, ignavum; audacem, timidumque cognoſcunt. Auriumque item eſt admirabile quoddam artificioſumque judicium, quo judicatur & in vocis & in tibiarum nervorumque cantibus varietas ſonorum, intervalla, diſtinctio, & vocis genera permulta: [8] canorum, fuſcum: laeve, aſperum: grave, acutum: flexibile,

cernunt ſubtiliùs, lubens adſentior. Quin & paullò poſt *tum* deleverim, quod etiam *Lambinus* ſtatuit. *Davies.*

7 *Et, ut ita dicam, decentiam* &c.] Profert hunc locum *Nonius* in voce *decorem.* Quamvìs autem apud eum legatur, ut in libris *M. Tullii*, TUM *venuſtatem*: ego tamen puto delendam particulam *tum*, ut natam ex poſtremâ ſyllaba vocis antecedentis, *figurarum*: cùm ſcriptor ſyllabam *rum* bis ſcripſiſſet, ex eâque alius *tum* feciſſet. *Lambinus.*

8 *Canorum, fuſcum*] *Suetonius* Nerone cap. XX. *Quanquam exigua vocis & fuſcæ.* *Canorum* tamen, ut rectè vidit *Leſcaloperius*, haud commode *fuſco* poteſt opponi: nec tamen in *Ciceronem*, ſed in Librarios, culpa videtur rejicienda. Lego itaque CANDIDUM, *fuſcum*; & tum demum utraque vox, ut par eſt, à coloribus erit ad ſonos tranſlata. *Plinius* H. N. lib. XXVIII. cap. 6. *Venere vox revocatur, cùm è* CANDIDA *declinat in* FUSCAM. Sic etiam ΛΕΥΚΗ'Ν & ΦΑΙΑ'Ν dicunt Græci. *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 133. Ε. ΦΑΙΑ'Ν τινὰ καὶ μέλαιναν καὶ ΛΕΥΚΗ'Ν φωνὴν ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν ὅρασιν αἰσθητῶν κεκλήκαμεν. *Demetrius Phalereus* de Eloc. §. 87. Ἡ συνήθεια ---- σχεδὸν πάντα μεταφέρουσα λανθάνει --- ΛΕΥΚΗ'Ν τε ΦΩΝΗ'Ν λέγουσα &c. *Suidas* in λευκόν. ΛΕΥΚΗ` γὰρ λέγεται ΦΩΝΗ`, ἡ εὐήκοος. Adi ſis & *Pollucem* Onom. lib. II. §. 117. *Davies.*

bile, durum: quae hominum ſolùm auribus judicantur. Nariumque item, & [1] guſtandi pariter & tangendi magna judicia ſunt. Ad quos ſenſus capiendos & perfruendos, plures etiam, quàm vellem, artes repertae ſunt: perſpicuum eſt enim, quò compoſitiones unguentorum, quò ciborum conditio-
59 nes, quò corporum lenocinia proceſſerint. Jam verò animum ipſum mentemque hominis, rationem, conſilium, prudentiam, qui non divina cura perfecta eſſe perſpicit, is his ipſis rebus mihi videtur carere. [2] De quo dum diſputarem, tuam mihi dari velim, Cotta, eloquentiam. Quo enim tu illa modo diceres? quanta primùm intelligentia, deinde conſequentium rerum cum primis conjunctio & comprehenſio eſſet in nobis: ex quo videlicet, quid ex quibuſque rebus efficiatur, idque ratione, concludimus; ſingulaſque res definimus circumſcripteque complectimur: ex quo ſcientia intelligitur quam vim habeat, qualis ſit; qua ne in Deo quidem eſt res ulla praeſtantior. Quanta verò illa ſunt, quae vos Academici infirmatis & tollitis? quòd & ſenſibus & animo ea,

1 Apertè *tangendi*] In libro *Maffei* lectio probabilior, *pariter tangendi*; cujus ſententiam, quia patet, oſtendere ſupervacaneum videtur. *P. Manucius.*

Ibid. *Guſtandi & arte tangendi*] *Bonon.* 1494. *apertè tangendi*: *Cantab. Pall.* pr. ſec. *parte tangendi*; ſic etiam *Reg.* à prima manu; nam ſecunda dedit *arte*, quemadmodum vulgo legitur. *Janus Gulielmius* conjecit *peritè tangendi*: poteram propius *aptè tangendi*. Sed, ut vere dicam, *artis* ſive *peritia* mentio prorſus eſt incongrua; quapropter cùm *Maffai* Codex, aliuſque *Lambino* memoratus darent *guſtandi & pariter tangendi*; nos eorum ductum ſecuti ſumus, niſi quod voces tranſponendas putavimus. Id certè ſuadebant *Med.* & *Lincoln.* in quibus eſt *guſtandi* arte *& tangendi*: eoque modo rectius, ut opinor, procedit oratio. *Davies.*

2 *De quo dum* diſputarem, *tuam mihi dari* velim, *Cotta*, *eloquentiam*] Notat *Pet. Leſcaloperius*, hic Enalla-

gea

ea, quae extrà ſunt, percipimus atque comprehendimus: ex quibus conlatis inter ſe & comparatis, artes quoque efficimus, partim ad uſum vitae, partim ad oblectationem neceſſarias. Jam verò domina rerum (ut vos ſoletis dicere) eloquendi vis quàm eſt praeclara quamque divina? Quae primùm efficit, ut ea, quae ignoramus, diſcere, & ea, quae ſcimus, alios docere poſſimus. Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur adflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac geſtientes comprimimus, hac cupiditates iracundiaſque reſtinguimus: haec nos juris, legum, urbium ſocietate devinxit: [3] haec à vita inmani & fera ſegregavit. Ad uſum autem orationis, incredibile eſt, niſi diligenter adtenderis, quanta opera machinata natura ſit. Primùm enim à pulmonibus arteria uſque ad os intimum pertinet; per quam vox, principium à mente ducens, [4] percipitur & funditur. [5] Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus. Ea vocem inmoderatè profuſam fingit &

gen eſſe, quæ inſolentior eſt, quam ut ad imitandum proponi debeat. Sed mihi videtur *Cicero* nihil ſcripſiſſe, quod elegantiæ Latinæ ſtudioſis ſit cavendum. Dica potiùs Librariis erat ſcribenda, reponendumque *tuam mihi dari* VELLEM, *Cotta*, *eloquentiam*: ut voluit etiam *D. Lambinus*: aut ſi mavis, *de quo dum* DISPUTEM, *tuam mihi dari* VELIM, *Cotta eloquentiam*. Utrovis modo rectè procedit oratio. *Idem.*

3 *Hac à vita immani & fera ſegregavit*] *Elienſ.* habet, *hac autem vitam humanam & feram ſegregavit.* Si huic lectioni plures faverent Codices, reſcriberem, *hac vitam* HUMANAM A FERA *ſegregavit.* Vide *Ciceronem* de Orat. lib. 1. cap. 8. At cùm reliqui libri vulgatam ſervent, nihil novandum cenſeo. *Idem.*

4 Percipitur *& funditur*] Forſan *projicitur* aptius videri poſſit. *Idem.*

5 *Deinde in ore ſita lingua* &c.] Profert & hunc locum *Nonius* in verbo *fingit.* Lambinus.

 6 Ter-

& [1] terminat, quae ſonos vocis diſtinctos & preſſos efficit, cùm & ad dentes & ad alias partes pellit oris. Itaque [2] plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere; chordarum dentes; [3] nares cornibus iis, [4] qui ad nervos reſonant in cantibus.
60 Quam verò aptas, quamque multarum artium miniſtras manus natura homini dedit! Digitorum enim contractio facilis, faciliſque porrectio propter molles commiſſuras & artus nullo in motu laborat. Itaque [5] ad pingendum, ad fingendum, ad ſcalpendum, ad nervorum eliciendos ſonos ac tibiarum, apta manus eſt admotione digitorum. Atque haec oblectationis: illa neceſſitatis; cultus dico agrorum, extructioneſque tectorum, tegumenta corporum vel texta vel ſuta, omnemque fabricam aeris & ferri: ex quo intel-

1 *Terminat*, QUÆ *ſonos vocis*] Sic omnes libri; nihilominus tamen haud ità ſcripſit *Cicero*. Non malè quidem *D. Lambinus*, verbis tranſpoſitis, edidit: *terminat, ſonoſque vocis*. Optimè verò repoſueris; *terminat*, ATQUE *ſonos vocis*. In veterum monumentis ſæpius accidit, ut ex ſyllabis repetitis omitteretur una. *Davies*.

2 *Plectri ſimilem linguam* &c.] Hac ſimilitudine paſſim utuntur ſcriptores. *Nemeſius* de Nat. Hom. cap. XIV. p. 173. Τῆς μὲν γλώσσης καὶ τοῦ γαργαρεῶνος πλήκτρου λόγον ἐπέχοντος ---- τῶν δὲ ὀδόντων καὶ τῆς ποιᾶς τοῦ σώματος διανοίξεως, ὡς ἐν λύρᾳ τὴν τῶν χορδῶν ἀναπληρούντων χρείαν, συντελούσης τε καὶ τῆς ῥινὸς πρὸς εὐφωνίαν ἤτοι καλλιφωνίαν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ᾀδόντων. *Hieronymus* Epiſt. XXVII. pag. 182. ed. Victor. *Sicut enim plectrum chordis, ita lingua illiditur dentibus & vocalem reddit ſonum.* Quæ verba ſua fecit *Iſidorus* Orig. lib. XI. cap. 1. Vide ſis, inter alios, *Theodoretum* de Provid. Serm. III. pag. 47, 48. & Hæret. Fab. lib. V. cap. 9. Hinc ipſa lingua nonnullis πλῆκτρον dicebatur, uti monet *Pollux* lib. II. §. 104, 105. *Idem*.

3 *Nares cornibus iis* &c.] Cur non dixit *nares cornuum eorum* &c. nam debebant etiam ἀσυνδέτως deinceps conſequi ſimiles caſus; *linguam plectri ſimilem; chordarum, dentes; nares cornuum eorum* &c. Notandus igitur locus, cujus ſimilem me apud *Lucretium* reperire & notare memini lib. IV. ſub extr. *Lambinus*.

4 *Qui ad nervos* &c.] Sic habent omnes libri & MSSti & impreſſi. Quarè nil mutandum, cum præſertim *Priſcianus* teſtetur *hic cornus, cornûs*, in genere maſculino, & *hoc cornum, corni*, in neutro, & *hoc cornu, cornu*, inde-

intelligitur, ad inventa animo, percepta ſenſibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos conſecutos, ut tecti, ut veſtiti, ut [6] ſalvi eſſe poſſemus; urbes, muros, domicilia, [7] delubra haberemus. Jam verò [8] operibus hominum, id eſt, manibus, cibi etiam varietas invenitur, & copia. Nam & agri [9] multa ferunt manu quaeſita, quae vel ſtatim conſumantur, vel mandentur condita vetuſtati. Et praeterea veſcimur beſtiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones; quorum celeritas atque vis nobis ipſis adfert vim & celeritatem. Nos onera quibuſdam beſtiis, nos juga inponimus: nos elephantorum acutiſſimis ſenſibus, nos ſagacitate canum [10] ad utilitatem noſtram

indeclinabiliter, uſurpatum eſſe à veteribus. *Idem.*

5 *Ad pingendum, ad fingendum, ad ſcalpendum*] Noſtri Codices exhibent *ad pingendum, fingendum, ad ſcalpendum*; & ita dedit *Aſcenſius*; ita etiam accuratiſſimus *Victorius*. Lege *ad pingendum, fingendum* ac *ſcalpendum*. Davies.

6 *Salvi eſſe poſſemus*] Vulgo *poſſimus* & ita MSSti. Nos *Lambinianam* lectionem ſequimur; aliter enim diſcordarent tempora. *Idem.*

7 *Delubra* haberemus] *Reg.* à ſecunda manu & *Cantab.* dant *habeamus*; quod ſi recipiatur, non opus eſt ut *poſſimus* in *poſſemus* mutetur. Sed receptam lectionem ſervant præſtantiores MSSti, quin & altera ratione ſe melius habet Latinitas. *Idem.*

8 Operibus *hominum*] *D. Lambinus* emendabat *operis hominum*; quo factum, ut à MSStis receſſerit, nè minimâ quidem neceſſitate compulſus. *Salluſtius* Jugurth. cap. LXI. *Id oppidum in campo ſitum, magis* opere, *quàm naturâ, munitum erat.* Idem cap. LXXIX. *Simul oppidum & operibus & loco munitum videt.* Non aliter *Cæſar*, aliique ſcriptores optimi paſſim loquuntur. *Idem.*

9 *Multa* ferunt] *Pall.* tres noſtrique quatuor, *efferunt*; quod haud negligendum videtur. *Idem.*

10 *Ad utilitatem noſtram* abutimur] Utimur. *Cicero* de Invent. lib. II. c. 7. *Quas ad defenſionem rationes reo dabimus, iis accuſator ad alios ex culpa eximendos* ABUTETUR. Vide ſis Orat. cap. 52. & *Joan. Fr. Gronovium* ad lib. IX. Fam. Epiſt. 6. *Lactantius* Div. Inſtit. lib. I. cap. 6. *Sed & nos confuſe Sibyllam dicemus; ſicubi teſtimoniis earum fuerit* abutendum. *Hieronymus* ad Salvinam Epiſt. 9. *Unde & ego poſſum ſuper eo verè* abuti

ſtram abutimur: nos è terrae cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam; nos aeris, argenti, auri venas, penitus abditas, invenimus, & ad uſum aptas, & ad ornatum decoras: [1] arborum autem conſectione, omnique materia & culta & ſilveſtri partim ad calfaciendum corpus [2] igni adhibito & ad mitigandum cibum utimur; partim ad aedificandum, ut tectis ſepti, frigora caloreſque pellamus. [3] Magnos verò uſus adfert ad navigia facienda, quorum curſibus ſubpeditantur omnes undique ad vitam copiae. Quaſque res violentiſſimas natura genuit, earum moderationem nos ſoli habemus, maris atque ventorum, propter nauticarum rerum ſcientiam; plurimiſque maritumis rebus fruimur atque utimur. Terrenorum item commodorum omnis eſt in homine dominatus. Nos campis, nos montibus fruimur: noſtri ſunt amnes, noſtri lacus: nos fruges ſerimus, nos arbores: nos aquarum inductionibus terris fecunditatem damus: nos flumina arcemus, dirigimus, aver-

abuti *Apoſtoli voce*. Sic & alibi paſſim. Conſulas licet ejus librum de viris illuſt. cap. XV. Quæſt. Hebr. in Geneſin cap. 46. denique in Jovin. lib. I. pag. 347. B. & lib. II. pag. 366. F. *Sulpicius Severus* Epiſt. II. ad Sororem cap. 14. *Damnanda non ſunt, quæ, propter incontinentiæ voluptatem, nondum Deo devota, remedio Apoſtolico* ABUTUNRUR. Adi & cap. XXIV. Pariter Græci. *Origenes* contra Marcionitas pag. 31. Πᾶς ἂν ΑΠΟΚΕΧΡΗΤΑΙ τοῖς προφήταις. Et paullò poſt: Οὐδὲν ῥητῶς 'ΑΠΟΚΕ'ΧΡΗΤΑΙ τῶν ἀρχαίων. Vide & pag. 32. *Davies.*

1 *Arborum autem* conſectione] Quidam legi volunt *confectione*. Lambin.

Ibid. *Arborum autem conſectione*] Ὑλοτομίαν appellat *Ariſtoteles* lib. I. Polit. *Urſinus.*

2 *Igni* adhibito] Ita quidem vulgò legitur, nec aliter *Victorius* noſtrique Codices. Malim tamen *igni adhibita*, nempe materia; quemadmodum *Lambinus* & *Aldus* nepos ediderunt. *Davies.*

3 *Magnos verò uſus affert ad navigia*

avertimus: noſtris denique manibus in rerum
natura quaſi alteram naturam efficere conamur.
Quid verò? hominum ratio non in caelum uſ- 61
que penetravit? Soli enim ex animantibus nos
aſtrorum ortus, obitus, curſuſque cognovimus:
ab hominum genere finitus eſt dies, menſis, an-
nus: defectiones ſolis & lunae cognitae praedi-
ctaeque in omne poſterum tempus, quae, quan-
tae, quando futurae ſint. Quae contuens ani-
mus, [4] accipit ab his cognitionem Deorum: ex
qua oritur pietas; cui conjuncta juſtitia eſt, re-
liquaeque virtutes, è quibus vita beata exiſtit par
& ſimilis Deorum; [5] nulla aliâ re, niſi inmor-
talitate, quae nihil ad bene vivendum pertinet,
cedens caeleſtibus. Quibus rebus expoſitis, ſa-
tis docuiſſe videor, hominis natura quanto om-
nes anteiret animantes. Ex quo debet intelligi,
nec figuram ſitumque membrorum, nec inge-
nii mentiſque vim, talem effici potuiſſe fortu-
na. Reſtat, ut doceam, atque aliquando 62
perorem, omnia, quae ſint in hoc mundo, qui-
bus

gia facienda] *Cantab.* habet, *magnos verò uſus affert* materia ſucciſa *ad navigia facienda*; eaſdemque voces exhibet *Reg.* à ſecunda manu; ſed dubio procul ex ora Codicis in *textum* ſunt tranſlatæ. *Idem.*

4 *Accipit* ab his *cognitionem Deorum*] Sic diſertè *Reg. Med. Lincoln. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. Vulgò *accipit ad cognitionem Deorum*, nec aliter *Victorius*; quod à duobus *Pall.* firmari teſtatur *Janus Gruterus*. Ita tamen ſcripſiſſe *Ciceronem* non crederem, licet omnes omninò ſuffragarentur MSSti; nam oratio non eſt Latina. Fortè voluêrunt iſti Librarii, ACCEDIT *ad cognitionem Deorum*; ſed conjecturis haud opus, cum libri ſatis commodam lectionem ſuppeditent. *Idem.*

5 *Nullâ* aliâ *re niſi immortalitate*] Vulgg. voculam ſecundam prætermittunt, quam nos ex *Reg. Med. Lincoln. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. repoſuimus. Stoicæ verò jactantiæ, quam Balbus hic exprimit, exempla benè multa congeſſit *Juſt. Lipſius* Manud. ad Philoſ. Stoic. lib. III. Diſſ. 14. *Idem.*

bus utantur homines, hominum cauſſa facta eſſe & parata. Principio ipſe mundus, Deorum hominumque cauſſa factus eſt: [1] quaeque in eo ſunt, ea parata ad fructum hominum & inventa ſunt. Eſt enim mundus quaſi communis Deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque. Soli enim ratione utentes, jure ac lege vivunt. Ut igitur Athenas & Lacedaemonem, Athenienſium Lacedaemoniorumque cauſſa putandum eſt conditas eſſe; omniaque, quae ſint in his urbibus, eorum populorum rectè eſſe dicuntur: ſic quaecumque ſunt in omni mundo, [2] Deorum atque hominum putanda ſunt. Jam verò circuitus ſolis & lunae reliquorumque ſiderum, quamquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen & ſpectaculum hominibus praebent: nulla eſt enim inſatiabilior ſpecies, nulla pulchrior, & ad rationem ſollertiamque praeſtantior. [3] Eorum enim curſus dimetati, maturitates temporum & varietates mutationeſque cognovimus: quae ſi hominibus ſolis nota ſunt, homi-

1. *Quaque in eo ſunt, ea parata*] Vulgo *quaque in eo ſunt* omnia, *ea parata*. Sed vocem antepenultimam neſciunt *Reg. Med. Aſcenſ,* & *Victor.* nec eſt orationi neceſſaria. *Davies.*

2 *Deorum atque hominum putanda ſunt*] Videtur reſpexiſſe ad locum *Ariſtotelis*, qui eſt in lib. I. Polit. c. 8. Ὥστε ὁμοίως δῆλον, ὅτι καὶ γενομένοις οἰητέον, τά τε φυτὰ τῶν ζώων ἕνεκεν εἶναι, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα τῶν ἀνθρώπων χάριν· τὰ μὲν ἥμερα, καὶ διὰ τὴν χρῆσιν καὶ διὰ τὴν τροφήν· τῶν δ' ἀγρίων, εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ τά γε πλεῖστα, τῆς τροφῆς καὶ ἄλλης βοηθείας ἕνεκεν, ἵνα καὶ ἐσθὴς καὶ ἄλλα ὄργανα γίνηται ἐξ αὐτῶν. Εἰ οὖν ἡ φύσις μηθὲν μήτε ἀτελὲς ποιεῖ μήτε μάτην, ἀναγκαῖον τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν αὐτὰ πάντα πεποιηκέναι τὴν φύσιν. Urſinus.

3 *Eorum enim curſus* dimetati &c.] Sic legendum, & ita habent vett. Codd. non *dimetiti*: nam à verbo *dimetior* fit *dimenſus*; *dimetatus* autem à *dimetando*. Lambinus.

4 *De vitibus, olivetiſque*] Suſpicari quis poſſit legendum *oliviſque*, ut arbor arbori conjungatur. Sed in hujuſmodi

hominum eſſe facta cauſſa judicanda ſunt. Terra verò feta frugibus & vario leguminum genere, quae cum maxuma largitate fundit, ea ferarumne an hominum cauſſa gignere videtur? Quid [4] de vitibus olivetiſque dicam? quarum uberrimi laetiſſimique fructus nihil omnino ad beſtias pertinent: neque enim ſerendi, neque colendi, nec tempeſtivè demetendi percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi ulla pecudum ſcientia eſt: earumque omnium rerum hominum
eſt & uſus & cura. Ut fides igitur & tibias eo- 63
rum cauſſa factas dicendum eſt, qui illis uti poſſunt: ſic ea, quae diximus, iis ſolis confitendum eſt eſſe parata, qui utuntur: nec ſi quae beſtiae furantur aliquid ex his aut rapiunt, illarum quoque cauſſa ea nata eſſe dicemus. [5] Neque enim homines murium aut formicarum cauſſa frumentum condunt, ſed conjugum & liberorum & familiarum ſuarum: itaque beſtiae furtim, ut dixi, fruuntur; domini palàm, & liberè. Hominum igitur cauſſa eas rerum copias comparatas, [6] fatendum

juſmodi rebus auctores non uſque adeò ſunt anxii. Sic *olivas & vineta* copularit *Arnobius* lib. I. p. 12. *Themiſtius* Orat. XXI. p. 245. Καπνὸν ὁ δῆμος--ἐκ τῶν ἀγρῶν, καὶ ἐκ τῶν ΑΜΠΕΛΩΝ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων τῶν ἀργυρείων. Licet ibi ſcribendum crediderim ἀμπελώνων. Quod ſi *pronomen femininum*, quod proximè ſequitur, ullam pariat moleſtiam, videatur Scholiaſtes ad Iliad. B, 137. *Davies.*

5 *Neque enim homines* murium *aut formicarum*] Secutus ſum libros & vulgatos & MSStos, qui ſic habent. Lectorem tamen celatum nolui, *Charisium* lib. I. col. 110. teſtari à *M. Tullio* hic ſcriptum eſſe *murum* pro *murium*. Lambinus.

6 *Fatendum eſt---videamus*] Interpunctio vulgata ſenſum pendere facit, & eum interrumpit. Locum igitur ſic diſtingues: *Fatendum eſt; (ut forte tanta---donaverit) tantumque abeſt* &c. Tum demum rectè procedent omnia, ſi modò voces, incluſæ ſemicirculis, εἰρωνικῶς dictæ cenſeantur. *Davies.*

1 *Canum*

dum eſt. Ni fortè tanta ubertas & varietas pomorum, eorumque jucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus etiam & aſpectus, dubitationem adfert, quin hominibus ſolis ea natura donaverit. Tantumque abeſt, ut haec beſtiarum etiam cauſſa parata ſint, ut ipſas beſtias hominum gratia generatas eſſe videamus. Quid enim oves aliud adferunt, niſi ut earum villis confectis atque contextis homines veſtiantur? quae quidem neque ali, neque ſuſtentari, neque ullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione potuiſſent. [1] Canum verò tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, & tam incredibilis ad inveſtigandum ſagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid ſignificat aliud, niſi ſe ad hominum com-

1 *Canum verò tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio*] Hæc adducit *Nonius* cap. I. ut oſtendat *adulationem* blandimenta canum proprie denotare. De re ipſa vide *Juſt. Lipſium* Cent. I. ad Belgas Epiſt. 44. *Davies.*

2 *Vis* nulla umquam] Vulgò *vis numquam ulla.* Noſtram lectionem repræſentant *Elienſ. Med. Lincoln. Aſcenſ.* & *Victor.* nec abit *Reg.* niſi quod ille, *nulla vis umquam.* Idem.

3 *Ferrea tum verò proles* &c.] *Tullius* hæc ex *Arato* ſuo vertit, cujus verba Græce ſic ſe habent vſ. 130, ſeqq.

Χαλκείη γενεὴ, προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες.
Οἳ πρῶτοι κακοέργον ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
ΕΙΝΟΔΙΗΝ, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.

Ubi *Grotius* δειπνίζειν perperam repoſuit. Secundum enim tertiumque laudant etiam *Maximus Tyrius* Diſſert. XIV. & *Plutarchus* περὶ σαρκοφαγίας Orat. II. pag. 998. nec à vulgatis abeunt. Pari modo peccavit *Menagius* ad *Laertii* III, 75. dum in notiſſimo illo verſu *Homerico* reſcribat Ὠκεανόν τε θεῶν ΓΕΝΕΤΗ'Ν καὶ μητέρα Τηθύν· cùm ſcriptores innumeri vulgatam γένεσιν tueantur. Ut ad rem redeam: permulta veterum loca huc pertinentia congeſſêrunt Interpretes ad *Æliani* V. H. lib. V. c. 14. *Idem.*

4 Victum *domitumque juvencum*] *Vinctum* habet antiquus liber, eamque lectionem confirmant ea, quæ περὶ βοὸς ἀροτῆρος cecinêrunt Græci Poëtæ. *Urſinus.*

Ibid. *Victum* tuetur *Grotius.* Eandem

commoditates eſſe generatos? Quid de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata. Cervices autem natae ad jugum; tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda: quibus, cùm terrae ſubigerentur fiſſione glebarum, ab illo aureo genere, ut poetae loquuntur, [2] vis nulla umquam adferebatur.

[3] *Ferrea tum verò proles exorta repentè eſt,*
Auſaque funeſtum prima eſt fabricarier enſem,
Et guſtare manu [4] *victum domitumque juvencum.*

Tanta putabatur utilitas percipi ex bubus, ut eorum viſceribus veſci ſcelus haberetur. Longum 64
eſt mulorum perſequi utilitates & aſinorum; quae certè ad hominum uſum paratae ſunt. Sus verò quid habet, praeter eſcam? [5] cui quidem,

dem tamen, quam liber *Urſini*, lectionem dant *Elienſ. Med.* & *Aſcenſ.* Unde legerim *manu junctum domitumque juvencum.* Sane *junctum* ipſe *Victorius* exhibet; & in MSStis, *junctum* velint an *vinctum* Librarii, vix diſcernas. *Junctus* autem *juvencus*, is eſt qui jugum paſſus eſt; quemadmodum *junctus mulus* apud *Columellam* lib. II. cap. 22. *Sulpicius Severus* vit. Martini cap. XXI. JUNCTIS *ſcilicet* BUBUS *dum diſſoluta arctius lora conſtringit* &c. *Davies.*

5 *Cui quidem, nè* putiſceret &c.] Legendum, libris omnibus invitis, ut eſt apud *Nonium* in voce *putidum*, *nè putiſceret*, & ita etiam olim edi juſſeram; nam vulgò legitur, *nè putreſceret*. Huic loco ſimilis ille ſupra lib. V. de Fin. *Animam illi pecudi datam pro ſale, nè putiſceret.* Sic enim illic quoque legendum eſt, non *putreſceret*, ut habent libri vulgati. *Lambinus.*

Ib. *Putreſceret*] *Putiſceret* NONIO viſum eſſe ſcribendum ſuprà oſtendimus. *Camerarius.*

Ib. *Cui quidem, nè* putreſceret, *animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus*] Vulgò *putiſceret*; & quidem ex *Nonii* fide, qui voce *putidum* ſic infit: Putidum *non putrem*, *ſed odoris mali.* M. Tullius *de fin. Bon. & Malor.* lib. V. (cap. 13.) Non inſcite illud dictum videatur in ſue, animum illi pecudi datum pro ſale, nè *putiſceret*. Et ſane plures MSS. hoc in loco dant *puteſceret*, quod eodem redit. Ego tamen cum Cl. *Boherio* in *Leopardi* caſtra tranſierim, qui lib. XVIII. Emend. cap. 3. legit, *nè putreſceret*, prout exhibent nonnulli Codices. Nam Græci τῷ σαπρῷ rem deſignant, quod non malum

dem, ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus: qua pecude, quòd erat ad veſcendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. Quid multitudinem ſuavitatemque piſcium dicam? quid avium? ex quibus tanta percipitur voluptas, ut interdum Pronoea noſtra, Epicurea fuiſſe videatur. Atque hae ne caperentur quidem, niſi hominum ratione atque ſollertia: quamquam aves quaſdam, & alites, & oſcines, ut noſtri augures appellant, rerum augurandarum cauſſa eſſe natas putamus. Jam verò inmanes & feras beluas nanciſcimur venando, ut & veſcamur his, & [1] exerceamur in venando ad ſimilitudinem bellicae diſciplinae, & utamur domitis & condocefactis, ut elephantis: multaque ex earum corporibus remedia morbis & volneribus eligamus, ſicut ex quibuſdam ſtirpibus & herbis, quarum utilitates longinqui temporis uſu & [2] periclitatione percepimus.

lum odorem, ſed putrefactionem denotat. Vide *Clementem* Alexandrinum Strom. lib. VII. pag. 304. alioſque locos quos citavit vir ille doctiſſimus. His addas licet *Plinium* H. N. lib. VIII. c. 51. & *Porphyrium* de Abſtin. lib. III. §. 20. Non aliter de piſcibus locutus eſt *Philo* Judæus de Opif. Mundi pag. 10. *Davies.*

1 *Exerceamur in venando ad ſimilitudinem bellicae diſciplinae*] *Clemens* Alexandrinus de Moſe Strom. lib. I. pag. 149. Ποιμαίνει προβάτα, προδιδασκόμενος εἰς ἡγεμονίαν ποιμενικήν· (Leg. ποιμενικῇ· hæc enim via multò facilior eſt eâ, quam inſtitit Cl. *Potterus*) προγυμνασία γὰρ βασιλείας, τῷ μέλλοντι τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀνθρώπων ἐπιστατεῖν ἀγέλης, ἡ ποιμενικὴ, καθάπερ καὶ τοῖς πολεμικοῖς τῇ φύσει ἡ θηρευτική. Hunc locum adumbravit ex *Philone* de vita Moſis lib. I. pag. 475. apud quem ſequitur: Θηρευταὶ γὰρ ἐμπρομελετῶσιν οἱ πρὸς τοὺς στρατάρχας ἀλειφόμενοι &c. *Ariſtides* Orat. II. p. 25. Θήρα τοίνυν καὶ κυνηγέσια, ἔστι μὲν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος παιδιά· καθίσταται δ' εἰς τὸ προσήκειν τῷ θεῷ δι' ἓν μὲν, ὅτι τῆς ΠΟΛΕΜΙΚΗΣ μόριον τέχνης ἐστί· μᾶλλον δὲ ΕΙΚΩΝ &c. Hinc *Polluci* lib. v. Procem. venatio dicitur τὸ ἐπιτήδευμα ἡρωϊκὸν καὶ βασιλικὸν, καὶ πρὸς εὐσωματίαν ἅμα καὶ εὐψυχίαν ἀσκεῖν, καὶ εἰρηνικῆς τε καρτερίας ἅμα καὶ πολεμικῆς τόλμης μελέτημα. Præter alios plures, vide ſis *Xenophontem* Cyropæd. lib. I. c. II, 10. & *Plinium* Pan. cap. LXXXI, 2. *Idem.*

2 Pe-

pimus. Totam licet animis tamquam oculis luſtrare terram mariaque omnia. Cernes jam ſpatia frugifera atque inmenſa camporum, veſtituſque denſiſſimos montium, pecudum paſtus, tum incredibili curſus maritumos celeritate. [3] Nec verò ſupra terram, ſed etiam in intimis ejus tenebris plurimarum rerum latet utilitas; quae ad uſum hominum orta, ab hominibus ſolis invenitur. Illud vero, quod uterque veſtrum 65
adripiet fortaſſe ad reprehendendum, (Cotta, quia Carneades libenter in Stoicos invehebatur; Vellejus, quia nihil tam inridet Epicurus, quàm praedictionem rerum futurarum) mihi videtur vel maxume confirmare, Deorum providentia conſuli rebus humanis: eſt enim profectò divinatio, quae multis locis, rebus, temporibus apparet, cum in privatis, tum maxumè in publicis. Multa cernunt haruſpices: [4] multa augures provident: multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus,

2 *Periclitatione* percepimus] Sic recte MS. *Med.* Quin & ita dedêrunt Aſcenſius & Victorius. Vulgò *percipimus*, male: ſicut etiam Cl. *Boherius* animadvertit. *Idem.*

3 *Nec verò ſupra terram, ſed etiam in intimis ejus tenebris*] In editis pleriſque legitur, *nec verò* tantum *ſupra terram.* Sed ea vox non agnoſcitur à MSStis, & elegantèr poteſt intelligi: ſic enim locuti ſunt veteres, ut oſtendit *Joſ. Scaliger* ad *Varronem* de R. R. lib. III. pag. 244. Pariter Graeci. *Lucianus* Jud. Vocal. pag. 45. Δίκαιον οὖν ΟΥΧ ΥΜΑΣ, οἳ δικάζετε νῦν, ΑΛΛΑ ΚΑΙ τὰ λοιπὰ γράμματα τὸ πέρας ἔχειν τινὰ φυλακήν. *Longinus* περὶ ὕψους §. XXXV. ΟΥ γὰρ μεγέθει τῶν ἀρετῶν, ΑΛΛΑ ΚΑΙ τῷ πλήθει πολὺ λειπόμενος ὁ Λυσίας. *Chryſoſtomus* Hom. II. ad pop. Antioch. pag. 25. Καὶ τοῦτο ΟΥΚ ἐπὶ τῶν λεγόντων, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ἐπὶ τῶν ἀκουόντων γίνεται. *Origenes* contrà Celſum lib. v. p. 246. Παριστάντες αὐτοῦ καὶ τὸ δυνατὸν ΟΥΚ ἀποφάσει, ΑΛΛΑ ΚΑΙ λόγῳ. Ex eodem *Origene Euſebius* P. E. lib. VI. cap. XI. pag. 294. Παράπολυ γάρ φησι παραλλάττειν τὰ σημαινόμενα παρὰ τὴν ἀγνωσίαν ΟΥ τῆς ὅλης ὥρας, ΑΛΛΑ ΚΑΙ τοῦ ποστημορίου αὐτῆς. Ubi Fr. *Vigerus* addendum eſſe *μόνον* temerè cenſuit; in allatis enim locis omnibus ea ſubauditur particula. *Idem.*

4 *Multa augures provident*] Vulgò deſunt hæ voces; quod non tam editorum conſilio, quam incuriâ Typothetarum contigiſſe cenſeo; nam eas

bus, multa ſomniis, multa portentis: quibus cognitis, [1] multae ſaepe res hominum ſententia atque utilitate partae, multa etiam pericula depulſa ſunt. Haec igitur ſive vis, ſive ars, ſive natura, ad ſcientiam rerum futurarum homini profectò eſt, [2] nec ab alio alicui quàm à Dîs inmortalibus data. Quae ſi ſingula vos fortè non movent, univerſa certè tamen inter ſe connexa atque conjuncta movere debebunt. Nec verò univerſo generi hominum ſolùm, ſed etiam ſingulis à Dîs inmortalibus conſuli & provideri ſolet. Licet enim contrahere univerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremò deducere
66 ad ſingulos. Nam ſi omnibus hominibus, qui ubique ſunt, quacumque in ora ac parte terrarum, ab hujuſce terrae, quam nos incolimus, continuatione diſtantium, Deos conſulere cenſemus ob has cauſſas, quas antè diximus: his quoque hominibus conſulunt, qui has nobiſcum terras ab oriente

te

eas repræſentant, omnes MSSti ſimul ac veteres impreſſi. *Davies.*

1 *Multa ſæpe res* hominum ſententia atque utilitate *parta*] Ita ſanè Codices, quantùm conſtat, omnes; nec tamen ullus, aut ſaltem parùm commodus, exſurgit ſenſus. *Lambinus* ex conjecturâ recepit, *multa ſæpe res* EX ANIMI *ſententia atque* utilitates *parta.* At hæc quidem pura puta eſt licentia, quæ ſi graſſaretur, in veterum monumentis nihil eſſet intaminati; multumque præſtat hujuſce generis ulcera prorſus intacta relinquere, quam importunis tentare medicinis. Cùm tamen ſuſpicionem proferre nihil impediat, putârim voces *hominum ſententia* ſcriptas fuiſſe pro *ominum ſcientia.* *Ominum* verò *ſcientia atque utilitate*, nota fuit marginalis, eâque declararat Librarius, quibus de rebus hic ageretur. Lego itaque, *multa ſæpe res parta*, verbis ſuperfluis omninò deletis. Quod ſi nimis audax videatur hæc conjectura, ad receptam lectionem propius reſcribas licet, *multa ſæpe res* horum ſcientia *atque* utilitates *parta.* Idem.

2 *Nec* ab alio *alicui quàm à Diis immortalibus data*] Sic *Reg. Med. Lincoln. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. ut hanc lectionem revocare non dubitaverim. *Pall.* pr. ſec. & *Buſlid.* habent, *nec alicui quam à Diis immortalibus*; unde *Janus Gruterus*, reliquis omnibus reſectis, voluit, *homini profecto à Diis*

immor-

te ad occidentem colunt. Sin autem his conſulunt, qui quaſi [3] magnam quandam inſulam incolunt, quam nos orbem terrae vocamus; etiam illis conſulunt, qui partes ejus inſulae tenent, Europam, Aſiam, Africam. Ergo & earum partes diligunt, ut Romam, Athenas, Spartam, Rhodum: & earum urbium ſeparatim ab univerſis ſingulos diligunt, ut Pyrrhi bello Curium, Fabricium, Coruncanium; primo Punico Calatinum, [4] Duillium, Metellum, Lutatium; ſecundo Maximum, Marcellum, Africanum; poſt hos, Paullum, Gracchum, Catonem, patrumve memoria Scipionem, Laelium: multoſque praeterea, & noſtra civitas, & Graecia tulit ſingulares viros; quorum neminem niſi juvante Deo talem fuiſſe credendum eſt. Quae ratio poetas, maxumeque Homerum inpulit, ut principibus heroum, Ulixi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos Deos diſcriminum & periculorum comites

immortalibus data; *Jac* autem *Gronovius* edidit, *nec* ALICUIQUAM *à Diis immortalibus data*; ſeque *notabili voce reſtituta Tullium illuſtraſſe* gloriatur. At, præterquam quòd illam vocem in Latio receptam fuiſſe non conſtet; ſi dixerat Balbus, divinationem à Diis immortalibus *alicuiquam* non eſſe datam, ſuo ſe gladio jugulâſſet: ex rerum enim futurarum prædictionibus contendit, Deorum providentiam rebus humanis conſulere. Id verò nullo modo patet, ſi Dii harum nemini dant ſcientiam. *Idem.*

3 *Magnam quandam* inſulam *incolunt, quam nos* orbem terræ *vocamus*] *Inſulam* vocat *orbem terræ*, quod Oceano

Πᾶσα χθὼν, ἅτε ΝΗΣΟΣ ἀπείρι-
τος, ἐστεφάνωται,

ut loquitur *Dionyſius* vſ. 4. Imitatur autem Periegetes, ut hoc obiter dicam, illud *Homericum* Odyſſ. K, 195.

Νῆσον, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος
ἐστεφάνωται.

Adi ſis *Athenæum* lib. I. pag. 18. F. & ſcriptorem vit. *Homer.* in Opuſc. *Galean.* pag. 294. *Idem.*

4 *Duillium*] *Lambinus* edidit *Duellium*; & eam ſcribendi rationem firmant *Reg. Med.* & *Bonon.* 1494. Potius ſanè *Duilium* legerem; huic enim viro nomen erat *Bilius*. Vide *Pet. Ciaconium* ad Columη. Roſtr. Tom. IV. Ant. Rom. col. 1814. *Idem.*

1 *Multa*

mites adjungeret. Praeterea ipſorum Deorum ſaepe praeſentiae, quales ſuprà commemoravi, declarant, ab his & civitatibus & ſingulis hominibus conſuli: quod quidem intelligitur etiam ſignificationibus rerum futurarum, quae tum dormientibus, tum vigilantibus portenduntur. Multa praeterea oſtentis, [1] multa in extis admonemur, multiſque rebus aliis, quas diuturnus uſus ita notavit, ut artem divinationis efficeret. Nemo igitur vir magnus ſine aliquo adflatu divino umquam fuit. Nec verò ita refellendum eſt, ut, ſi ſegetibus aut vinetis cujuſpiam tempeſtas nocuerit, eum, cui quid horum acciderit, aut inviſum Deo, aut neglectum à Deo judicemus. [2] Magna Dî curant, parva negligunt. [3] Magnis autem viris proſperè eveniunt ſemper omnes res; ſiquidem [4] ſatis à noſtris & à principe philoſophorum Socrate

1 *Multa* in *extis* admonemur] *Lambinus* & *Aldus* nepos edidêre *multa extis*, quod præ recepta lectione placet. At quod in *Reg. Med. Lincoln.* & *Aſcenſ.* ſit *admonentur*, id verò vulgatæ poſthabendum cenſeam. *Davies.*

2 *Magna Dii curant, parva negligunt*] *Euripidis* eſt, cujus verſus *Plutarchus* præceptis conjugalibus expoſuit:

--Τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται
Θεός, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀνεὶς
ἐᾷ.

Camerarius.

Ibid. Verſus à *Camerario* laudati non in *Plutarchi* præceptis conjugalibus, ſed Politicis extant pag. 811. D. Quin etiam reperiuntur apud eundem περὶ ἀοργησίας pag. 464. A. Eodem ferè redit & hoc incerti Poëtæ:

Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φροντίζει βροτῶν,
Τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ.

Exſtat apud philoſophum Chæronenſem de aud. Poet. pag. 24. *Davies.*

3 *Magnis autem viris proſperè eveniunt ſemper omnes res*] In Venetis *eveniunt* omittitur. Et poteſt ſanè extrinſecus non incommodè verbum intelligi. Sed illa ſinam. *Camerarius.*

Ibid. *Proſperè eveniunt ſemper omnes res*] Vulgg. omiſſa voce ſecunda dant, *proſperè ſemper omnes res*; ſed aut cum *Pal.* pr. legendum, *proſpera ſemper omnes res*, aut potius *proſperè* EVENIUNT *ſemper omnes res*, uti quidem nos exhibuimus, fidem *Reg. Med. Lincoln*, *Bonon.* & antiquitùs editorum ſecuti. *Davies.*

4 *Satis à noſtris & à principe Philoſophorum Socrate dictum eſt de virtute*

te dictum eſt de ubertatibus virtutis & copiis. Haec mihi ferè in mentem veniebant, quae di- 67 cenda putarem de natura Deorum. Tu autem, Cotta, ſi me audias, eandem cauſſam agas, [5] teque & principem civem [putes] & pontificem eſſe cogites; &, quoniam in utramque partem vobis licet diſputare, hanc potiùs ſumas: eamque facultatem diſſerendi, quam tibi à rhetoricis exercitationibus acceptam amplificavit Academia, potiùs huc conferas. Mala enim & impia conſuetudo eſt contra Deos diſputandi, ſive ex animo id fit, ſive ſimulate.

bertatibus virtutis & copiis] Ea quippe ſola, pro Socraticorum Stoicorumque mente, beatos efficit, nec ullum injuriæ locum relinquit. Vide *Maximum* Tyrium Diſſert. 2. & *Senecam* de Conſt. Sap. cap. 5. Hinc *Juſtinus* Martyr Apol. I. cap. 2. Ἡμεῖς μὲν γὰρ πρὸς οὐδενὸς πείσεσθαί τι κακὸν δύνασθαι λελογίσμεθα, ἢν μὴ κακίας ἐργάται ἐλεγχοίμεθα, ἢ πονηροὶ διεγνώσμεθα· ὑμεῖς δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ. Ad dictum Socraticum reſpicit, quod, ex *Platonis* Apologia, poſt alios multos, retulit *Arrianus* Epict. lib. II. cap. 2. *Idem.*

5 *Teque & principem civem* putes, *& pontificem eſſe cogites*] Optimè *Regius* noſter, *teque & principem civem & pontificem eſſe cogites*; omiſſa voce ſupervacuâ, quæ orationis exitum nulli bono remoratur. Ac *Regio* quidem Codici ſuccinunt *Med. Linceln.* & *Aſcenſ.* ut omninò delenda videatur. *Idem.*

M. TULLII CICERONIS DE NATURA DEORUM AD M. BRUTUM

LIBER TERTIUS.

1 QUAE cùm Balbus dixiſſet, tum adridens Cotta, Serò, inquit, mihi, Balbe, praecipis, quid defendam: ego enim, te diſputante, quid contrà dicerem, mecum ipſe meditabar; neque tam refellendi tui cauſſa, quàm ea, quae minùs intelligebam, requirendi. Cùm autem ſuo cuique judicio ſit utendum, difficile factu eſt, me id ſentire, quod tu velis. Hîc Vellejus, Neſcis, inquit, quanta cum exſpectatione, Cotta, ſim te auditurus: jucundus enim Balbo noſtro ſermo tuus contra Epicurum fuit; [1] praebebo igitur me tibi viciſ-

1 *Præbebo igitur me tibi*] *Reg.* & *Med.* exhibent, *præbebo igitur* EGO *me tibi.* Rectè quidem, ut videtur; illa quippe vox peculiarem hic habet ἔμφασιν. *Davies.*

2 *Si mehercule, inquit, Vellei,*] Aut in his verbis mendum eſt, aut quidpiam deſideratur. Quod ſi ita corrigas, *ſanè herculè, inquit, Vellei*, non erit, quo Lector offendatur: ſubaudietur enim *paratus venio*; & optimè cum ſequentibus ſententia conveniet. *P. Manucius.*

Ibid. *Si mehercule, inquit, Vellei*] Hæc

ciſſimi adtentum contra Stoicos auditorem: ſpero enim, te, ut ſoles, bene paratum venire. Tum Cotta, [2] Si me hercule, inquit, Vellei: [3] neque enim mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecum fuit. Quî tandem, inquit ille? Quia mihi videtur Epicurus veſter de Dîs inmortalibus non magno opere pugnare: tantummodò negare Deos eſſe non audet, ne quid invidiae ſubeat aut criminis. Cùm verò Deos nihil agere, nihil curare confirmat, membriſque humanis eſſe praeditos, ſed eorum membrorum uſum nullum habere; ludere videtur, ſatiſque putare, ſi dixerit eſſe quandam beatam naturam & aeternam. A Balbo autem animadvertiſti, credo, quàm multa dicta ſint, quamque, etiam ſi minùs vera, tamen apta inter ſe & cohaerentia: itaque cogito, ut dixi, non tam refellere ejus orationem, quàm ea, quae minùs intellexi, requirere. Quare, Balbe, tibi permitto, reſponderene mihi malis, de ſingulis rebus [4] quaerenti ex te ea, quae parum accepi; an univerſam audire orationem meam. Tum Balbus: Ego

Hæc eſſe corrupta vident omnes. *P. Manucius* conjecit, *Sane hercule, inquit, Vellei: D.* autem *Lambinus* edidit, *ſic eſt mehercule.* Sed nulli Codices addicunt. *Reg.* exhibet, NON *mehercule*, quod probo: rei enim difficultas fecit, ut Cotta benè paratus, ſeu fortibus ad Balbum confutandum argumentis inſtructus, non venerit; idcircò ſe non tam *refellere ejus orationem* cogitare, *quam ea, quæ minus intellexit, requirere* teſtatur. *Davies.*

3 *Neque enim mihi par ratio*] Quidam legendum putant, in quibus ego me eſſe profiteor, *par* certatio *eſt*; quod ego valdè probarem, ſi qua eſſent hujus ſcripturæ in libris veteribus veſtigia. Quanquam non eſt incredibile, vel à ſcriptore librario, vel ab alio aliquo depravatam eſſe ſcripturam rectam ac germanam, factumque ex *par certatio*, *par ratio*. Lambinus.

4 *Quærenti ex te ea, quæ parum accepi*] His adnectit *Reg.* noſter *aperire*; ſed illa vox ſtultitiæ fraterculi cujuſdam, quæ non deerant ſupplentis, videtur tribuenda. *Davies.*

Ego verò, ſi quid explanari tibi voles, reſpondere malo: ſin me interrogare, non tam intelligendi cauſſa, quàm refellendi; utrum voles, faciam: vel ad ſingula, quae requires, ſtatim reſpondebo; vel, cùm peroraris, ad omnia. Tum Cotta, Optumè, inquit: quamobrem ſic agamus, ut nos
2 ipſa ducit oratio. Sed ante quàm de re, pauca de me: non enim mediocriter moveor auctoritate tua, Balbe, [1]orationeque ea, quae me in perorando cohortabatur, ut meminiſſem me & Cottam eſſe & pontificem: quod eò, credo, valebat, ut opiniones, quas à majoribus accepimus de Dîs inmortalibus, ſacra, caeremonias, religioneſque defenderem. Ego verò eas defendam ſemper, ſemperque defendi: nec me ex ea opinione, quam à majoribus accepi de cultu Deorum inmortalium, ullius umquam oratio aut docti aut in-

1 *Orationeque eâ, qua me in perorando cohortabatur*] *Lambinus* reponendum putavit, QUA *me in perorando* COHORTABARIS. At mutatione nihil eſt opus; cur enim oratio cohortari non dicatur, nullus video. Similiter noſter Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 33. *Quid fiet* artibus? *quibus? iiſne, qua ipſa* fatentur *conjectura ſe plus uti quam ſcientia; an iis, qua tantum id quod videtur ſequuntur, nec habent iſtam artem veſtram, qua vera & falſa* dijudicent. Ubi *dijudicandi vis* artibus adſcribitur; ut in loco, quem tractamus, orationi cohortatio. *Phædrus* lib. III. Fab. X, 5.

Ergo exploranda eſt veritas multum, prius
Quam ſtulta prave JUDICET SENTENTIA.

Hæc etiam fruſtrà tentarunt viri eruditi. Plura collegimus ad Tuſc. III. 22. *Davies.*

2 *Dicentem de religione in oratione illa nobili*] Orationem *de Collegiis* intelligit, quam *aureolam* vocat infra cap. XVII. *Noſter* in Bruto cap. XXI. *Oratio Lælii* de Collegiis *non melior, quam de multis quam voles, Scipionis; non quò illâ Lælii quicquam ſit dulcius, aut quod de religione dici poſſit auguſtius; ſed multò tamen vetuſtior & horridior ille, quàm Scipio* &c. Ejus habendæ occaſionem ex perſonâ Lælii ſic exponit *Cicero* de Amic. cap. XXV. *Meminiſtis -- quàm popularis* Lex de Sacerdotiis *C. Licinii Craſſi videbatur; cooptatio enim Collegiorum ad populi beneficium transferebatur. Atque is primum inſtituit in forum verſus agere cum populo. Tamen illius vendibilem orationem religio Deorum immortalium, nobis*

indocti movebit. Sed cum de religione agitur, Ti. Coruncanium, P. Scipionem, P. Scaevolam, pontifices maxumos, non Zenonem, aut Cleanthem, aut Chryſippum ſequor: habeoque C. Laelium augurem, eundemque ſapientem, quem potiùs audiam [2] dicentem de religione in illa oratione nobili, quàm quemquam principem Stoicorum. Cumque omnis populi Romani religio, in ſacra & in auſpicia [3] diviſa ſit; tertium adjunctum ſit, ſi quid praedictionis cauſſa [4] ex portentis & monſtris Sibyllae interpretes haruſpiceſve monuerunt: harum ego religionum nullam umquam contemnendam putavi. Mihique ita perſuaſi, Romulum auſpiciis, Numam ſacris conſtitutis fundamenta jeciſſe noſtrae civitatis: quae numquam profectò ſine ſumma placatione Deorum inmortalium [5] tanta eſſe potuiſſet. [6] Habes, Balbe,

nobis defendentibus, facilè vincebat. Aberravit igitur à ſcopo *Petr. Alcyonius*, cum lib. I. de Exſil. p. 40. in hac oratione Lælii *confutatum fuiſſe cultum Deorum* conjecerit, *multaque de verâ religione prolata non ſuperſtitiosè & aniliter, ſed phyſica conſtantique ratione:* nam defendendis Romanorum deliriis tota fuit deſtinata. Hinc igitur (ne plura, quæ non deſunt, commemorem) patet eum plagii à *Paulo Jovio* aliiſque nullo ſuo merito fuiſſe damnatum. Vide *Pauli Colomeſii* Κειμ. Liter. cap. xv. *Idem.*

3 *Diviſa ſit; tertium adjunctum ſit*] Reg. habet, *diviſa ſit,* ET *tertium adjunctum ſit;* nec aliter legendum cenſeo: adjecta enim illa particulâ, leniùs fluit oratio. *Idem.*

4 *Ex portentis & monſtris Sybillæ interpretes*] Antiquus liber MStus habet *monitis* pro *monſtris:* (ſic etiam Reg. *Elienſ. Med. Cantab.*) quæ lectio poteſt retineri; quamvis magis ſatisfaciat vulgata, ſi ita interpungatur, *Ex portentis & monſtris, Sibylla interpretes* &c. *Urſinus.*

5 *Tanta eſſe* potuiſſet] Vulgò *potuiſſent*, quod à *Pall.* ſuis firmari teſtatur *Jan. Gruterus.* At Reg. *Med. Lincoln.* & *Bonon.* 1494. lectionem à nobis reductam ſervant. Meritò ſane; nam *fundamenta jacere* dicitur is, qui ea facit, quæ principium dant futuræ magnitudini. Proinde *verbum* non ad *fundamenta*, ſed ad *civitatem* referri debet. *Davies.*

6 *Habes, Balbe,-- nulla ratione reddita credere*] Hæc laudat *Lactantius* Divin. Inſtit. lib. II. cap. 6. Illius verò Codices habent, *nullâ ratione redditâ*, rationis eſt *credere.* Sed cun-

Balbe, quid Cotta, quid pontifex ſentiat: fac nunc ergo intelligam, tu quid ſentias: à te enim philoſopho rationem accipere debeo religionis; majoribus autem noſtris, etiam nulla ra-
3 tione reddita, credere. Tum Balbus, Quam igitur à me rationem, inquit, Cotta, deſideras? Et ille, Quadripartita, inquit, fuit diviſio tua: primùm, ut velles docere Deos eſſe: deinde, quales eſſent: tum, ab his mundum regi: poſtremò, conſulere eos rebus humanis. Haec, ſi rectè memini, partitio fuit. Rectiſſimè, inquit Balbus: ſed exſpecto, quid requiras. Tum Cotta, Primum quidque videamus, inquit. Et ſi id eſt primum, quod inter omnes, niſi admodum inpios, convenit,

ctæ *Tullii* membranæ voces iſtas reſpuunt; adeò ut vel ab ipſo *Firmiano*, vel à Monachis neſcio quid arguti captantibus, additæ videantur. Eas tamen recipere non vererer, ſi vel unus faveret MStus; nam ab ipſius *Ciceronis* ingenio non abhorrent. *Davies.*

1 *Mihi quidem ex animo* exire] Veneti libri habent multò vehementius verbum, EXURI: quæ enim nulla aliâ ratione tolli poſſunt, ferro & igne ſolent. *Camerarius.*

Ibid. *Mihi quidem ex animo* exuri *non poteſt*] Sic habent omnes fere libri & vulgati & MSSti. Quæ lectio ſi nobis probabitur, tralatio erit ab iis notis, quæ ferro inuruntur. Quædam exempla tamen vulgata habent *exiri*; unde nuper quidam fecêrunt *exire*: alii legi volunt *excuti*. Ego, ſiquid mutandum ſit, malim legi *exſeri* à verbo *exſero*, cujus contrarium eſt *inſero*. Ut autem Latini dicunt *inſerere opiniones*, ita & *exſerere*. Lambinus.

Ibid. *Mihi quidem ex animo* EXURI *non poteſt*] Præter conjecturas, quarum meminit *Lambinus*, aliis *erui* placet, aliis *eximi*, aliis denique *exui*. Nulla vero fuit ratio, cur hæc ſollicitarent viri docti: ea enim *inuri* dicuntur quæ altè ſunt impreſſa. Sic *dolorem inurere* habet *Lactantius* de Ira Dei c.XVIII. & *maculas inurere* c.XXIII. Vide & *Syneſium* de Regn. p. 31. B. Sed admodum vulgaris eſt hæc Metaphora, ut exemplis non egeamus. Huic contrarium eſt EXURI. *Seneca* Epiſt. LXIX. *Quemadmodum ei, qui amorem* EXURERE *conatur, evitanda eſt omnis admonitio dilecti corporis.* Ita quidem edidêre *Lipſius* & *Gronovius*; ſed cum *Gruterus* exhibeat *amorem exuere*, nec MSStos conſulere liceat; hoc *Seneca* loco non nitar. At firmum videtur illud *Plauti* Rudent. Act. III. Sc. IV, 62. La. *Ignem magnum hic faciam.* Dæ. *quin ut humanum* EXURAS *tibi.* *Auguſtinus* de moribus Eccleſ. Cathol. cap. XXX. *Tantus charitatis ardor innaſcitur, ut* EXUSTIS *omni-*

venit, [1] mihi quidem ex animo exuri non poteſt, eſſe Deos. Id tamen ipſum, [2] quod mihi perſuaſum eſt auctoritate majorum, cur ita ſit, nihil tu me doces. Quid eſt, inquit Balbus, ſi tibi perſuaſum eſt, cur à me velis diſcere? Tum Cotta, Quia ſic aggredior, inquit, ad hanc diſputationem, quaſi nihil umquam audierim de dîs inmortalibus, nihil cogitaverim; rudem me & integrum diſcipulum accipe, & ea, quae requiro, doce. [3] Dic igitur, inquit, quid requiras. Egone? primùm illud, [4] cur, quod [perſpicuum in iſtam partem] ne egere quidem oratione dixiſſes, quòd eſſet perſpicuum & inter omnes conſtaret; de eo ipſo tam multa dixeris. Quia te

omnibus vitiis & homine ſanctificato &c. quæ legantur etiam Retract. I, 7. Vult igitur noſter, opinionem de Diis immortalibus, in ejus animo radices tam altas egiſſe, ut nullo modo, nè igne quidem ferroque, poſſit eximi. *Dion* Chryſoſtomus Orat. IV. pag. 64. Οὐδεὶς ἂν αὐτὸν ἔτι τούτων ἀφέλοιτο οὔτε καιρὸς, οὔτε ἄνθρωπος, οὔτε σοφιστής. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν ΠΥΡΙ τις ΕΚΚΑΥΣΑΙ (ſic leg. non ἐγκαῦσαι) βουλόμενος. Similiter τὴν παῤῥησίαν, ἀποτέμνουσι. ΚΑΙΟΥΣΑΝ τὰς ψευδεῖς δόξας dixit *Clemens* Alexandrinus Strom. lib. VII. pag. 324. *Davies.*

2 *Quod mihi perſuaſum eſt auctoritate majorum*] *Bonon.* 1494. *quod mihi perſuaſum eſt* ESSE DEUS *auctoritate majorum:* ſic & *Aldi* nepotis, *Aſcenſii, Lambini* ceterique veteres editi. Sed voces eas, *eſſe Deos*, jure merito prætermiſerunt *Victorius* & *Gruterus*; nam Gloſſema ſunt manifeſtarium, nec in *Pall. Reg. Elienſ. Med. Lincoln.* aut *Cantab.* viſuntur. *Idem.*

3 *Dic igitur,* INQUIT, *quid requiras*] Mediam vocem, quæ a vulgatis abeſt, ex *Reg. Med. Elienſ. Victor. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. adjeci. *Idem.*

4 *Cur quod* PERSPICUUM IN ISTAM PARTEM *nè egere quidem oratione dixiſſes, quòd eſſet perſpicuum*] *Lambinus* voluit, *cur quod* IN ISTA PARTE *ne egere quidem* &c. Vulgata ſane lectio ferri non poteſt, licet defenſorem nacta ſit *Pet. Leſcaloperium.* Sed ſimiles habent labra lactucas. Ut quod res eſt dicam; voces illæ, literis majuſculis ſcriptæ, ſpongiam merentur: legendumque; *cur quod nè egere quidem oratione dixiſſes, quòd eſſet perſpicuum.* Nimirum ut Librarii paullò ſuperius oræ Codicum adſcripſerant ESSE DEOS; ſic hoc in loco *perſpicuum in iſtam partem* adleverant, quo lectores capita rerum, de quibus ageretur, reſcirent. Sed & ipſa loquendi ratio imperitum fraterculum ſatis arguit. *Idem.*

te quoque, inquit, animadverti, Cotta, ſaepe, cùm in foro diceres, quàm plurimis poſſes argumentis onerare judicem, ſi modò eam facultatem tibi daret cauſſa. Atque hoc idem & philoſophi faciunt, & ego, ut potui, feci. Tu autem, qui id quaeris, ſimiliter facis, ac ſi me roges, cur te duobus contuear oculis, [1] & non altero contuear, cùm idem uno adſequi poſſim.

4 Tum Cotta, quàm ſimile iſtud ſit, inquit, tu videris. Nam ego neque in cauſſis, ſi quid eſt evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari ſoleo; perſpicuitas enim [2] argumentatione elevatur: nec, ſi id facerem in cauſſis forenſibus, idem facerem in hac ſubtilitate ſermonis. [3] Cur contuereris autem altero oculo, cauſſa non eſſet; cùm idem obtutus eſſet amborum, & cùm rerum natura, quam tu ſapientem eſſe vis, duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluiſſet. Sed quia non confidebas, tam eſſe id perſpicuum, quam tu velis; propterea multis argumentis Deos eſſe docere voluiſti. Mihi enim unum ſat erat, ita nobis majores noſtros tradidiſſe: ſed tu [4] auctoritates contemnis, ratione pugnas. Patere igitur, rationem meam cum tuâ

1 *Et non altero* contuear] Vulgg. *& non altero* TANTUM; ſed *tantum* rejiculum eſſe docent *Reg.* & *Bonon.* 1494. eamque *Tullio*, pro liberalitate ſuâ, dederunt Librarii. Vide quae notavimus ad lib. II. cap. 64. At *contuear* a nobis additum eſt; idque fide MSStorum *Elienſ. Med. Lincoln.* Quin & *Aſcenſius* & *Victorius* ita dederunt. *Davies.*

2 *Argumentatione* elevatur] In *Elienſ. Reg.* & *Med.* eſt *levatur.* Utraque lectio bene ſe habet. *Idem.*

3 *Cur* contuereris *autem*] Sic *Reg. Med. Lincoln. Aſcenſ.* & alii. Vulgò *contuerere.* Idem.

4 *Auctoritates contemnis*] *Manut.* & *Lambin.* dant, *auctoritates* OMNES *contemnis*: ſed vocem mediam, ut opinor

tuâ ratione contendere. Adfers haec omnia argumenta, cur Dî ſint; remque mea ſententia minime dubiam, argumentando dubiam facis: mandavi enim memoriae non numerum ſolùm, ſed etiam ordinem argumentorum tuorum. Primum fuit, cum caelum ſuſpexiſſemus ſtatim nos intelligere eſſe aliquod numen, quo haec regantur. Ex hoc illud etiam,

[5] *Aſpice hoc ſublime candens, quem invocant omnes Jovem.*

Quaſi verò quiſquam noſtrum, iſtum potiùs, quàm Capitolinum, Jovem appellet: aut hoc perſpicuum ſit conſtetque inter omnes, eos eſſe Deos, quos tibi Vellejus multique praeterea ne animantes quidem eſſe concedant. Grave etiam argumentum tibi videbatur, quòd opinio de Dîs inmortalibus & omnium eſſet, & cotidie creſceret. Placet igitur, tantas res [6] opinione ſtultorum judicari; vobis praeſertim, qui illos inſanos eſſe dicatis? At enim praeſentis 5
videmus Deos, ut apud Regillum Poſtumius, in Salaria Vatienus, neſcio quid etiam de Locrorum apud Sagram proelio. Quos igitur tu Tyndaridas appellabas, id eſt, homines homine natos,

& quos

opinor, ſuaſu *Palatinorum* ſuorum expunxit *Gruterus*. In *Reg.* certe, *Med. Lincoln. Elienſ. Victor. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. non comparet. *Idem.*

5 *Adſpice hoc ſublime candens*] Scribe *adſpice* litterâ *a* minore, *Sublime S* majore, propter eam cauſam quam ſupra dixi. Sed malo eſſe trochaïcos, Quare nihil mutabis. *Lamb.*

6 *Opinione ſtultorum judicari, vobis praeſertim, qui illos inſanos eſſe dicatis*] Omnes homines, praeter ſapientem ſuum, ſtultos eſſe Stoici contendebant; & eorum eſt Paradoxum, πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι. De eo vide *Ciceronem* Parad. IV, aut *Juſt. Lipſium* Manud. ad Philoſ. Stoïcam lib. III. Diſſ. 20. *Davies.*

1 *Quos*

& [1] quos Homerus, qui recens ab illorum aetate fuit, ſepultos eſſe dicit Lacedaemone; eos tu cantheriis albis, nullis calonibus, obviam Vatieno veniſſe exiſtumas, & victoriam populi Romani Vatieno potiùs, homini ruſtico, quàm M. Catoni, qui tum erat princeps, nunciaviſſe? Ergo & illud in ſilice, quod hodie apparet apud Regillum, tamquam veſtigium ungulae, Caſtoris equi credis eſſe? Nonne mavis illud credere, quod probari poteſt, animos praeclarorum hominum, quales iſti Tyndaridae fuerunt, divinos eſſe & aeternos, quàm eos, qui ſemel cremati eſſent, equitare & in acie pugnare potuiſſe? aut, ſi hoc fieri potuiſſe dicis, doceas oportet, quomodo, nec fabellas aniles proferas. Tum Lucilius, An tibi, inquit, fabellae videntur? Nonne [2] ab A. Poſtumio aedem Caſtori & Polluci in foro dedicatam; nonne ſenatus conſultum de Vatieno vides? nam de Sagra, Graecorum etiam eſt vulgare proverbium: qui, quae adfirmant, [3] certiora eſſe dicunt, quàm illa, quae apud Sagram. His igitur auctoribus nonne debes

1 *Quos Homerus ---ſepultos eſſe dicit Lacedamone*] *Clemens* Alexandrinus Protrept. pag. 9. Ἀνθρώπῳ τινὶ τούτῳ τῷ Διοσκούρων ἐπιχώρῳ γενέθλιον, εἴ τῳ ἱκανὸς πιστώσασθαι Ὅμηρος τὸ λελεγμένον·

---Τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα
Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ.

Exſtant Iliad. Γ, 345. Vide & *Lactantium* Divin. Inſtit. lib. I. cap. 10. *Davies.*

2 *Ab A. Poſtumio*] A vulgatis abeſt prima vox, quam nos fide MSti *Reg.* & veterum editorum revocavimus. *Idem.*

3 *Certiora eſſe dicunt quàm illa qua apud Sagram*] *Regius* habet, *qua apud Sagram* FACTA SUNT. Agnoſco fraterculi liberalitatem. Græcè ſic effertur adagium: Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. Vide *Zenobium* Cent. II, 17. & *Suidam.* Idem.

4 *Qui iſta* intelligenda ſunt] Verum videtur eſſe *intellecta ſint*, aſtipulante & Venetâ ſcriptura. *Camerarius.* Ibid.

bes moveri? Tum Cotta, Rumoribus, inquit, mecum pugnas, Balbe: ego autem à te rationes requiro.

* *Deſunt nonnulla.* *

Sequuntur, quae futura ſunt. Effugere enim 6
nemo id poteſt, quod futurum eſt. Saepe autem ne utile quidem eſt ſcire, quid futurum ſit: miſerum eſt enim, nihil proficientem angi, nec habere ne ſpei quidem extremum, & tamen commune ſolatium: praeſertim cùm vos iidem fato fieri dicatis omnia; quod autem ſemper ex omni aeternitate verum fuerit, id eſſe fatum. Quid igitur juvat, aut quid adfert ad cavendum, ſcire aliquid futurum, cùm id certè futurum ſit? Unde porrò iſta divinatio? quis invenit fiſſum jecoris? quis cornicis cantum notavit? quis ſortis? quibus ego credo: nec poſſum Attî Navî, quem commemorabas, lituum contemnere. Sed [4] quî iſta intellecta ſint, à philoſophis debeo diſcere; [5] praeſertim cùm iſti plurimis de rebus divini mentiantur. At medici quoque (ita enim dicebas) ſaepe falluntur. [6] Quid ſimile,

Ibid. *Quî iſta* intellecta ſint] *Elienſ. Med. Lincoln.* & *Aſcenſ.* repræſentant *quî iſta* intelligenda ſunt. Lege *ſint*: nec cauſſam video, cur ea lectio ſit à nuperis deſerta. *Davies.*

5 *Praſertim cum* ISTI *plurimis de rebus* DIVINIS *mentiantur*] Sic vulgati. Mira tamen hæc eſt ratio, cur à philoſophis diſcere debeat. MS. *Reg.* omittit *divinis*. Huic igitur ſi credas, ſcribendum, *praſertim cùm* ISTA *plurimus de rebus mentiantur*, ſeu fallant & decipiant, ut ea, quæ prædicere videntur, non eveniant. Pronomen de auguriis reliquiſque divinationibus eſſet intelligendum. De hâc ipſâ re agit lib. II. cap. 4. & de Divin. lib. I. cap. 14. At cum ſingularis ſit illius MSti lectio; nos illam recepimus emendationem, quæ Cl. *Walkeri* debetur ingenio. *Idem.*

6 *Quid ſimile, medicina*] *Regius* noſter exhibet, *quid ſimile* HABENT *medicina*: eamque lectionem probat ampliſſ. *Boherius*. Sed ſolemne fuit Librariis, illa, quæ deeſſe cenſebant, ex

ſimile, medicina, cujus ego rationem video, & divinatio, quae unde oriatur, non intelligo? Tu autem etiam Deciorum devotionibus placatos Deos eſſe cenſes. Quae fuit eorum tanta iniquitas, ut placari populo Romano non poſſent, niſi viri tales occidiſſent? Conſilium illud imperatorium fuit, quod Graeci στρατήγημα appellant, ſed eorum imperatorum, qui patriae conſulerent, vitae non parcerent: rebantur enim fore, ut exercitus imperatorem, equo incitato ſe [1] in hoſtes inmittentem, perſequerentur: id quod evenit. [2] Nam Fauni vocem equidem numquam audivi; tibi, ſi audiviſſe te dicis, credam: etſi, Faunus omnino quid ſit, neſcio.

7 Non igitur adhuc, quantum quidem in te eſt, Balbe, intelligo Deos eſſe: quos equidem credo eſſe, ſed nihil docent Stoici. Nam Cleanthes, ut dicebas, quattuor modis [3] formatas in animis hominum putat Deorum eſſe notiones. Unus is modus eſt, de quo ſatis dixi, qui eſt ſuſceptus ex praeſenſione rerum futurarum. Alter ex perturbationibus tempeſtatum, & reliquis motibus. Tertius ex commoditate rerum, quas percipimus,

ex ingenio ſupplere; cumque ea vox facilè ſubaudiri poſſit, verbis *Tullianis* non eſt admiſcenda. *Arnobius* lib. I. pag. 35. *Quid ſimile Dii omnes, à quibus opem dicitis agris & periclitantibus latam?* Ubi ſubaudiendum *fecérunt*, ut *habent* hoc in loco. *Davies.*

1 *In* hoſtem] Sic vulgò legitur. At conſultis auribus placebit *in hoſtes*, uti quidem dant MS. *Lincoln.* & veteres editi. *Idem.*

2 Nam *Fauni vocem*] Non erat cur Cl. *Boherius* reponeret *jam* Fauni vocem: cum particula, quam dant omnes libri, paſſim μεταβάσεως fit nota. Vide nos ad lib. I. cap. XII. *Idem.*

3 *Formatas in animis hominum*] *Lambinus* reponendum conjecit *informatas*; ac ita ſane locutus eſt lib. II.

cipimus, & copia. Quartus ex aſtrorum ordine caelique conſtantia. De praeſenſione diximus. De perturbationibus caeleſtibus & maritumis & terrenis non poſſumus dicere, cùm ea fiant, non eſſe multos, qui illa metuant, & à Dîs inmortalibus fieri exiſtument. Sed non id quaeritur, ſintne aliqui, qui Deos eſſe putent: Dî [4] utrùm ſint, necne ſint, quaeritur. Nam reliquae cauſſae, quas Cleanthes adfert, (quarum una eſt de commodorum, quae capimus, copia; altera de temporum ordine caelique conſtantia) tum tractabuntur à nobis, cùm diſputabimus de providentia Deorum; de qua plurima à te, Balbe, dicta ſunt: eodemque illa etiam differemus, [5] quod Chryſippum dicere ajebas, quoniam eſſet aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non poſſet, eſſe homine aliquid melius. Quaeque in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparabas; & cùm totius mundi convenientiam conſenſumque adferebas, Zenoniſque breves & acutulas concluſiones; in eam partem ſermonis, quam modò dixi, differemus: eodemque tempore illa omnia, quae à te phyſicè dicta ſunt

II. cap. 5. Sed cùm utrumque verbum æquè ſit commodum, nihil, renitentibus MSStis, temere novandum. *Idem.*

4 *Utrum ſint, necne ſint*] Ultimam vocem prætermittunt vulgati. Sed cum eam repræſentent non modo *Bonon.* 1494. *Aſcenſius* & *Victorius*, verum etiam MSSti *Reg. Elienſ. Med.* & *Lincoln.* mihi non videbatur negligenda. Sic ſupra lib. I. cap. 22. *Quaritur ---- ſint necne* SINT. Ac Tuſc. lib. II. cap. XI. *Hoc doce, doleam necne* DOLEAM, *nihil intereſſe.* Vide ſis & lib. I. de Divin. cap. 39. *Idem.*

5 Quod *Chryſippum dicere aiebas*] Fortè, QUÆ *Chryſippum dicere aiebas*; vel in antecedentibus, *eodemque* illud *etiam differemus.* Harum emendationum alteram, prout arbitror, flagitat oratio. *Idem.*

1 *Qua*

ſunt de vi ignea, deque eo calore, ex quo omnia generari dicebas, loco ſuo quaerentur: omniaque, [1] quae à te nudiuſtertius dicta ſunt, [2] cùm docere velles, [Deos eſſe,] quare & mundus univerſus, & ſol, & luna, & ſtellae ſenſum ac mentem haberent, in idem tempus reſervabo. A te autem idem illud etiam atque etiam quaeram; quibus rationibus tibi perſuadeas, Deos
8 eſſe. Tum Balbus, Equidem adtuliſſe rationes mihi videor: ſed eas tu ita refellis, ut, cùm me interrogaturus eſſe videare, & ego me ad reſpondendum compararim, repentè avertas orationem, nec des reſpondendi locum. Itaque maxumae res, tacitae praeterierunt, de divinatione, de fato: quibus de quaeſtionibus tu quidem ſtrictim, noſtri autem multa ſolent dicere: [3] ſed ab hac ea quaeſtione, quae nunc in manibus eſt, ſeparantur. Quare, ſi videtur, noli agere confuſè; ut hoc explicemus hac diſputatione, quod quaeritur. Optumè, inquit Cotta. Itaque quoniam quattuor in partes totam quaeſtionem diviſiſti, de primaque diximus; conſideremus ſecundam: quae mihi talis videtur fuiſſe, ut, cùm oſtendere velles, quales Dî eſſent, oſtenderes nullos eſſe.

A con-

1 *Qua à te* nudiuſtertius *dicta ſunt*] Ἁμάρτημα μνημονικόν· totus enim hic dialogus uno die fingitur habitus. Vide *Fulv. Urſinum* ad lib. II. cap. 29. *Davies.*

2 *Cum docere velles*, DEOS ESSE, *quare & mundus univerſus*] Verba, *Deos eſſe*, pro ſuppoſiticiis habenda ſunt & ſpongiae debent incumbere, nam ſenſum, non minùs quàm *ſύνταξιν*, turbant & impediunt. Hoc omnes moniti ſtatim agnoſcent, & interpretum neminem vidiſſe miror. *Idem.*

3 *Sed ab hac ea quaeſtione — ſeparantur*] Vocem antepenultimam omittunt vulgati. Eam nos ex *Reg. Med. Lincoln.* & *Bonon.* 1494. repoſuimus.

Am

A conſuetudine enim oculorum animum abdu-
cere difficillimum dicebas: ſed, cùm Deo nihil
praeſtantius eſſet, non dubitabas, quin mundus
eſſet Deus, [4] quòd nihil in rerum natura meli-
us eſſet; modò poſſemus eum animantem co-
gitare, vel potiùs, ut cetera oculis, ſic animo
hoc cernere. Sed cùm mundo negas quicquam
eſſe melius, [5] quid dicis melius? ſi pulchrius,
adſentior: ſi aptius ad utilitates noſtras, id quo-
que adſentior. Sin autem id dicis, nihil eſſe
mundo ſapientius; nullo modo prorſus adſen-
tior: non quòd difficile ſit mentem ab oculis
ſevocare; ſed quo magis ſevoco, eo minùs id,
quod tu vis, poſſum mente comprehendere. Ni- 9
hil eſt mundo melius in rerum natura. Ne in
terris quidem urbe noſtra. Num igitur idcirco
in urbe eſſe rationem, cogitationem, mentem
putas? aut, quoniam non ſit, num idcirco ex-
iſtumas formicam anteponendam eſſe huic pul-
cherrimae urbi; quòd in urbe ſenſus ſit nullus,
in formica non modò ſenſus, ſed etiam mens,
ratio, memoria? Videre oportet, Balbe, quid
tibi concedatur, non te ipſum, quod velis, ſu-
mere. Iſtum enim locum totum illa vetus Ze-

At, pro *ſeparantur*, *Pal.* pr. & *Elienſ.* dant *ſequeſtrantur*. Librarii ſcilicet verbum, quod eo ſenſu uſurparunt ætatum ſequentium ſcriptores, in *Tullii* libros invexêre. Vide ſis *Macrobium* Somn. Scip. lib. I. capp. 5, 6. & *Tertullianum* de Anima capp. 14, 25, 55, 58. nè *Auguſtinum*, *Boëtium*, *Eginhartum*, *Bedam*, aliòſque memorem. *Idem.*

4 Quòd *nihil in rerum natura*] Ita dedi, veteres libros ſecutus; nam vulg. *quo nihil* exhibent. *Idem.*

5 *Quid dicis melius?*] Hæc omittunt *Med.* *Lincoln.* *Reg.* & *Cantab.* quod negligentiâ Librariorum, ob vocem *melius* repetitam, contigiſſe cenſeo. *Idem.*

nonis [1] brevis, &, ut tibi videbatur, acuta concluſio dilatavit. Zeno enim ita concludit. *Quod ratione utitur, id melius eſt, quàm id, quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius. Ratione igitur mundus utitur.* Hoc ſi placet; jam [2] efficies, ut mundus optumè librum legere videatur. Zenonis enim veſtigiis hoc modo rationem poteris concludere. Quod literatum eſt, id eſt melius, quàm quod non eſt literatum: nihil autem mundo melius: literatus igitur eſt mundus. Iſto modo etiam diſertus, & quidem mathematicus, muſicus, omni denique doctrina eruditus; poſtremò philoſophus erit mundus. [3] Saepe dixti, nihil fieri ſine Deo, nec ullam vim eſſe naturae, ut ſui diſſimilia poſſet effingere. [4] Concedam non modò animantem & ſapientem eſſe mundum, ſed fidicinem etiam, & tibici-

1 *Brevis & --- acuta concluſio* dilatavit] Ultima vox loco non convenit, immò potiùs repugnat, ut benè vidit acutiſſimus *Walkerus*. Quapropter, ſenſu contrario, legit *coartavit*; *Boherius* autem, *declaravit*. Ipſe lubens reponerem *dilucidavit*. Dav.

2 *Efficies, ut mundus optimè librum* &c.] *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 328. B. cùm paullò antè Zenonis ratiocinationem memoraſſet, ſic loquitur: Ὅ γε Ἀλεξῖνος τῷ Ζήνωνι παρέβαλε τρόπῳ τῷδε. Τὸ ποιητικὸν τοῦ μὴ ποιητικοῦ καὶ τὸ γραμματικὸν τοῦ μὴ γραμματικοῦ κρεῖττόν ἐστι, καὶ τὸ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας θεωρούμενον, κρεῖττόν ἐστι τοῦ μὴ τοιούτου· οὐδὲν δὲ κόσμου κρεῖττόν ἐστι· ποιητικὸν ἄρα καὶ γραμματικόν ἐστιν ὁ κόσμος. Hinc liquet Cottam ab *Alexino* hæc & ſequentia mutuaſſe. *Idem*.

3 *Sæpe* dixi] *Dixti* legendum, ut eſt in MSto. *Urſinus*.

Ibid. Etiam *Reg.* & *Cantab.* habent *dixiſti*, quod eodem redit; nam abſurdum eſt & *dixi*, quod *Manucius*, & *dixit*, quod *Lambinus* exhibet. *Davies*.

4 *Concedam ---- procreantur?*] Interrogationis notam adpinximus, quam apertè res ipſa flagitat. *Idem*.

5 *Nihil igitur affert* pater *iſte Stoicorum*] Sic *Lucretius* Epicurum patrem appellat lib. III. principio.

Tu pater & rerum inventor; tu patria nobis
Suppeditas præcepta &c. *Lambinus*.

Ibid. Metaphorica hæc *patris* ſignificatio ſcriptoribus haud eſt infrequens. Sic πατὴρ τοῦ λόγου dicitur ἀρχηγέτης cujuſdam diſciplinæ. Vide

Juſti-

tibicinem, quoniam earum quoque artium homines ex eo procreantur? [5] Nihil igitur adfert pater iſte Stoicorum, quare mundum ratione uti putemus, [6] nec cur animantem quidem eſſe. Non eſt igitur mundus Deus. Et tamen nihil eſt eo melius: nihil eſt enim eo pulchrius, [7] nihil ſalutarius, nihil nobis ornatius aſpectu, motuque conſtantius. Quòd ſi mundus univerſus non eſt Deus, ne ſtellae quidem, (quas tu innumerabiles in Deorum numero reponebas) quarum te curſus aequabiles aeternique delectabant: nec me hercule injuria: ſunt enim admirabili incredibilique conſtantia. Sed non omnia, Balbe, [8] quae curſus certos & conſtantes habent, ea Deo potiùs tribuenda ſunt, quàm naturae. [9] Quid 10
Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? quid freto

Juſtinum Martyrem Dial. cum Tryphon. pagg. 218, 254. ed. Pariſ. *Irenaeus* lib. IV. cap. XLI, 2. ed. Bened. *Qui enim ab aliquo edoctus eſt, verbo, filius docentis dicitur, & ille ejus* PATER. Hinc eſt, quod Plato Juliani ΠΑΤῊΡ ϗ διδάσκαλος *Cyrillo* dicatur lib. III. in Julian. pag. 97. *Origenes* in Celſum lib. I. pag. 19. Ὅσα ἄλλα φέρουσιν οἱ σοφοὶ Κέλσου τῶν ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΠΑΤΕΡΕΣ. Sic & alii. *Davies.*

6 Nec *cur*] Cum *Lambino* ſcripſerim *nè cur.* Idem.

7 *Nihil ſalutarius, nihil* nobis *ornatius aſpectu*] *Gruterus* edidit *nihil* nobis *ſalutarius, nihil ornatius aſpectu.* Ordinem verò, quem damus, exhibent *Elienſ. Reg. Med. Lincoln. Aſcenſ.* & *Victor.* Pronomen autem prætermittunt *Cantab.* ac in editt. ſuis *Lambinus* & *Aldus* nepos; & omnino videtur importunum. *Idem.*

8 *Qua curſus certos & conſtantes habent* vel ſervant] *Vel ſervant* omittitur in Venetis: & ſanè apparet hanc alicujus dubitationem in textum ſcripti inculcatam fuiſſe. *Camerarius.*

Ibid. *Conſtantes habent*] In noſtris omnibus eſt, *conſtantes habent vel ſervant*; ut olim varia fuerit in hoc loco ſcriptura. *Davies.*

9 *Quid Chalcidico Euripo--conſtantius*] *Livius* tamen lib. XXVIII. cap. 6. hoc omninò negat. *Fretum ipſum,* inquit, *Euripi non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat; ſed temerè in modum venti, nunc huc nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur.* At à *Tullii* partibus ſtant *Strabo, Mela,* aliique quam plurimi. Vide *Nonnum* in *Gregorii Nazianzeni* Stelit. I. Hiſt. 34. *Idem.*

to Sicilienſi? quid Oceani fervore illis in locis,

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda?

Quid? aeſtus maritumi vel Hiſpanienſes, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel acceſſus vel receſſus, ſine Deo fieri nonne poſſunt? Vide, quaeſo, ſi omnis motus, omniaque, quae certis temporibus ordinem ſuum conſervant, [1] divina dicimus; [2] ne tertianas quidem febres, & quartanas, divinas eſſe dicendum ſit: quarum reverſione & motu quid poteſt eſſe conſtantius? Sed omnium talium rerum ratio reddenda eſt. Quod vos cùm facere non poteſtis, [3] tamquam in aram, confugitis ad Deum. Et Chryſippus tibi acutè dicere videbatur, homo ſine dubio verſutus & callidus: (Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur: Callidos autem, quorum, tamquam manus opere, ſic animus uſu concalluit) is igitur, *ſi aliquid eſt*, inquit,

1 *Divina* dicimus] Sic *Elienſ. Med. Reg. Aſcenſ.* & *Victor.* Vulgò *ducimus.* Davies.

2 *Nè tertianas* quidem *febres*] *Muretus* legendum putat, *ne tertianas* quoque *febres*; aut, *nè tertianas* item *febres.* Id quod ſententia requirere videtur. *P. Manucius.*

Ibid. *Nè tertianas* quoque *febres* &c.] Sic legendum vel libris omnibus reclamantibus; hæc enim ſententia eſt: Vide ne tertianas quoque febres dicendum ſit eſſe divinas, ſi, quæcunque certis temporibus ordinem ſuum conſervant, divina ducimus. Sciolus aliquis ſcilicet ex *quoque* fecit *quidem*, *Ciceronis* ſenſum non aſſecutus. *Lambinus.*

Ibid. *Nè tertianas* quidem *febres*] Niſi placeat illa *Lambini* conjectura, pro qua reponit *nè tertianas* quoque *febres*; lege *nè tertianas* item *febres*, quod etiam *M. A. Mureto* venit in mentem. Certè flagitat loci ſenſus, ut vel hanc vel illam emendationem recipiamus. *Davies.*

3 *Tanquam in aram*, confugitis *ad Deum*] Vulgò *confugiſtis*. Perperam. Hanc ſanè mendam Typographis deberi ſtatuiſſem, niſi pari modo dediſſent *Bonon.* 1494. *Med.* & *Lincoln.* Hi etiam pluresque Codices abſurde dant, *tanquam in* ARENAM. Proverbialis illius φράσεως vim nemo neſcit. *Idem.*

4 *Nihil homine eſſe melius*] Vocem penul-

inquit, *quod homo efficere non poſſit; qui id efficit, melior eſt homine: homo autem haec, quae in mundo ſunt, efficere non poteſt: qui potuit igitur, is praeſtat homini. Homini autem praeſtare quis poſſit, niſi Deus? Eſt igitur Deus.* Haec omnia in eodem, quo illa Zenonis, errore verſantur. Quid enim ſit melius, quid praeſtabilius, quid inter naturam & rationem interſit, non diſtinguitur. Idemque, *ſi Dei non ſint*, negat *eſſe in omni natura quicquam homine melius: id autem putare quemquam hominem*, [4] *nihil homine eſſe melius, ſummae arrogantiae cenſet eſſe.* Sit ſanè arrogantis, pluris ſe putare, quàm mundum. At illud non modò non arrogantis, ſed potiùs prudentis, intelligere ſe habere [5] ſenſum & rationem; haec eadem Orionem & Caniculam non habere. Et, *ſi domus pulchra ſit, intelligamus eam dominis*, inquit, *aedificatam eſſe, non muribus: ſic igitur mundum*

penultimam prætermittit *Aldus* nepos. Mihi *totum* videtur Gloſſema, quod explicationis gratia marginibus adſcriptum, in ipſa tandem verba *Ciceronis* irrepſit. Hoc ſaltem manifeſtum, iis ſublatis, nihil aut ad ornatum aut ad perſpicuitatem orationis deeſſe. *Idem.*

5 *Senſum & rationem; hac eadem & Caniculam non habere*] Antiqui libri alii habent, *ſenſum & rationem, hac eadem & Caniculam non habere:* alii, *ſenſum & rationem & orationem, hac eadem Orionem & Caniculam non habere.* Emendo, *ſenſum & rationem, Orionem hac eadem & Caniculam non habere.* P. Manucius.

Ibid. *Intelligere ſe habere ſenſum & rationem; hac eadem Orionem & Caniculam* &c.] Præclarè hic locus à *Manutio* reſtitutus eſt. Atque hanc emendationem noſtri quoque Codices comprobant. *Lambinus.*

Ibid. *Senſum & rationem; hac eadem Orionem & Caniculam non habere*] Antiquitùs editi ferebant *ſenſum & rationem & orationem, hac eadem & Caniculam non habere.* At *Pall.* & *Med.* repræſentant *ſenſum & rationem, hac eadem* orationem *& Caniculam non habere*, quibus egregiè firmatur *Paulli Manucii* conjectura, reponentis *Orionem.* Forſan verò mireris *Pet. Leſcaloperii* ſolertiam, qui *Caniculam*, parvam canem ſive *catellam* interpretatur, cavendumque monet, nè ſidus intelligamus, *ut imperitus ille.* Quis homi-

mundum Deorum domum exiſtumare debemus. Ita prorſus exiſtumarem, ſi illum aedificatum, non, quemadmodum docebo, à natura conformatum
11 putarem. At enim quaerit apud Xenophontem Socrates, [1] *unde animum adripuerimus, ſi nullus fuerit in mundo.* Et ego quaero, unde orationem, unde numeros, unde cantus. Niſi vero loqui ſolem cum luna putamus, cùm propiùs acceſſerit, aut ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras exiſtumat. Naturae iſta ſunt, Balbe, naturae non artificiosè ambulantis, ut ait Zeno, quod quidem quale ſit, jam videbimus, ſed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus ſuis. Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia conſenſuque naturae, [2] quam quaſi cognatione continuatam conſpirare dicebas. [3] Illud non probabam, quòd negabas id accidere potuiſſe,

hominem non rideat, qui virum doctum *Xyſtum Betuleium* imperitiæ poſtulat, ubi ipſe ſingulare ſit ἀβλεψίας exemplum? *Davies.*

1 *Unde animam arripuerimus, ſi nullus fuerit in mundo Deus*] Vera lectio ſuffragante & exemplo Veneto, *Unde animum arripuerimus, ſi nullus fuerit in mundo; Deum* enim temere inculcârunt hoc loco. Planum hoc faciunt *Xenophontis* verba de primo ἀπομνημονευμάτων. Νῦν δὲ μόνον ἄρα ἐνδαμοῦ ὄντα σε εὐτυχῶς πῶς δοκεῖς συναρπάσαι; Camerarius.

Ibid. *Unde* ANIMUM *arripuerimus, ſi* NULLUS *fuerit in mundo*] Vulgg. *unde* animam *arripuerimus, ſi* nulla *fuerit in mundo.* At ΝΟΥ͂Ν συναρπάσαι dixit *Xenophon.* Vide lib. II. cap. 6. Hinc patet, lectionem, quam è MSto *Regio* dedimus, omninò veram eſſe; nam συνώνυμα ſunt *mens* & *animus*, non *anima.* *Tertullianus* de Anima cap. XII. *Animum, ſive* MENS *eſt,* Νοῦς *apud Græcos, non aliud quid intelligimus, quam ſuggeſtum animæ ingenitum* &c. *Lucretius* lib. III. pag. 209.

Primum ANIMUM *dico,* MENTEM *quem ſæpe vocamus.*

Idem pag. 303.

Quapropter quoniam eſt ANIMI *natura reperta*
Atque ANIMÆ---

Vide ſis & pag. 304. *Nonium* cap. 5. & *Iſidorum* Orig. lib. XI. cap. I. *Davies.*

2 *Quam quaſi* cognatione continuatam] *Lambinus* voluit *cognationem continuatam.* Malim, *cognatione continuatâ*; nam dura quidem videtur lectio

tuiſſe, niſi [4] ea uno divino ſpiritu contineretur. [5] Illa verò cohaeret & permanet naturae viribus, non Deorum; eſtque in ea iſte quaſi conſenſus, quam συμπάθειαν Graeci vocant: ſed ea, quo ſua ſponte major eſt, eo minùs divinâ ratione fieri exiſtumanda eſt. Illa autem, quae Carnea- 12
des adferebat, quemadmodum diſſolvitis? Si nullum corpus inmortale ſit, nullum eſſe corpus ſempiternum: corpus autem inmortale nullum eſſe, ne individuum quidem, nec quod dirimi diſtrahive non poſſit. Cumque omne animal patibilem naturam habeat; nullum eſt eorum, quod effugiat accipiendi aliquid extrinſecus, id eſt, quaſi ferendi & patiendi neceſſitatem. [[6] Et, ſi omne animal mortale eſt, inmortale nullum eſt.] [7] Et ſi omne animal ſecari ac dividi poteſt, nullum eſt eorum individuum, nullum aeternum;

lectio recepta. Adi lib. II. cap. 7. *Idem.*

3 *Illud non* probabam, *quod negabas id accidere potuiſſe*] *Med. Reg. Lincoln.* & *Bonon.* 1494. exhibent, *illud non* probem, *quòd negabas id accidere* non *potuiſſe.* Quod cur diſpliceat non video: cum *negatio* poſt *negandi* verbum in *Tullio* ſexcenties abundet. Sic de Divin. II, 50. *Epicurusne, qui* negat *quicquam Deos* nec *alieni curare,* nec *ſui.* Vide & nos ad ejuſdem libri cap. 37. *Idem.*

4. *Ea uno divino ſpiritu* contineretur] Sic repræſentandum curavi, ducibus ipſâ re, veteribuſque libris; pronomen enim ad *naturam* refertur. Vulgò *continerentur.* Credo, quòd ſupra lib. II. cap. 7. dixerat Balbus, *niſi ea uno divino & continuato ſpiritu* continerentur. At ibi præceſſerat *naturum* plurale. *Idem.*

5 *Illa verò cohaeret & permanet* naturæ *viribus*] Ampliſſ. *Boherius* nonnulla deeſſe putat; quia vix eſt ut *Tullius* diceret, *illam* (naturam) *permanere* naturæ *viribus.* Laçunam tamen haud agnoſco, & ſimilis eſt loquendi ratio infra cap. 14. *Idem.*

6 *Et ſi omne animal mortale eſt, immortale nullum eſt*] Haſce voces prætermittunt MSSti *Reg. Med. Lincoln.* & *Cantab.* eaſque quidem delendas cenſeo, cùm, ne progrediatur Syllogiſmus, impediant. Similia verò Carneadis argumenta profert *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pagg. 333, ſeq. *Idem.*

7 Et *ſi omne animal ſecari*] Nonnulli Codd. dant, *ergo identidem ſi omne animal:* *Victorius* autem & *Gruterus* edidêrunt, *ergo itidem ſi om-*

num: atqui omne animal ad accipiendam vim externam & ferendam paratum eſt: mortale igitur omne animal, & diſſolubile, & dividuum ſit neceſſe eſt. Ut enim, ſi omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod commutari non poſſet: item nihil argenteum, nihil aeneum, ſi commutabilis eſſet natura argenti & aeris: ſimiliter igitur, [1] ſi omnia, quae ſunt, è quibus cuncta conſtant, mutabilia ſunt; nullum corpus eſſe poteſt non mutabile: mutabilia autem ſunt illa, ex quibus omnia conſtant, ut vobis videtur: omne igitur corpus, mutabile eſt. At ſi eſſet corpus aliquod immortale, non eſſet omne mutabile. Ita efficitur, ut omne corpus, mortale ſit. Etenim omne corpus aut aqua, aut aer, aut ignis, aut terra eſt, aut id, quod eſt concretum ex his, aut ex aliqua parte eorum: horum autem nihil eſt, quin intereat. Nam & terrenum omne dividitur, & humor ita mollis eſt, [2] ut facile comprimi conlidique poſſit: ignis verò, & aer omni inpulſu facillimè pellitur, naturaque cedens eſt maxumè & diſſipabilis. Praeterea omnia haec tum intereunt, cùm in naturam aliam convertuntur: quod fit, cùm

ne animal. Sed *Reg. Med. Lincoln. Cantab.* & *Bonon.* 1494. lectionem a me reductam ſervant. Ac jure quidem merito; neque enim hæc ratiocinationis eſt concluſio. *Davies.*

1 *Si omnia, quæ ſunt, ex quibus cuncta conſtant*] Sic omnes, quod ſciam, Codices; nec tamen ita ſcripſiſſe *Tullius* videtur: nam (præterquam quod neſcio quid horridulum præ ſe fert loquendi modus) non de rerum *exſiſtentiâ*, ſed de *materiâ*, ex qua fiunt omnia, ſermo fuit habendus. Igitur, ordine verborum mutato, repoſuerim, *ſi omnia, ex quibus cuncta, quæ ſunt, conſtant*; ac tum demum recte procedit oratio. Poſſis etiam minore mutatione, *ſi omnia quæ ſunt* &

cùm terra in aquam ſe vertit, & cùm ex aqua oritur aer, & cùm ex aere aether, cumque eadem viciſſim retrò commeant. Quòd ſi ea intereant, ex quibus conſtet omne animal; nullum eſt animal ſempiternum. Et, ut haec omitta- 13
mus, tamen animal nullum inveniri poteſt, quod neque natum umquam ſit, & ſemper ſit futurum: omne enim animal ſenſus habet: ſentit igitur & calida, & frigida, & dulcia, & amara, nec poteſt ullo ſenſu jucunda accipere, & non accipere contraria. Si igitur voluptatis ſenſum capit, doloris etiam capit: quod autem dolorem accipit, id accipiat etiam interitum neceſſe eſt: omne igitur animal confitendum eſt eſſe mortale. Praeterea, ſi quid eſt quod nec voluptatem ſentiat nec dolorem, id animal eſſe non poteſt: ſin autem quod animal eſt, id illa neceſſe eſt ſentiat: & quod ea ſentiat, non poteſt eſſe aeternum: & omne animal ſentit: nullum igitur animal eſt aeternum. Praeterea nullum poteſt eſſe animal, in quo non & appetitio ſit, & declinatio naturalis: appetuntur autem, quae ſecundùm naturam ſunt, declinantur contraria: & omne animal appetit quaedam, [3] & fugit à quibuſdam:

& è *quibus*, vel *eque quibus*, *cuncta conſtant* &c. *Idem*.

2 *Ut* facile *comprimi*, *collidique poſſit*] Abſurde *Gruterus* edidit, *ut* facilis *comprimi*; quod ne Latinum quidem eſt, ut recte vidit V. C. *Joan. Clericus*. Vetus autem Codex *Lambino* memoratus, *Reg. Med. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. habent, *ut facile* PREMI *collidique poſſit*. Idem.

3 *Et* fugit *à quibuſdam*; *quod autem refugit*] *Lambinus* reſcribendum conjecit, *&* refugit *à quibuſdam*; a quo *autem refugit*. At verò nihil eſt mutandum; cùm uterque loquendi modus æquè ſit Latinus, & cuncti Codices à vulgata ſtent lectione. *Idem*.

 1 *Ex*

buſdam: quod autem refugit, id contra naturam eſt: & quod eſt contra naturam, id habet vim interimendi: omne ergo animal intereat neceſſe eſt. Innumerabilia ſunt, [1] ex quibus effici cogique poſſit, nihil eſſe quod ſenſum habeat, [2] quin id intereat: etenim ea ipſa, quae ſentiuntur, [3] ut frigus, ut calor, ut voluptas, ut dolor, & cetera, cùm amplificata ſunt, interimunt: nec ullum animal eſt ſine ſenſu: nullum
14 igitur animal eſt aeternum. Etenim aut ſimplex eſt natura animantis, ut vel terrena ſit, vel ignea, vel animalis, vel humida; quod quale ſit, ne intelligi quidem poteſt: [4] aut concreta ex pluribus naturis, quarum ſuum quaeque locum habeat, [5] quo naturae vi efferatur: alia infimum, alia ſummum, alia medium. Haec ad quoddam tempus cohaerere poſſunt; ſemper autem

nullo

1 *Ex quibus effici* cogique poſſit] Συνάγεσθαι. Sic de Fato cap. 5. *Qui autem ex eo* cogi *putat, nè ut ſedeamus quidem aut ambulemus voluntatis eſſe.* Sunt qui tam in hoc quam in illo loco reſcribunt *colligi*: ſed falluntur. *Davies.*

2 *Quin id intereat: etenim ea ipſa ----interimunt*] *Med. Lincoln. Bonon.* 1494. habent, *quin id intereat* neceſſe eſt: *ea ipſa* --- interimant: *Reg.* autem *quin id intereat:* enim ut *ea ipſa* --- interimant. Ex hiſce varietatibus colligi poſſe videtur ſincera lectio: nam reponendum puto; *quin id intereat;* neceſſe eſt enim *ea ipſa* --- interimant. *Idem.*

3 *Ut frigus*, ut *calor*, ut *voluptas*, ut *dolor*, ET *cetera*] Vulgg. & *calor* --- & *dolor*, ut *cetera.* Nos autem in illis *Med. Reg.* & veteres editos; in hoc autem *Lincoln.* & *Aſcenſ.* ſequimur. *Idem.*

4 *Aut* concreta *ex pluribus naturis*] Vulgo *concretum*; nec aliter MSti *Reg. Med.* & *Lincoln.* At mihi cum vetuſtis editionibus placuit *concreta*; ſubauditur enim *natura animantis.* Idem.

5 *Quo natura vi* efferatur] Malim *afferatur*, quod à prima manu dat MS. *Regius.* De ipſa locutione vide nos ad hujuſce libri cap. XI. *Idem.*

6 *Qui quoniam, quid diceret, intelligi noluit*] In MSto eſt, *qui quoniam diceret, quod intelligi noluit:* Et paullò poſt, *omnia unum eſſe ignem*, pro *omnem vim eſſe ignem.* Urſinus.

Ibid. Qui *quoniam*, *quid diceret*,

intellig

nullo modo poſſunt: neceſſe eſt enim, in ſuum quaeque locum natura rapiatur: nullum igitur animal eſt ſempiternum. Sed omnia veſtri, Balbe, ſolent ad igneam vim referre; Heraclitum, ut opinor, ſequentes, quem ipſum non omnes interpretantur uno modo: [6]qui quoniam, quid diceret, intelligi noluit, omittamus. Vos autem ita dicitis, [7] omnem vim eſſe ignem: itaque & animantes, cùm calor defecerit, tum interire; & in omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat. Ego autem non intelligo, quo modo, calore exſtincto, corpora intereant; non intereant, humore aut ſpiritu amiſſo: praeſertim cùm intereant etiam nimio calore. [8]Quamobrem id quidem commune eſt de calido: verumtamen videamus exitum. Ita voltis, opinor, nihil

intelligi noluit, omittamus] Magis arrideret, QUEM, *quoniam quid diceret intelligi noluit, omittamus*: ut *Victorius* edidit. Sed noſtri Codices vulgatæ lectioni pertinacitèr adhærent. *Dav.*

7 *Omnem vim eſſe* ignem] Vetus *Urſini* Codex, ut & *Reg. Med.* ac *Lincoln.* dant, *omnia unum eſſe ignem*: quod ex Stoicorum ſententiâ planè falſum; nam ii cum pleriſque philoſophis quatuor rerum elementa ponebant. Vide ſis, inter alios, *Juſtinum* Martyrem de Reſurr. capp. 6, & 7. apud *J. E. Grabium* Spicil. Tom. II. pag. 184. Quin & mundum ruiturum putabant, *cum omnis igneſceret*. Adi lib. II. N. D. cap. 46. & *Minucium Felicem* Oct. cap. 34. Rectiſſime ſeſe habet lectio recepta; niſi forte legas *omnium vim eſſe ignem*, ut habet *Aſcenſ.* Zeno certè *ſtatuebat ignem eſſe ipſam naturam, quæ quidque gigneret, & mentem, & ſenſus*, ut loquitur noſter Acad. Quæſt. lib. I. cap. XI. Vide & lib. II. N. D. cap. 9, ſeqq. *Idem.*

8 *Quamobrem id quidem commune eſt* de *calido*] Si voluit *Cicero*, id calori proprium non eſſe, ut abſque eo vivere non poſſint animalia, ſed humori ſimul & ſpiritui commune; quemadmodum cenſuit *Leſcaloperius*; ipſe quidem cum Cl. *Boherio* non invitus legerem, *quamobrem id quidem commune* eis *eſt* & *calido*. Sed forſan aliud dixit *Tullius*; & eò propendet animus, ut eum ſcripſiſſe ſuſpicer, *quamobrem id quidem* COMMENTUM *eſt de calido*: eo videlicet uno animalium vitam contineri. *Idem.*

1 *Nihil*

[1] nihil eſſe animal extrinſecus in natura atque mundo, praeter ignem. Quî magis, quàm praeter animam, unde animantium quoque conſtet animus, [2] ex quo anima dicitur? Quo modo autem hoc, quaſi concedatur, ſumitis, [3] nihil eſſe animum, niſi ignem? probabilius enim videtur, tale quiddam eſſe animum, ut ſit ex igne atque anima temperatum. Quòd ſi ignis ex ſeſe ipſe animal eſt, nulla ſe alia admiſcente natura, quoniam is, cùm ineſt in corporibus noſtris, efficit ut ſentiamus; non poteſt ipſe eſſe ſine ſenſu. Rurſus eadem dici poſſunt: quicquid eſt enim quod ſenſum habeat, id neceſſe eſt ſentiat & voluptatem, & dolorem: ad quem autem dolor veniat, ad eundem etiam interitum venire: ita fit, ut ne ignem quidem efficere poſſitis aeternum. Quid enim? non eiſdem vobis placet, omnem ignem paſtûs indigere? nec permanere ullo modo poſſe, niſi alatur? ali autem ſolem, lunam, reliqua aſtra, aquis, alia dulcibus, alia marinis? Eamque cauſſam Cleanthes adfert, cur ſe ſol referat, nec longiùs progrediatur ſolſtitiali orbe, itemque brumali, ne longiùs diſcedat à cibo. Hoc totum quale ſit, mox: nunc autem con-

1 *Nihil eſſe animal* extrinſecus] An aliquid ſecundum Stoicos eſt animal *intrinſecus* in natura atque mundo præter ignem? Nihil omninò. Locum ſanè non intelligo, niſi fortè deleatur *extrinſecus*, vel commodius explicetur, quàm huc uſque fecerunt eruditi. *Davies.*

2 *Ex quo anima dicitur*] Noſter Tuſc. I, 9. diſertè dixit *animum ab anima* dictum. Adeò ut planè ſibi repugnet ſi hoc modo ſcriptum reliquit. Sed à Cl. *Boberio* monitus, *Leſcalopeṛium* vidi fauſtis avibus repoſuiſſe, *ex quo* animal *dicitur*. Idem.

3 *Nihil eſſe animum, niſi ignem*] *Lambinus* abſonè conjecit, *nihil eſſe animantum*. Quæ fuerit hâc de re Stoicorum

concludatur, illud quod interire poſſit, id aeternum non eſſe natura: ignem autem interiturum eſſe, niſi alatur: non eſſe igitur natura ignem ſempiternum. Qualem autem Deum intelligere nos poſſumus nulla virtute praeditum? 15
Quid enim? 4 prudentiamne Deo tribuemus? quae conſtat ex ſcientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum. Cui mali nihil eſt, nec eſſe poteſt; quid huic opus eſt delectu bonorum & malorum? Quid autem ratione? quid intelligentia? quibus utimur ad eam rem, ut apertis obſcura adſequamur. At obſcurum Deo nihil poteſt eſſe. Nam juſtitia, quae ſuum cuique diſtribuit, quid pertinet ad Deos? Hominum ſocietas & communitas, ut vos dicitis, juſtitiam procreavit. Temperantia autem conſtat ex praetermittendis voluptatibus corporis: cui ſi locus in caelo eſt, eſt etiam voluptatibus. Nam fortis Deus intelligi quî poteſt? in dolore, an in labore, an in periculo? quorum Deum nihil adtingit. Nec ratione igitur utentem, nec virtute ullà praeditum Deum intelligere quî poſſumus? Nec verò volgi atque imperitorum inſcitiam deſpicere poſſum,

cum

icorum ſententia, conſtare poteſt ex *Juſti Lipſii* Phyſ. Stoic. lib. III. Diſſ. 9. *Idem.*

4 *Prudentiamne, Deo tribuemus*] Vertit locum *Ariſtotelis* ex libro X. Ethic. πράξεις ἢ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς, πότερα τὰς δικαίας &c. *Urſinus.*

Ibid. *Prudentiamne Deo tribuemus?*] Locus *Ariſtotelis* exſtat lib. X. Ethic. Nicom. cap. 8. & inde ſua depromſiſſe *Ciceronem* ſtatuit vir doctiſſimus, qui *Fulv. Urſino* praeivit, *M. A. Muretus* Var. Lect. lib. VII. cap. 22. Quod planè falſum; ad eum enim non reſpexit Cotta, ſed ad Carneadis ratiocinationes, quas nobis ſervavit *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 336. quem vide. *Davisius.*

1 *Sunt*

cùm ea conſidero, quae dicuntur à Stoicis. [1] Sunt enim illa inperitorum: [2] Piſcem Syri venerantur: omne ferè genus beſtiarum Aegyptii conſecraverunt. Jam verò in Graecia multos habent ex hominibus Deos; [3] Alabandum, Alabandi: Tenedi, Tenem. Leucotheam, quae fuit Ino, & ejus Palaemonem filium cuncta Graecia; [4] Herculem, Aeſculapium, Tyndaridas: Romulum noſtri alioſque complures, [5] [quos] quaſi novos & aſcripticios cives in caelum receptos putant.
16 Haec igitur indocti. Quid vos philoſophi? quî meliora? Omitto illa: ſunt enim praelara. Sit ſanè Deus ipſe mundus. Hoc credo illud eſſe

——*ſublime candens, quem invocant omnes Jovem.*

Quare igitur plures adjungimus Deos? quanta autem eſt eorum multitudo? Mihi quidem ſanè multi videntur: ſingulas enim ſtellas numeras Deos, eoſque aut beluarum nomine appellas, ut Capram

1 *Sunt* enim *illa imperitorum*] Lege *ſunt* autem *illa* &c. *Davies.*

2 *Piſcem Syri venerantur*] Atergatin hâc forma colebant Syri; ſed & omnes piſces illis habebantur Dii. Vide quæ notarunt viri ſummi *Joan. Seldenus* de Diis Syris Synt. II. cap. 3. & *G. J. Voſſius* Idol. lib. I. cap. 23. *Idem.*

3 *Alabandum,* Alabandi: *Tenedi, Tenem*] *Tennem* habent *Reg.* & *Aſcenſ.* nec aliter nomen efferunt plures: Vide Scholiaſten in Iliad. A, 38. *Stephanum* in Τένεδος, *Diodorum* Siculum Bibl. l. V. p. 348. alioſque. Sed *Euſtathio* ac *Suida* Τένης agnoſcitur, ut & noſtro in Verrem lib. I. c. 19. At omninò reponas *Alabandum, Alabandis.* *Juvenalis* Satir. III, 70.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis.

Strabo lib. XIII. pag. 878. Πολλὰς ϗ (Leg. πολλὰς ϗ, nimirum διαβάσεις) ὁ ἐκ Κορινθίων εἰς ΑΛΑΒΑΝΔΑ. *Idem.*

4 *Herculem, Æſculapium, Tyndaridas*] *Aſcenſ.* exhibet *Herculem* & *Æſculapium, Tyndaridas.* Leg. *Herculem* etiam, *Æſculapium, Tyndaridas.* Idem.

5 Quos *quaſi* novos *& aſcriptitios cives*] *Reg. Med.* & *Lincoln.* dant *quos quaſi & aſcriptitios cives.* Omninò lege *quaſi novos & aſcriptitios cives*; aliter enim rectè non procedit oratio. *Idem.*

6 *Ut Capram, ut Lupam*] *Nupam* pro *Lupam* habet antiquus liber, & rectè:

Capram, [6] ut Nepam, ut Taurum, ut Leonem: aut rerum inanimatarum, ut Argo, ut Aram, ut Coronam. Sed ut haec concedantur; reliqua quî tandem non modò concedi, ſed omnino intelligi poſſunt? Cùm fruges Cererem, vinum Liberum dicimus; genere nos quidem ſermonis utimur uſitato: ſed ecquem tam amentem eſſe putas, qui illud, quo veſcatur, Deum credat eſſe? Nam quos ab hominibus perveniſſe dicis ad Deos; [7] tu redde rationem, quemadmodum idem fieri potuerit, aut cur fieri deſierit, & ego diſcam libenter. Quomodo nunc quidem eſt, non video, quo pacto ille, cui *in monte Oetaeo inlatae lampades fuerint*, ut ait Accius, *in domum aeternam patris* ex illo ardore pervenerit: [8] quem tamen Homerus apud inferos conveniri facit ab Ulixe, ſicut ceteros, qui exceſſerant vita. Quamquam, quem potiſſimùm Herculem

rectè: nec enim Lupæ ſimulachrum inter ſidera relatum fuiſſe apud ſcriptores reperitur. *Urſinus.*

Ibid. *Ut Nepam*] Vulgg. *ut Lupam*; nec aliter omnes noſtri. Cùm verò *Lupa* inter Stellas relata non legatur, ut vidit *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XXXII. c. 3. *Urſini* Codex omninò ſequendus videbatur. Sic olim reponendum conjecerat *Rob. Titius* Loc. Controv. lib. IX. cap. 4. *Davies.*

7 Tu redde] Sic MSSti; non *reddes*, ut vulgò. *Idem.*

8 *Quem tamen Homerus conveniri apud inferos facit ab Ulyſſe*] Non ipſum, ſed ejus εἴδωλον. Sic diſertè Poëta Odyſſ. Λ, 600.

Τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην Ἡρακληείην,
ΕΙΔΩΛΟΝ· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.

Hinc *Lucianus* in Dial. Diog. & Herc. Tom. I. pag. 298. Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἐν οὐρανῷ τοῖς θεοῖς σύνεστι, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην· ἐγὼ δ' ΕΙΔΩΛΟΝ εἰμὶ αὐτοῦ. Putabant nimirum veteres eſſe *Acheruſia templa*,

Quo neque permanent animae, neque corpora noſtra,
Sed quaedam ſimulacra *modis pallentia miris*;

ut ait *Lucretius* lib. I. pag. 25. Adi ſis etiam quæ diximus ad Tuſcul. I, 16. *Idem.*

Herculem colamus, ſcire ſanè velim: [1] plures enim tradunt nobis ii, qui interiores ſcrutantur & reconditas literas: antiquiſſimum, Jove natum, ſed item Jove antiquiſſimo: (nam Jovis quoque pluris in priſcis Graecorum literis invenimus) [2] ex eo igitur & Liſyto eſt is Hercules, [3] quem concertaviſſe cum Apolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus, Aegyptius: quem ajunt [4] Phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius eſt

[5] ex

1 *Plures enim tradunt nobis*] *Macrobius* Saturn. lib. I. cap. 20. *Nec aſtimes Alcmenâ apud Thebas Bœotias natum, ſolum vel primum Herculem nuncupatum: immò poſt multos atque poſtremus ille hâc appellatione dignatus eſt, honoratuſque hoc nomine.* Sex etiam Hercules memorant *Arnobius* lib. IV. pag. 136. & *Ampelius* cap. IX. licet apud hunc noſtrumque diverſa ſint nonnulla patrum matrumque nomina. *Diodorus* autem Siculus Bibl. lib. III. pag. 207, 208. Ægyptium, Cretenſem, & Alcmenæ filium recenſet. Quin & Ægyptii, Tyrii, & Argivi mentio fit apud *Herodotum* lib. II. capp. 43, 44. ac *Arrianum* de Exped. Alex. lib. II. cap. 16. Vide ſis etiam Cl. *Joan. Marſhamum* ad Sæc. XI. rerum Ægypt. pag. 302. *Davies.*

2 *Ex eo igitur & Liſyto*] *Liſyea* habet antiquus liber, unde conjecturam facio *Lyſidea* legendum eſſe. *Urſinus.*

Ibid. Hic *Jovis & Ætheris filius* dicitur *Ampelio* cap. IX. *Davies.*

3 *Quem concertaviſſe cum Apolline de tripode accepimus*] Scholiaſtes ad *Pindari* Olymp. IX, 45. Πρὸς Ἀπόλλωνα (ἐπολέμησεν ὁ Ἡρακλῆς) οὕτω καὶ διὰ τοιαύτην αἰτίαν· εἰς γὰρ τὴν Πυθῶνα παρεγένετο μαντευσόμενος περὶ τινός· ἔφη οὖν αὐτῷ ἡ Πυθία μὴ παρεῖναι τὸν θεὸν μηδὲ χρησμῳδεῖν. Ὀργισθεὶς ἐπὶ τούτῳ ὁ Ἡρακλῆς, ἥρπασε τὸν μαντικὸν τρίποδα καὶ πρὸς αὐτὸν εἵλετο τὴν μάχην. Hoc tamen ad Amphitryonis & Alcmenæ filium referebant Græci, quemadmodum liquet ex *Pauſania* lib. X. cap. 13. qui tamen auctor eſt ὅτι πρότερον ὁ Αἰγύπτιος Ἡρακλῆς ἀφίκετο ἐς Δελφούς. Idem.

4 *Phrygias literas*] Liber erat cui titulus Φρύγια γράμματα, quod ampliſſ. *Boherius* ex *Plutarcho* de Iſid. & Oſir. pag. 362. rectè monuit. *Idem.*

5 *Idais Dactylis*] Ex perantiquis *Maffai* & *Sigonii* libris, *Dactylis* repoſui; cùm anteà *indigenis* legeretur; ſecutus opinionem optimi atque eruditiſſimi viri, *Conſtantii Fanenſis*; & *Strabonem* lib. X. qui ſcribit, unum ex Idæis Dactylis Herculem fuiſſe nominatum; & *Diodorum* in V. cujus hæc ſunt verba: *Primi in Creta circa Idam habitârunt Idæi Dactyli appellati:* Et infra, *Scribunt unum ex iis appellatum Herculem.* P. Manucius.

Ibid. *Ex Idais Dactylis*] Alii *Digitis*, ut *Cicero* interpretatus fuerit Græcum verbum. De his alii aliter. Quidam Phrygas, quidam Cretenſes, ut *Apollonius*, fecêre. De his veteres verſus in Græcorum Scholiis repertos ſubjecimus.

-- Ἔνθα γόητες

Ἰδαῖοι

[5] ex Idaeis Digitis: [6] cui inferias adferunt. [7] Quartus eſt Jovis & Aſteriae, Latonae ſororis, qui Tyri maxumè colitur; cujus Karthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcumena, quem Juppiter genuit, ſed tertius Juppiter: quoniam, ut jam docebo, plures Joves etiam accepimus. Quando enim me 17
in hunc locum deduxit oratio; docebo, meliora me didiciſſe de colendis Dîs inmortalibus jure pontificio

Ἰδαῖοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον,
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
Εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης·
Οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
Εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις ἰόεντα σίδηρον,
Εἰς πῦρ τ' ἤνεγκαν καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

Reliqua autem perſequi, quæ de his traduntur, & nimis longum, neque inſtituti hujus fuerit. *Camerarius.*

Ibid. *Ex Idæis Dactylis*] Antiqua lectio habet *Digitis*, quaſi *Dactylos* illos appellare Latino nomine maluerit. *Urſinus.*

Ibid. *Ex Idæis* Digitis] Alii *indigenis*; alii *Dactylis*: at lectionem quam ſequimur, exhibent *Gruteriani* noſtrique Codices. Rectè. *Arnobius* lib. III. pag. 124. *Modo* DIGITOS *Samothracios, quos quinque indicant Græci Idæos Dactylos nuncupari.* Et pag. 125. *Si Curetas pro Laribus invocâro, quos* DIGITOS *Samothracios pars veſtrorum aſſeverat auctorum.* Nullus ſane video, cur voce Romanâ uti non poſſent ſcriptores Latini, cùm Idæos à Græcis Δακτύλους κεκλῆσθαι λέγουσι. οἱ μὲν κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ὅτι πέντε· οἱ δὲ κατὰ τὸ τῇ Ῥέᾳ πάνυ ὑπουργεῖν. ὅτι καὶ οἱ τῆς χειρὸς δάκτυλοι τεχνῖταί τε καὶ πάντων ἐργάται, ut ait *Pollux* Onom. lib. II. §. 156. Sed in Idæorum Digitorum tàm numero quàm Etymologiâ diſcrepant Auctores. Vide Scholiaſten *Apollonii Rhodii* ad lib. I, 1129. Diodorum Siculum Bibl. lib. V. p. 333. *Diomedem* lib. II. col. 474, 475. & eruditiſſimum *Marſhamum* ad Sæcul. X. rerum Ægypt. pag. 256. *Davies.*

6 *Cui inferias adferunt. Quartus*] *Med.* noſter aliique Codices multi dant *cui inferias adferunt.* Cui *quartus.* Unde *Jac. Gronovius* legit *cui inferias adferunt* Coi. *Quartus* &c. Ipſe reſcripſerim *cui inferias adferunt* Cretes; & ita fere laudat *Lil. Gyraldus* Hiſt. Deor. Syntagm. X. Inferias ſanè Cretenſi ferre, nullis potius quam Cretibus convenit. *Idem.*

7 *Quartus* eſt *Jovis & Aſteria*] Sic rectè *Reg.* & *Cantab.* cùm vulgg. voculam ſecundam prætermittant; alii verò dent, *Quartus Jovis eſt, Aſteria.* Perperam. Ad rem ipſam quod ſpectat, Mythologi ferè tradunt Aſteriam, cum Jovem contemneret ejuſque fugeret amplexus, in coturnicem mutatam fuiſſe. Fuere tamen ſcriptores, qui cum Cicerone faciebant. *Athenæus* lib. IX. pag. 392. E. Εὔδοξος δ' ὁ Κνίδιος ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου τοὺς Φοίνικας λέγει θύειν τῷ Ἡρακλεῖ ὄρτυγας, διὰ τὸ τὸν ΗΡΑΚΛΕΑ ΤΟΝ ΑΣΤΕΡΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ πορευόμενον εἰς Λιβύην, ἀναιρεθῆναι μὲν

ὑπὸ

pontificio & more majorum, [1] capedunculis quas Numa nobis reliquit de quibus in illa aureola oratiuncula dicit Laelius, quàm rationibus Stoicorum. Si enim vos ſequar, dic quid ei reſpondeam, qui me ſic roget: [2] Si Dî ſunt, ſuntne etiam Nymphae deae? ſi Nymphae, Paniſci etiam & Satyri: hi autem non ſunt: ne Nymphae deae quidem igitur. At earum templa ſunt publicè vota, & dedicata. Quid igitur? ne ceteri quidem ergo Dî, quorum templa ſunt dedicata. Age porrò [3] Jovem & Neptunum Deos numeras: ergo etiam [4] Orcus, frater eorum, Deus, & illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegethon: tum Charon, tum Cerberus, Dî putandi: [5] at id quidem repudiandum:

ὑπὸ Τυφῶνος· Ἰολάου δ' αὐτῷ προσενέγκαντος ὄρτυγα, ὀσφρανθέντα ἀναβιῶναι. Hinc natum eſt proverbium. Ὄρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλῆν τὸν καρτερόν. Omninò vide *Zenobium* Centur. V, 56. qui ad hunc Eudoxi locum reſpicit. *Davies.*

1 *Capedunculis quas Numa*] Vulgò *capedunculis* iis *quas Numa.* Vocem verò ſecundam non agnoſcunt *Aſcenſius*, *Victorius*, aut noſtri Codices. Capedunculæ verò fuiſſe videntur anſata pocula ſacris deſtinata. Vide *Joſ. Scaligerum* ad *Varronem* lib. IV. L. L. pag. 31. *Idem.*

2 *Si Dii ſunt, ſuntne etiam Nymphæ Deæ? Si Nymphæ, Paniſcine & Satyri?*] Ita legitur hic locus in MSto, &, ut videtur, melius, quàm in impreſſis. *Urſinus.*

Ibid. *Si Dii ſunt, ſuntne etiam Nymphæ Deæ? Si Nymphæ, Paniſci etiam & Satyri*] *Fulv. Urſini* Codex, *Paniſcine & Satyri?* Sed vulgatam lectionem tuentur omnes noſtri. *Σωρειτικὰς* autem has Carneadis ἐρωτήσεις exhibet *Sextus Empiricus* adv. Mathem. pag. 339. & eodem ferè modo agit *Clemens* Alexandrinus Protrept. pagg. 28, 29. *Davies.*

3 *Jovem & Neptunum Deos numeras*] Vulgò *Deum numeras*; ſed nos lectionem à MSStis *Reg.* & *Cantab.* firmatam recepimus, eaque manifeſtò vera eſt. *Idem.*

4 *Orcus, frater eorum*] Orcus Plutonem denotat. *Plautus* Moſtell. Act. II. Sc. II, 68. *Nam me Acheruntem recipere* Orcus *noluit.* *Clemens* Recogn. lib. X. cap. 18. *Huic* (Saturno) *primus naſcitur filius, quem* Aïden *appellârunt, qui apud nos* Orcus *nominatur.* Iterum cap. 32. Aïdes, *qui &* Orcus *vel Pluto nominatur.* *Auguſtinus* C. D. lib. VII. cap. 23. Orcus *frater Jovis atque Neptuni, quem Ditem patrem vocant.* Adi & *Varronem* L. L. lib. IV. pag. 19. *Horatium* lib. II. Od.

pudiandum: ne Orcus quidem igitur. Quid dicitis ergo de fratribus? [6] Haec Carneades aiebat, non ut Deos tolleret: quid enim philoſopho minùs conveniens? ſed ut Stoicos nihil de Dîs explicare convinceret. Itaque inſequebatur. Quid enim? ajebat, ſi ii fratres ſunt in numero Deorum, num de patre eorum Saturno negari poteſt? quem volgò maxumè colunt ad Occidentem. Qui ſi eſt Deus, patrem quoque ejus Caelum, eſſe Deum confitendum eſt. Quod ſi ita eſt, Caeli quoque parentes Dî habendi ſunt, Aether & Dies; eorumque fratres & ſorores, qui à genealogis antiquis ſic nominantur, [7] Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae, Miſeria, Querela,

H. Od. 18. *Hieronymum* ad Demetr. pag. 63. A. *Auſonium* Ep. IV, 49. & *Servium* ad Æn. VI, 273. *Davies.*

5 *At id quidem repudiandum; nè Orcus quidem igitur*] Si ſana hæc lectio, dicendum fuit, ET *Orcus quidem igitur*, nempe repudiandus; ſed libri faciunt, ut mihi ſit in dubium vocanda. *Reg.* & *Cantab.* habent, *at hi repudiandi; nè Orcus quidem Deus;* unde ſcribi queat, *at hi repudiandi; nè Orcus quidem* igitur *Deus*. Attamen quia reliqui Codd. priorem partem, ſicut eſt edita, repræſentant: in poſteriore verò *Lincoln.* & *Med.* exhibent *nè Orcus quidem* dicitur: potius legerim *at id quidem repudiandum; nè Orcus quidem* Deus *igitur*. Idem.

6 *Hac Carneades* agebat] *Aiebat* habet vetus liber. *Urſinus.*

Ibid. *Hac Carneades* aiebat] Vulgo *agebat*: ſed *Urſiniani* Codicis noſtrique *Med.* lectionem recepi, quippe quæ magis commoda videbatur. *Davies.*

7 Amor, *Dolus*, Metus] Φιλότητα *Heſiodus* Theog. vſ. 224. *Amicitiam* vero *Hyginus* Præf. ex Nocte & Erebo natam ferunt, unde prima vox mendi non debet eſſe ſuſpecta. Sed tertio loco in multis MSStis eſt *motus*, in aliis *modus*, in *Buſlid.* *morbus*, *Reg.* autem & *Cantab.* vulgatam ſervant. Priores duæ legendi rationes proculdubio ſunt vitioſæ; de reliquis ſtatuat Lector, utra ſit præferenda; nam vel hæc vel illa poteſt eſſe vera. *Claudianus* in Rufin. lib. I, 32. de Noctis & Erebi fœtu ſic loquitur:

Impatienſque ſui MORBUS: *Liverque ſecundis*
Anxius, & ſciſſo mœrens velamine Luctus,
Et TIMOR.

Virgilius Æn. VI, 273.

Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus Orci

T *Luctus*

rela, [1] Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcae, Heſperides, Somnia: quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt. Aut igitur haec monſtra probanda
18 ſunt, aut prima illa tollenda. Quid? Apollinem, Volcanum, Mercurium, ceteros, Deos eſſe dices: de Hercule, Aeſculapio, Libero, Caſtore, Polluce dubitabis? At hi quidem coluntur aequè atque illi; apud quoſdam etiam multo magis. Ergo hi, Dî ſunt habendi, mortalibus nati matribus? Quid? Ariſtaeus, qui olivae dicitur inventor, Apollinis filius: [2] Theſeus, Neptuni: reliqui, quorum patres Dî; non erunt in Deorum numero? Quid, [3] quorum matres Deae? opinor etiam magis: ut enim in jure civili,

Luctus & ultrices poſuêre cubilia Curæ
Pallenteſque habitant Morbi *triſtiſque Senectus,*
Et METUS &c.

Seneca Herc. Fur. vſ. 693.

METUS, *Pavorque, Funus, & frendens Dolor*
Aterque Luctus ſequitur, & MORBUS *tremens.*

Ibi repono *metus* LABORQUE: nam *pavor* & *metus* idem ſignificant. Vide ſis *Heſiodum* Theog. vſ. 211, ſeqq. qui tamen à noſtro diverſus abit. *Davies.*

1 *Gratia*] Vox hæc *Grutero* eſt ſuſpecta, quia mox totam hanc progeniem *monſtra* vocat *Cicero*. Sed illud ad majorem partem duntaxat eſt referendum; neque enim AMOR jure merito poteſt *monſtrum* nominari. Quin & *Hyginus* EUPHROSYNEN & Miſericordiam inter Erebi Noctiſque filias ponit, quæ quidem ſiniſtro partu non ſunt editæ. An igitur hoc in loco reponendum *Gandia?* Similiter quidem in Orci faucibus *mala mentis Gaudia* ponit Virgilius Æn. IV, 278. Nihil tamen hac de re ſtatuo. *Idem.*

2 *Theſeus, Neptuni*] Vulgo *Theſeus*, qui *Neptuni*. Sed *Lincoln.* & *Reg.* melius exhibent *Theſeuſque, Neptuni.* Optime vero *Med.* cum dat, *Theſeus, Neptuni*; quemadmodum nos edidimus. *Idem.*

3 *Quorum matres* Deæ] Ultima vox deeſt in vulgatis. Eam ex MSStis *Reg.* & *Cantab.* adjecimus. *Idem.*

4 *Qui eſt de matre libera, liber eſt*] Vide Digg. lib. I. Tit. V. Leg. 5. & *Juſtinianum* Inſtit. lib. I. Tit. IV, 1. *Idem.*

5 *Achillem* Aſtypalæenſes *inſulani ſanctiſſimè colunt*] Vulgg. *Aſtypalenſes inſulani* ſanctiſſimum *colunt*; nos vero *Reg.* & *Cantab.* religioſe ſumus ſecuti, niſi quod in iis ſit *Aſtypalanſes*. At vero inſula illa non *Aſtypala*, ſed *Aſtypalæa* dicebatur. Vide præſtantiſſimum virum *Ric. Bentleium* Diſſert. de Phalar. pag. 326. Ad lectionem

vili, [4] qui eſt matre libera, liber eſt: item jure naturae, qui Dea matre eſt, Deus ſit neceſſe eſt. Itaque [5] Achillem Aſtypalaeenſes inſulani ſanctiſſime colunt: qui ſi Deus eſt; & Orpheus & Rheſus Dî ſunt, [6] Muſa matre nati: niſi fortè maritumae nuptiae terrenis anteponuntur. Si hi, Dî non ſunt, quia nuſquam coluntur: quo modo illi ſunt? Vide igitur, ne virtutibus hominum iſti honores habeantur, non inmortalitatibus: quod tu quoque, Balbe, viſus es dicere. Quo modo autem potes, ſi Latonam deam putas, [7] Hecatam non putare, [8] quae matre Aſteria eſt, ſorore Latonae? An haec quoque dea eſt? vidimus enim ejus aras delubraque in Graecia.

ctionem vero quam recepimus ducunt *Lincoln.* & *Med.* ſiquidem repræſentant *aſti pulliſinſe inſulam.* Cum vero in *Pal.* pr. fuerit *Aſtypaliſnſe inſula*; in tert. & P. *Aſtyphaliſſe inſula*, *Jac. Gronovio* manifeſte patet, *Tullii* manum fuiſſe *Aſtypaleis de inſula.* Sed Ἀστυπαλαιεῖς, non Ἀστυπαλεῖς, idoneis vocantur ſcriptoribus. Notum eſt illud de Cleomede reſponſum:

> Ὕστατος Ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς.

Vide & *Stephanum* voce Ἀστυπάλαια. Editi veteres dant, *Achillem Aſtypalaa inſula ſanctiſſimum colit*; quod recepta lectione melius eſt, ſi modo fide MSStorum nitatur, & cum *Lambino* reponas *ſanctiſſimè*. Idem.

6 *Muſa matre nati*] Alii Codices habent, *matre Muſa nati*; unde, *Jac. Gronovio* teſte, *Iſ. Voſſius* fecerat, *Marte & Muſa nati.* Si ſic ſe res habet, aliud egit vir doctiſſimus; nam, præterquam quod hic de patre loqui fuit importunum, Orpheus & Rheſus non *Martis* filii dicuntur; ſed hic Eionei vel Strymonis, ille vero Oeagri vel Apollinis natus fere nominatur. *Idem.*

7 *Hecatam*] Sic *Med.* & *Reg.* Vulgo *Hecaten*, quæ Græcorum eſt forma. *Idem.*

8 *Cujus matertera Aſteria eſt, mater Latona*] Sic reſtitui, genealogiæ Hiſtoriam ſecutus. Latona enim & Aſteria, ſorores fuiſſe traduntur, Hecate autem Latonæ filia. *Lambinus.*

Ibid. *Qua matre Aſteria eſt, ſorore Latona*] Sic Codices, quotquot conſuluimus, omnes; niſi quod in *Reg.* pro *Aſteria* male legatur *Aſtraa.* At *Lambinus* ex conjecturâ dedit, *cujus matertera Aſteria eſt, mater Latona.* Nollem ita ſe geſſiſſet vir eruditiſſimus. *Heſiodus* Theog. vſ. 406. Phœbe

> Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο μείλιχον αἰεὶ.
> Γείνατο δ' Ἀστερίω εὐώνυμον——
> Ἣδ' ὑποκυσαμένη Ἑκάτην τέκε——

Quo loco diſertè firmatur recepta le-

Graecia. Sin haec dea eſt, cur non Eumenides? quae ſi deae ſunt, [1]quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos, ut ego interpretor, [2]lucus Furinae; Furiae deae ſunt, ſpeculatrices, credo, & vindices facinorum & ſceleris. Quòd ſi tales Dî ſunt, ut rebus humanis interſint; [3]Natio quoque, dea putanda eſt: cui, cùm fana circumimus in agro Ardeati, rem divinam facere ſolemus: quae, quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus Natio nominata eſt. Ea ſi dea eſt; Dî omnes illi qui commemorabantur à te, Honos, Fides, Mens, Concordia: ergo etiam Spes, Moneta, omniaque quae cogitatione [4]nobiſmet ipſi poſſumus fingere. Quod ſi veri ſimile non eſt;
19 ne illud quidem eſt, haec unde fluxerunt. Quid

autem

ctio; cujus ſinceritatem alii quoque ſcriptores reddunt indubiam. *Apollodorus* Bib. lib. I. cap. 2. *Κοίου ἦ καὶ Φοίβης Ἀστερίη καὶ Λητώ--Πέρσου ἦ καὶ Ἀστερίας Ἑκάτη.* Vide & *Tzetzem* ad *Lycophronis* vſ. 1175. *Davies.*

1 *Quarum & Athenis fanum eſt*] Ab Epimenide conditum, ut ex *Lobone* tradit *Diogenes Laertius* lib. I. §. 112. In aliis etiam Græciæ locis earundem Dearum fana viſebantur. Adi *Pauſaniam* lib. II. cap. XI. & lib. VIII. cap. XXXIV. Quin & *Lucum Furiarum* à Mithridate ſuccenſum, virginemque *Furiis* immolatam memorat *Julius Obſequens* de Prodig. cap. 116. *Lactantius* in *Statii* Thebaid. XII. pag. 529. ed. Cruceanæ: *Oedipus expulſus Creontis imperio confugit Epicolono, in quo* locus *erat* (lege *lucus erat*) *Furiis conſecratus.* Vide ſis & *Joan. Meurſium* de Populis Attic. voce Κολωνὸς, aut reliquorum Attic. cap. VI. p. 26. nam eadem utrobique laudantur teſtimonia. *Idem.*

2 *Lucus Furinæ*] *Forinæ* ſcribendum ex auctoritate vetuſti Lapidis, in quo ita inciſum eſt:

P. POETELLIUS P. L.
SYRUS
LANISTA AD. AR. FORIN
AR. ROM. DD. VIX
ANN. XLIIX.
H. S. E. *Urſinus.*

3 Natio *quoque*] Neſcio num in *Reg.* & *Med.* hic & paullò poſt temerè *Naſcio* ſcribatur. *Davies.*

4 *Nobiſmet ipſi*] Sic nonnulli Codices; elegantius, quàm *nobiſmet ipſis*, ut vulgò legitur. *Idem.*

5 *Quos colimus &* accipimus] Sic *Reg. Lincoln.* & *Med.* melius quàm *accepimus*, ut vulgò legitur. *Idem.*

6 *Sarapim*] *Serapim* eſt in antiquo, & utroque modo reperitur in æneis numiſmatibus, in quibus eſt *Deo Sarapidi* & *Serapidi.* Urſinus.

Ibid.

autem dicis? ſi Dî ſunt illi [5] quos colimus & accipimus; cur non eodem in genere [6] Serapim Iſimque numeremus? quod ſi facimus, cur barbarorum Deos repudiemus? Boves igitur, & equos, ibis, accipitres, aſpidas, crocodilos, piſces, canes, lupos, felis, multas praeterea beluas, [7] in Deorum numero reponemus: quae ſi rejiciamus; illa quoque, unde haec nata ſunt, rejiciemus. Quid deinde? Ino, Dea dicetur, quae Leucothea à Graecis, à nobis Matuta dicitur, cùm ſit Cadmi filia? [8] Circe autem & Paſiphae, [& Aee,] è Perſeide, Oceani filia, natae, patre Sole, in Deorum numero non habebuntur? quamquam Circen quoque coloni noſtri Circeienſes religiosè colunt. Ergo hanc deam

Ibid. *Cur non eadem in genere Serapim Iſimque numeremus*] Licet Piſone Gabinioque Coſſ. Serapidis & Iſidis ſacra Româ fuerint expulſa, poſteà tamen eos populus R. in Deorum ſuorum retulit numerum. Vide *Tertullianum* Apol. cap. VI. ad Nat. lib. I. cap. 10. ac *Arnobium* lib. II. pag. 95. *Davies.*

7 *In Deorum* numero *reponemus*] *Reg. Med. Aſcenſ. Victor.* & *Bonon.* 1494. *In Deorum* numerum *reponemus*, ac ita ſcripſit *Cicero*. De hujuſmodi locutionibus multa multi. Vide *G. J. Voſſium* de Conſtr. cap. LXV. & *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. XLI. *Id.*

8 *Circe autem & Paſiphaë & Heſperides*] Veneti ita: Et *Æe è Perſeide.* Ac de Circe res certa eſt, quam & Aetam dicit *Heſiodus* ex Sole & Perſeïde Oceani filia procreatam. Sed & Paſiphaën fuiſſe Solis filiam, vel de *Ovidianis* verſibus notum eſt, quibus Phædra de avo Sole gloriatur:

Quod ſit avus radiis frontem vallatus acutis,
Purpureo tepidum qui movet axe diem.

Sed & reſtitutio eorum, quæ mox ſequentia in omnibus exemplaribus vulgò ita legebantur, *& à patre Matridilia*, facilis fuit, ut ſcriberetur, *Æetâ patre, matre Idyiâ*. Nam *Heſiodus* duxiſſe Ἰδυῖαν Oceani F. Æetam, & ex illa ſuſcepiſſe Medeam, ſcribit. *Camerarius.*

Ibid. *Circe autem & Paſiphaë* & *Æe è Perſeïde Oceani filiâ nata, patre Sole*] *Med.* habet *& Cea Perſide.* Etiam *Reg.* noſter, ordine verborum mutato, repræſentat, *Circe & Paſiphaë* & *Æe nata patre Sole &* Perſida *Oceani filia.* Sed quorſum *Æa* meminerit, non intelligo. *Æam* quidem venatricem memorat *Valerius Flaccus* Argon. lib. V, 426. ſed illam fuiſſe Solis & Perſeidis filiam prodidit nemo. *Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. *Circe & Paſiphaë* & Heſperides

deam dicis? [1] Quid Medeae reſpondebis? quae duobus avis, Sole & Oceano, [2] Aeeta patre, matre Idyia procreata eſt. Quid hujus [3] Abſyrto fratri, [4] qui eſt apud Pacuvium Aegialeus? ſed illud nomen veterum literis uſitatius. Qui ſi Dî non ſunt, vereor quid agat Ino: haec enim omnia ex eodem fonte fluxerunt. An Amphiaraus erit Deus, & Trophonius? Noſtri quidem publicani, cùm eſſent agri in Boeotia Deorum inmortalium excepti lege cenſoria, negabant inmortales eſſe ullos, qui aliquando homines fuiſſent. Sed ſi ſunt hi Dî; eſt certè [5] Erechtheus, cujus Athenis & delubrum vidimus & ſacerdotem.

rides *Oceani* filiæ *nata patre Sole*. Debuit Librarius, *Circe & Paſiphaë* è Perſeide *Oceani* filiâ *nata, patre Sole*; nec aliter quidam veteres editi; ac ità reponendum, deleâ adſcititiâ *Æâ*. Vide ſis *Hyginum* Præf. pag. XI. & Fab. CLVI. ac *Tzetzen* ad *Lycophronis* vſ. 174. *Apollodorus* tamen Bibl. lib. I. cap. 9. ait: Ὧν (Κόλχων) Αἰήτης ἐβασίλευε παῖς Ἡλίου καὶ Περσηΐδος, ΑΔΕΛΦΗΣ δὲ Κίρκης καὶ Πασιφάης, ἣν Μίνως ἔγημεν. Adeò ut Perſeidem, Circes & Paſiphaës ſororem facere videatur; eoque modo locum cepit Metaphraſtes. At vero leg. ΑΔΕΛΦΟΣ δὲ Κίρκης καὶ Πασιφάης, videlicet Æeta. Vide ſis & lib. III. cap. I. §. 2. Paſiphäæ quidem fanum erat, cujus mentionem facit noſter de Divin. lib. I. cap. 43. Sed ea fuit à Solis filiâ diverſa, prout liquet ex *Plutarcho* in Agid. & Cleombr. Tom. I. pagg. 799, 807. *Davies*.

1 *Quid Medea reſpondebis?*] Hæc etiam venefica quibuſdam Dea videbatur, ut disertè teſtantur *Athenagoras* Legat. pro Chriſt. cap. XII. pag. 51. & *Macrobius* Saturn. lib. I. cap. XII. pag. 172. *Idem*.

2 *Æetâ patre, matre Idyia*] *Reg.* & *Cantab.* habent, *& patre Martigena*. Corruptiſſimè. Propius ad veram lectionem accedunt *Med.* & *Bonon.* 1494. dant enim *& à patre Matridila*; nam legendum, uti nos, poſt alios, edidimus. Hinc *Heſiodo* Theog. vſ. 960.

Αἰήτης
Γῆμε θεῶν βουλῇσιν Ἰδυῖαν καλλιπάρῃον,
Ἡ δέ οἱ Μήδειαν ἐΰσφυρον ἐν φιλότητι
Γείναθ' --

Vide & *Tzetzem* in *Lycophronis* vſ. 174, 1024. Hâc tamen de re variæ ſunt auctorum ſententiæ, quas enumerat Scholiaſtes in *Apollonii* Rhodii lib. III, 242. *Idem*.

3 *Abſyrto fratri*] *Apſyrto* ſcribendum, auctoribus Græcis ſcriptoribus, apud quos eſt Ἄψυρτος. Urſinus.

4 *Qui eſt apud Pacuvium Ægialeus*] Æetæ filiam Medeam & filium

Aegi-

rem. Quem ſi Deum facimus; [6] quid aut de Codro dubitare poſſumus, aut de ceteris, qui pugnantes pro patriae libertate ceciderunt? Quod ſi probabile non eſt; ne illa quidem ſuperiora, unde haec manant, probanda ſunt. [7] Atqui in pleriſque civitatibus intelligi poteſt, [8] augendae virtutis gratia, quo libentius reipublicae cauſſa periculum adiret optumus quiſque, virorum fortium memoriam honore Deorum immortalium conſecratam. Ob eam enim ipſam cauſſam Erechtheus Athenis filiaeque ejus in numero Deorum ſunt. Itemque [9] Leonaticum eſt delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur. Alabandenſes

AEGIALEUM memorat *Juſtinus* lib. XLII. cap. 3. *Davies.*

5 *Erechtheus, cujus Athenis & delubrum vidimus & ſacerdotem*] *Heſychius*: Ἐρεχθεὺς Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις. *Athenagoras* Legat. pro Chriſt. c. I. ὁ δὲ Ἀθηναῖος Ἐρεχθεῖ Ποσειδῶνι θύει. Hæc & hujuſmodi plura congeſſit vir diligentiſſimus *Joan. Meurſius* de Reg. Atheh. lib. II. cap. 12. *Idem.*

6 *Quid aut de Codro dubitare poſſumus*] Attamen hunc Athenienſes tanquam Deum ſacrificiorum honore coluiſſe, docent loca quæ laudavit eruditiſſimus *Meurſius* de Reg. Athen. lib. III. cap. 14. *Idem.*

7 Atque *in pleriſque civitatibus*] *Atqui* eſt in MSto, ad hujus loci ſententiam & ornatum aptius. *Urſinus.*

Ibid. Atqui *in pleriſque*] Vulgo *atque*. *Lactantius* I, 15. *atque adeo*. Sed nos lectionem Codicum *Med. Lincoln.* Reg. & *Urſin.* recepimus. *Davies.*

8 Augendæ *virtutis gratia, quo libentius* &c.] Hæc laudat *Lactantius* Divin. Inſtit. lib. I. cap. 15. ubi ſcriptoris elegantiſſimi Codices habent, ACUENDÆ *virtutis gratia*, AUT *quo libentius*. Apud eum delenda videtur *conjunctio disjunctiva*; ſed hic ex eo repoſuerim, ACUENDÆ *virtutis gratia*; hoc enim ſenſu Latini *acuere*, Græci autem θήγειν vel ἀκονᾶν paſſim uſurpant. *Florus* lib. I. cap. VIII, 4. *Quid? ille militia artifex Tullus, bellatoribus viris quam neceſſarius, ut* ACUERET *ratione* VIRTUTEM! Vide *Virgilium* Georg. I, 123. *Philonem* apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. VIII. cap. 14. & *Clementem* Strom. lib. VII. pag. 301. *Idem.*

9 *Leonaticum eſt delubrum Athenis, quod Leocorion* &c.] Hunc locum ſtellula ſeu ἀστερίσκῳ olim notari juſſi; neque id temere: quid enim ſibi vult hoc Leonaticum, quod eſt in libris omnibus? Nam Leocorion quid ſit, ſciunt omnes mediocriter eruditi: nempe delubrum, ſeu templum Lei filiabus, quæ ſua morte peſtem

ſes quidem ſanctius Alabandum colunt, à quo eſt urbs illa condita, quàm quemquam nobilium Deorum: apud quos [1] non inurbanè Stratonicus, ut multa, cùm quidam ei moleſtus Alabandum Deum eſſe confirmaret, Herculem negaret: *Ergo*, inquit, *mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.* Illa autem, Balbe, quae tu à caelo aſtriſque ducebas, quàm longè ſerpant, non vides? Solem Deum eſſe, Lunamque, quorum alterum Apollinem Graeci, alteram Dianam putant. Quòd ſi Luna, Dea eſt: ergo etiam Lucifer ceteraeque errantes numerum Deorum obtinebunt: igitur etiam inerrantes. [2] Cur autem Arci

peſtem civitatis Athenienſis ſedârunt, dedicatum. *Leonaticum* autem ferè omnes corruptum eſſe putant: ex quibus alii cenſebant legendum *Leonticum*, aut *Leontium* potius, à Leo puellarum illarum patre; quemadmodum à Timoleonte Timoleontium dictum eſt. Sed errant, neque hoc ullo modo ferri poteſt; nam à Timoleonte rectè Timoleontium fingi poteſt: à *Leo* (Λέως enim dicebatur ille, non Λέων) *Leontium* nullo modo. Alii *Leo natis eſt delubrum* &c. Alii putabant *Leonaticum* eſſe retinendum, & *Leonaticum* dictum à *Lei natis* ſeu *natabus*, id eſt, filiabus; ut Græci Λεωκορεῖον nominârunt παρὰ τὰς τοῦ Λέω κόρας. Sed hoc nè ii quidem, quibus hoc venit in mentem, magnoperè probant. Ego putabam ſic legendum, *Leo Attico eſt delubrum Athenis* &c. Sed non placet, delubrum enim erat filiarum Lei, non ipſius Lei. Putabam etiam ſic, *Leo dicatum eſt delubrum* &c. Sed eadem ratione hoc quoque rejicio. Venit tandem mihi in mentem ſic omnino eſſe legendum, *Itemque Leo natarum eſt delubrum Athenis* &c. Quæ conjectura ità mihi placet, ut nihil putem excogitari poſſe neque melius, neque verius. *Lambinus.*

Ibid. Leonaticum *eſt delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur*] Pro *Leonatico Leontium* vel *Leonticum* reponit *Gul. Canterus* Nov. Lect. lib. V. cap. 18. Sed huic emendationi prorſus repugnat Analogia. Multò ſanè probabilior eſt *Lambini* conjectura, cui placet *Leo natarum*. Cùm tamen omnes MSSti *Leonaticum* repræſentent; in eorum ſententiam pedibus eo, qui vocem illam à *Cicerone* formatam ſtatuunt, ut Græcorum Λεωκόρειον exprimeret. De re ipſa multis egêrunt Interpretes ad *Æliani* V. H. lib. XII. cap. 28. *Davies.*

1 *Non inurbanè Stratonicus, ut multa*] Stratonicum citharistam intelligit, cujus nonnullas facetias memorat *Plutarchus* Tom. II. pagg. 525, 602. multas verò *Athenæus* Deipnoſ. lib. VIII. pag. 348, ſeqq. Adi ſis etiam *Strabonem* lib. XIV. pag. 963.

& ta-

Arci ſpecies non in Deorum numero reponatur? eſt enim pulcher, & ob eam cauſſam, quia ſpeciem habeat admirabilem, [3] Thaumante dicitur natus. Cujus ſi divina natura eſt, quid facies nubibus? arcus enim ipſe [4] ex nubibus efficitur quodam modo coloratis: quarum una etiam Centauros peperiſſe dicitur. Quod ſi nubes retuleris in Deos; referendae certè erunt [5] tempeſtates, quae populi Romani ritibus conſecratae ſunt. Ergo imbres, nimbi, procellae, turbines, Dî putandi. Noſtri quidem duces, mare ingredientes, inmolare hoſtiam fluctibus conſueverunt. Tum ſi eſt Ceres à gerendo, (ita enim dicebas)

& *Ælianum* V. H. lib. XIV. cap. 14. *Idem.*

2 *Cur autem Arqui ſpecies non in Deorum*] Omnes fere libri & vulgati & MSSti habent, *Cur autem* ARCUS *ſpecies non in Deorum* &c. niſi quòd in uno ſcriptum erat ARQUI quod probo. (Sic etiam *Pal.* pr. & *Victor.*) Nam veteres Grammatici docent, ARQUUM, in generandi caſu, ARQUI, ſeu ARCUM, ARCI dici Irim; ARCUM, in patrio caſu ARCUS, ſuſpenſum fornicem. Sic *Lucretius* lib. VI.

Tum color in nigris exſiſtit nubibus ARQUI.

Priſcianus verò lib. VI. diſertè *arcus*, *arci*, pro Iride, declinari docet. Sed *Chariſius* ſic legit hunc locum lib. I. col. 93. *Cur autem* ARQUUS *ſpecies non in Deorum* &c. quod puto eſſe pro *ſpecies*. Lambin.

Ibid. In Pal. ſec. *Reg. Med. Cantab.* & *Lincoln.* eſt ARCI *ſpecies*; quo modo nos edidimus, *Priſcianum* ſecuti lib. VI. col. 711. *Davies.*

3 *Thaumante dicitur Iris eſſe* NATA] Ita legit *Ant. Auguſtinus*, cùm in impreſſis deſit vox IRIS. *Urſin.*

Ibid. *Thaumante dicitur* natus] Vulgo *eſſe nata*; ſed *eſſe* non agnoſcunt noſtri Codd. *Iris* etiam in nullo MSto compareт, & *arcus* eſt *maſculini* generis; quapropter nos *Reg.* & *Cantab.* ſecuti ſumus. Cum tamen in Codd. vetuſtioribus ſit *nata*; legi poſſit *eſt enim* (Arci ſpecies) PULCHRA, *& ob eam cauſſam, quia ſpeciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur nata.* Certè vel hoc vel illo modo reſcribendum, nè fiat ſoloeciſmus. Inſuper notarim, MSStos *Reg. Med. Lincoln.* ut & *Aſcenſ. Victor.* & *Bonon,* 1494. dare *& ob eam* ſpeciem, *quia* cauſam *habeat admirabilem.* Nec diſplicet hæc ratio. *Davies.*

4 *Ex nubibus efficitur quodam modo* coloratis] Sic poſtulante re ipſa, licet invitis Codicibus, edidi; nam vulgo legitur *coloratus*, quod abſurdum parit ſenſum. *Idem.*

5 *Tempeſtates, quæ populi R. ritibus conſecratæ ſunt*] Vide *D. Lambinum* ad *Horatii* Epod. X, 24. & *P. Leopardum* Emend. L. XX. c. 15. *Idem.*

1 *Itaque*

dicebas) terra ipſa Dea eſt, & ita habetur: quæ
eſt enim alia Tellus? ſin terra: mare etiam;
quem Neptunum eſſe dicebas: ergo & flumina,
& fontes. [1] Itaque & Fontis delubrum Maſo
ex Corſica dedicavit, & in augurum precatione
Tiberinum, Spinonem, [2] Almonem, Nodinum,
alia propinquorum fluminum nomina videmus.
Ergo hoc aut in immenſum ſerpet, aut nihil ho-
rum recipiemus, nec illa infinita ratio ſuper-
21 ſtitionis probabitur. Nihil ergo horum proban-
dum eſt. Dicamus igitur, Balbe, oportet con-
tra illos etiam, qui hos Deos ex hominum ge-
nere

1 *Itaque & Fontis delubrum* &c.] Hujus loci reſtitutio *Riccardo Riccardio* Florentino debetur, ut teſtatur *Pet. Victorius* V. L. lib. XXXVIII. cap. 9. Nam ſignificatur C. Papirius Maſo, quem narrat *Plinius* lib. XV. cap. 29. primùm in monte Albano triumphâſſe de Corſis, quemque à L. Piſone traditum eſſe ſcribit myrto coronatum ludos Circenſes ſpectâre ſolitum. Eundem commemorat & *Feſtus* in *myrtea Corona*. Papirii Maſones denique referuntur in Epiſt. quâdam ad Papirium Pætum lib. IX. Epiſt. LAMBIN.

Ibid. Nimirum non *Maſo ex Corſica*, ſed *Marſo* legebatur. Quin & in *Reg. Marſus* ſcribitur. De FONTIS verò numine vide ſis *H. Grotium* ad *Marciani Capellæ* lib. I. pag. 16. & *Thom. Reineſium* Inſcript. p. 102. *Davies.*

Ibid. *Itaque & Fontis delubrum*] Fonti Deo vervecibus ſacrum fiebat; ut ex inſcriptione fratrum Arvalium conſtat, in quâ eſt, FONT. VERB. N, II. *Urſinus.*

2 *Anemonem*] De Anemone flumine meminit *Plinius* lib. III. cap. XV. Sed cùm in octavâ Italiæ regione ponatur, non habet hic locum. Itaque pro *Anemonem* parvâ mutatione *Alcmonem* legendum putârim, qui, ut inquit *Vibius Sequeſter*, fluvius eſt Romæ vicinus, ubi Matet Deum VI. Kal. Apr. lavatur. *Statius* lib. I. Silv.

Eſt locus ante urbem quà primum naſcitur ingens
Appia, quàque Italo gemitus Almone *Cybelle*
Ponit &c.

Et *Lucanus* lib. I, 599.

Tunc qui fata Deûm ſecretaque carmina ſervant:
Et lotam parvo revocant Almone *Cybellem.* Urſinus.

Ibid. *Almonem*] Vulgò *Anemonem*; nec abeunt *Reg. Mld. Lincoln.* & *Cantab. Bonon.* 1494. *Anenonem*: *Lambinus* reſcribendum conjecit *Anienem*. Sed ego, re perpenſâ, *Urſinum*, *Cluverium*, & ampliſſ. *Boherium* ſequendos arbitror, eamque dedi lectionem. *Davies.*

3 *Joves tres numerant --- ſepulchrum oſtenditur*] Paullò aliter *Clemens Alexandrinus* Protrept. pag. & Edit. inquit,

nere in caelum tranſlatos, non re, ſed opinione eſſe dicunt, quos auguſtè omnes ſanctèque veneramur. Principio [3] Joves tres numerant ii, qui theologi nominantur: ex quibus primum & ſecundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere, ex quo etiam Proſerpinam natam ferunt, & Liberum; alterum patre Caelo, qui genuiſſe Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt: tertium Cretenſem, Saturni filium; cujus in illa inſula ſepulchrum oſtenditur. [4] Διόσκυροι etiam apud Grajos multis modis nominantur. Primi tres, [5] qui appellantur

quit, *οἱ τρεῖς τοὺς Ζῆνας ἀναγεγράφασιν· τὸν μὲν Αἰθέρος ἐν Ἀρκαδίᾳ· τὼ δὲ λοιπὼ, τοῦ Κρόνου παῖδε· τούτοιν τὸν μὲν ἐν Κρήτῃ· θάτερον δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ πάλιν.* Ita & *Lucius Ampelius* cap. IX. at *Ciceroni* ſuffragatur *Arnobius* lib. IV. pag. 133. Vide & *Lactantium* Div. Inſtit. lib. I. cap. XI. *Idem.*

4 *Dioſcuri etiam apud Graecos multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur* Anactes *Athenis*] Emendavi ANACES; hoc enim eſt verum Dioſcurorum nomen; unde Ἀνάκειον illorum templum dicebatur. Traduntur multae rationes & cauſae à Graecis auctoribus hujus appellationis, vel à verbo *ἀνέχω*, vel ab adverbio *ἀνακῶς*, id eſt, humaniter & diligenter, quod ſe ita geſſerunt erga Athenienſes: magnis enim copiis in urbe exiſtentibus ſuâ intereſſe illi arbitrati ſunt, ne quiſquam omninò civis injuriam à militibus pateretur, atque id ſummo ſtudio procuraverunt. Vel ab *ἄνω καὶ ἄνω*, quòd cuſtodiunt navigantes, cùm ſint ſtellae & ſupra nos ſtent; nam duo haec adverbia componentes, *ἀνακῶς* Athenienſes ſolebant dicere. Et has & alias etiam hujus nominis derivationes exponit *Plutarchus* in vita Theſei; ſic enim inquit: *Καὶ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον, Ἄνακες προσαγορευθέντες, ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχὰς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ κηδεμονίαν τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν, στρατιᾶς τοσαύτης ἔνδον οὔσης· ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τοὺς ἐπιμελουμένους ἢ φυλάττοντας ὁτιοῦν, καὶ τοὺς βασιλεῖς ἴσως Ἄνακτας διὰ τοῦτο καλοῦσιν. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες διὰ τὴν τῶν ἀστέρων ἐπιφάνειαν Ἄνακας ὀνομάζεσθαι. τὸ γὰρ ἄνω τοὺς Ἀττικοὺς ἀνέκας ὀνομάζειν, καὶ ἀνέκαθεν, τὸ ἄνωθεν.* *Anactes* generale nomen erat omnium Regum, ut nonnulli putant, (in quibus etiam *Plutarchus* eſt) ab eodem adverbio, quo *Anaces*, deducto nomine, quòd cuſtodirent ſummâ curâ & diligentiâ ſalutem eorum, quibus praeeſſent. *Victorius.*

Ibid. *Anaces*] Ἄνακας appellant Graeci Caſtorem & Pollucem; & eorum templum *ἀνάκειον* dicitur à *Luciano* in Timone. *Urſinus.*

5 *Qui appellantur* Anactes] Sic omnes quantum conſtat MSSti; & probè quidem: licet aliter viſum doctiſſimo *Victorio*. *Aelianus* Var. Hiſt. lib. IV. cap. 5. *Διὰ ταῦτα, Ὀρέστης ὁ*

Mene-

tur Anactes, Athenis ex Jove rege antiquiſſimo & Proſerpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, [1] Dionyſius. [2] Secundi duo, [3] Jove tertio nati &

Μιξοδοῦς (τὰς Τυνδαρίδας) ΑΝΑΚΤΑΣ τε καὶ Σωτῆρας ὠνόμαζον. *Pauſanias* lib. II. cap. 22. Πλησίον δὲ τῶν ΑΝΑΚΤΩΝ (hoc eſt, Διοσκούρων) Εἰλειθυίας ἐστὶν ἱερόν. Iterum cap. XXXVI. Διοσκούρων ἱερὸν ἐστὶν ΑΝΑΚΤΩΝ. Ac lib. X. cap. 38. Ἄγουσι δὲ καὶ τελετὴν οἱ Ἀμφισσεῖς ΑΝΑΚΤΩΝ καλουμένων παίδων -- Οἱ μὲν εἶναι Διοσκούρους--λέγουσι. *Tzetzes* in *Lycophronis* vſ. 508. Θαυμάσαντες αὐτοὺς (Διοσκούρους) οἱ Ἀθηναῖοι, ΑΝΑΚΤΑΣ ἤτοι Θεοὺς καὶ Σωτῆρας ἐκάλεσαν. Conſulas etiam *Alciphronem* lib. III. Ep. 68. Hæc tamen, licet mihi perquam clara videantur, non impedierunt quo minus *Victorio* fidem dederit Ampliſſ. *Boherius*. At locum perperam diſtinctum eſſe, rectè, ſicut puto, monuit idem vir doctiſſimus. Legerim itaque, *qui appellantur Anactes Athenis, ex Jove* &c. Lepidum vero ſe præſtitit *Pet. Reſcaloperius*, qui negat hos, Ἄνακας, ut vulgò legitur, nominari; eum enim paſſim redarguunt Scriptores idonei. Uterque ſcholiaſtes in *Luciani* Reviv. Tom. I. pagg. 17, 18. ΑΝΑΚΕΣ γὰρ οἱ Διόσκουροι λέγονται. Vide & Tom. II. pag. 48. Cur ita vocarentur, rationes affert *Plutarchus* in Theſeo Tom. I. p. 16. Nihil aliud latet, niſi quod hoc nomen κατ' ἐξοχὴν ſortiti ſint, cùm Dii omnes Regeſque Ἄνακες vel Ἄνακτες dicerentur. Adi ſis *Euſtathium* in Iliad. A. p. 16. ed. Baſil. *Dav.*

1 *Dionyſius*] Legatur *Dionyſus*: nam Dionyſum ſeu Bacchum ex Jove & Proſerpina natum fuiſſe tradunt complures. Vide ſis *Athenagoram* Leg. pro Chriſt. cap. XVI. p. 71. Ad hoc factum reſpicit *Tatianus* Orat. ad Græc. cap. XIII. pag. 33. Κρόνος τεκνοφαγεῖ (omnino legendum τεκνοκτονεῖ) Ζεὺς καὶ θυγατρὶ συγγίνεται, καὶ ἡ θυγάτηρ ἀπ' αὐτοῦ κύει. Hac de re multis agemus ad cap. XXIII. *Idem.*

2 *Secundi* duo] Auctores fuerunt *Reg.* & *Cantab.* ut ultimam vocem *Ciceroni* donaremus; eâ enim carent editi. *Idem.*

3 *Jove tertio nati* ET *Ledâ, Caſtor & Pollux*] Ita dedimus ex MSStis *Reg. Med. Lincoln.* & *Cantab.* nam vulgg. *ex Ledâ*, quod horridam parumque Latinam reddit orationem: niſi legas JOVI *tertio nati ex Leda*. Obtinuit autem fama, non utrumque fratrem Jove prognatum, ſed Pollucem à Jove, Caſtorem verò à Tyndareo genitum. Inter alios, ſic *Servius* ad Æn. II, 601. *De Jove & Leda nati ſunt Pollux & Helena; de Tyndareo & Ledâ Caſtor, qui ſolus mortalis fuit.* Adi ſis & eundem ad VI, 121. *Idem.*

4 Alco, & *Melampus*, Emolus] In vulgatis fuit *Aleo*; ſed nos *Reg. Med. Lincoln. Buſlid.* alioſque MSStos ſecuti ſumus, quod *Alco* viri ſit nomen, haud *Aleo*. Quin & *Lambinus* ita dedit. Pro *Emolo* vero nonnulli *Eumelum* reponunt. Rectene an ſecus, neſcio; cùm hi Διόσκουροι, quod ſciam, apud alios ſcriptores ὀνομαστὶ non memorentur. *Tria* ſane *Caſtorum genera* ἁπλῶς numerare ſatis habuit *Arnobius* lib. IV. pag. 136. Si tamen conjecturæ locus eſſet, lubens reſcripſerim, *Alco*, *Melampus*, ET TMOLUS. Nam Tantalus, Tmoli natus erat, Tantali Pelops, Pelopis Atreus. Nec mirum videri poſſit, quod Atreus huic proavi ſui nomen indiderit. Vide Scholiaſten in *Euripidis* Oreſt. vſ. 5. ac *Tzetzen* Chil. V, 444. ſeqq. Præterea non omittendum puto, plures fuiſſe Dioſcuros, quàm quos recen-

& Leda, Caſtor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis [4] Alco, & Melampus, Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. [5] Jam Muſae primae quat-

recenſuit *Cicero*. *Euſtathius* in Odyſſ. Λ. pag. 438. ed. Baſil. Ἱστορία — παραδιδῶσιν, ὅτι καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου (Ξενοφῶντος) καὶ Φιλησίας υἱοὶ Γρύλλος καὶ Διόδωρος, Διόσκουροι ἐπεκαλοῦντο. Idem refert *Diogenes Laertius* lib. II. §. 52. Etymologus, *Heſychius* etiam, & ex eo *Faverinus* hoc cognomine gaviſos eſſe Zethum & Amphionem tradunt. Ac erant ſane Διὸς κοῦροι, ex eo quippe & Antiopa naſcebantur. Vide *Clementem* Hom. V. cap. 13. *Damaſcius* in vita Iſidori : Σαδύκῳ γὰρ ἐγένοντο παῖδες, οὓς ΔΙΟΣΚΟΡΟΥΣ ἑρμηνεύουσι καὶ ΚΑΒΕΙΡΟΥΣ. Apud *Photium* Cod. CCXLII. col. 1073. Vide & *Euſebium* Præp. Ev. lib. I. cap. x. pag. 36. *Idem.*

5 *Jam Muſa prima quatuor nata Jove altero, nata & Thelxinoë* &c.] Veneti, *Jam Muſa prima quatuor nata Jove altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete.* Sed quatuor Muſæ nuſquam commemorantur à Græcis. Tres quidem fuiſſe priſcas ſcribit *Pauſanias* Boëot. his nominibus, Μελέτην, Ἀοιδὴν, Μνήμην. Et *Auſonius* in Grypho ternario, tres quondam in Cithærone in ære poſitas innuit. Quarè poterimus, ut opinor, ſine reprehenſione ita legere, *Jam Muſa prima* III. *quæ Jove altero nata è Thelxinoë*, vel ſane *Thelxiope*: de hoc enim nondum quicquam compertum habeo. *Camerarius.*

Ibid. *Muſa prima quattuor, nata Jove altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete*] *Pall.* dant, *nata Jove altero nata Thelxinone*; *Bonon.* 1494. *nata Jove altero nata & Thelximone*; alii Codices, *nata & Theixino nece archemelete*, vel *theixinoneode arche melete*; *Reg.* noſter, *nata Jove altero nata & Theoxinoeo & edearche & Melete. Med.* autem *nata Jove altera nata & Theixinoneo Edearche Melete*; & ita fere *Lincoln. Cantab.* denique, *nata Jove altero etheixinoneo, Aede, arche, melete, & ha.* Ille vero liber, quamvis ut plurimum non optimæ notæ, hoc in loco ad veram lectionem quaſi manu ducere videtur; nam reſcribendum puto, *Muſa prima quattuor, nata Jove altero, Thelxinoë, Aœde, Arche, Melete.* Diſerte *Tzetzes* in *Heſiodi* Oper. pag. 6. ubi & alia de Muſis plurima. Ἄρατος δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἀστρικῶν τέσσαρας (τὰς Μούσας) λέγει Διὸς τοῦ Αἰθέρος, καὶ Πλουσίας νύμφης, Ἀρχὴν, Μελέτην, ΘΕΛΞΙΝΟΗΝ, καὶ Ἀοιδήν. Adeò ut omninò falſus ſit *Jac. Gronovius*, qui, collatis inter ſe Codicum lectionibus, reponendum putavit, *Thelxinoë*, NETE, *Arche. Pauſanias* quidem lib. IX. c. 29. Ἀοιδὴν, Μελέτην & Μνήμην memorat: numerumque ternarium ſervant *Auſonius* Epiſt. IV, 62. & *Varro* apud *Servium* in *Virgilii* Eclog. VII, 21. Adi ſis & *Auguſtinum* de Doctr. Chriſt. lib. II. cap. 17. At *Muſas multi novem, multi* VIII. *multi* VII. *dixerunt*, ut tradit idem ad Æn. I, 12. *Ephorus* autem *Muſas numero eſſe tres effert*; *Mnaſeas* QUATTUOR; *Myrtilus inducit ſeptem*; *octo aſſeverat Crates*; *ad extremum Heſiodus novem cum nominibus prodit.* Verba ſunt *Arnobii* lib. III. pag. 121. *Cornutus* N. D. c. XIV. Λέγονται δὲ (Μοῦσαι) παρά τισι καὶ ΔΥΟ μόνον εἶναι, παρ᾽ οἷς δὲ τρεῖς, παρ᾽ οἷς δὲ ΤΕΣΣΑΡΕΣ, παρ᾽ οἷς δὲ ἑπτά: Hinc auctoribus inter ſe non convenire, nec proinde cum *Joach. Camerario quattuor* in *tres* mutari debere, ſatis manifeſtum. Obſervandum præ-

terea

quattuor, natae Jove altero, Thelxiope, Aoede, Arche, Melete: ſecundae, [1] Jove tertio & Mnemoſyne procreatae, novem: tertiae, [Jove tertio] Piero natae & Antiopa, quas Pieridas, & Pierias ſolent poetae appellare, iiſdem nominibus, eodem numero, [2] quo proximè ſuperiores. Cumque tu Solem, [3] eò quòd ſolus eſſet, appellatum eſſe dicas: Soles ipſi quàm multi à theologis proferuntur? Unus eorum Jove natus, nepos

terea venit, à quibuſdam *duas* tantùm Muſarum γενέσεις prodi, cùm *Cicero tres* memoret. Scholiaſtes ad *Apollonii Rhodii* lib. III. 3. Ἐν δὲ τοῖς εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένοις δύο ἱστοροῦνται γενέσεις Μουσῶν· πρεσβυτέρων μὲν μετὰ τῦ Κρόνυ γενομένων· νεωτέρων δὲ τῶν ἐκ Διὸς καὶ Μνημοσύνης. *Pauſanias* Bœot. cap. XXIX. p. 766. Μίμνερμος δὲ φησὶν--θυγατέρας Οὐρανοῦ τὰς ἀρχαιοτέρας Μούσας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας. Sic etiam plerique volunt Muſas θυγατέρας τῶν Διὸς καὶ Μνημοσύνης· ὀλίγοι δὲ τῶν ποιητῶν (ἐν οἷς ἐστὶ καὶ Ἀλκμὰν) θυγατέρας ἀποφαίνονται Οὐρανοῦ καὶ Γῆς. Ὁμοίως δὲ κατὰ τὸν ἀριθμὸν διαφωνοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ τρεῖς λέγουσιν, οἱ δὲ ἐννέα, ut ait *Diodorus Siculus* lib. IV. pag. 215. Vide & *Euſebium* Præp. Evang. lib. II. cap. 2. pag. 54. *Davies.*

1 [*Jove tertio*] Piero *nata & Antiopa*] Vulgg. *Jove tertio* Pierio *nata*. Mutationis auctores fuere *Pal.* tert. *Reg. Med.* & *Lincoln.* eamque non immerito factam fuiſſe confirmat Hiſtoria. *Pauſanias* Bœot. pag. 765. Χρόνῳ δὲ ὕστερον φασὶ ΠΙΈΡΟΝ Μακεδόνα----ἐλθόντα ἐς Θισπιὰς ἐννέα τε Μούσας καταστήσασθαι καὶ τὰ ὀνόματα τὰ νῦν μεταθέσθαι σφίσι----Εἰσὶ δ' οἳ καὶ αὐτῷ θυγατέρας ἐννέα ΠΙΈΡῼ γενέσθαι λέγουσι, καὶ τὰ ὀνόματα ἅπερ ταῖς θεαῖς τεθῆναι. Hæc ſanè fama *Ciceronis* narrationi congruit; at alios ſcriptores ſecutus eſt *Tzetzes*, qui ſic loquitur ad *Heſiodi* Oper. pag. 6. Ἐπίχαρμος δὲ ἐν τῷ τῆς Ἥβας γάμῳ ἑπτὰ (Μούσας) λέγει, θυγατέρας ΠΙΈΡΟΥ καὶ ΠΙΜΠΛΗΙ'ΔΟΣ νύμφης· Νειλοῦν, Τριτώνην, Ἀσωποῦν, Ἑπτάπολιν, Ἀχελωΐδα, Τιτόπλουν, καὶ Ῥοδίαν. Adeò ut nec *eiſdem nominibus*, nec *eodem numero* ſint, quo novem illæ celebratiſſimæ. Ex *Nicandro* rem tangit & *Antoninus Liberalis* Metam. cap. IX. ita tamen, ut ei nec cum *Pauſania* nec cum *Tzetze* conveniat. Hinc autem abunde liquet quid de *Jove tertio* ſtatui debeat; hæ nempe voces, ut rectè conjecit *Jac. Gronovius*, hic importunæ ſunt, & ex præcedente verſu perperam repetitæ. Quapropter nos eas uncinis cingendas putavimus. *Idem.*

2 *Quo* proximè *ſuperiores*] Vulgg. *proxima*; quemadmodum *Victorius* etiam, *Lambinus*, & *Aldus* nepos, *Benon.* 1494. *quo* maxime *ſuperiores*. Legendum verò, ſicut nos edidimus, certiſſimam conjecturam ſecuti. *Idem.*

3 Eo quod *ſolus eſſet*] Vulgo *quia ſolus eſſet*, &, quoad loci mentem, inhil refert utro legatur modo. Sed cum MSSti *Reg. Med. Lincoln.* & *Cantab.* unanimi conſenſu ſcripturam, quam dedi, repræſentarent; haud erat

pos Ætheris: alter, Hyperione: [4] tertius, Volcano, Nili filio; cujus urbem Ægyptii volunt eſſe eam, quae Heliopolis appellatur: quartus is, [5] quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur, [pater] Ialyſi, Camiri, & Lindi: quintus, qui Colchis fertur Aeetam [6] & Circam procreaviſſe. Volcani item complures: primus 22
Caelo natus, [7] ex quo & Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe

rat cur ea ſuo non redderetur auctori. *Idem.*

4 *Tertius Vulcano,* Nili *filio*] *Ampelius* cap. IX. *Tertius* NINI (Lege NILI) *filius.* Vide *Arnobium* lib. IV. pag. 135. *Idem.*

5 *Quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur,* PATER *Ialyſi, Camiri & Lindi*] In plurimis editt. legas, AVUM *Ialyſi*; ſed prima vox a MSStis exulat. *Bonon.* 1494. *Ialyſi Cameritinde Rhodi. Reg.* noſter, QUI *heroicis temporibus dicitur peperiſſe* (& pro varia lectione *genuiſſe*) *Achantum Hialiſi, Chamerintidem Rhodi. Cantab.* habet *Qui----genuiſſe dicitur Ialyſi. Lincoln.* ac *Med.* exhibent: QUI *heroicis temporibus Acanto peperiſſe Ialyſi Cameritinda* (vel *Camerilinde*) *Rhodi.* Denique *Aſcenſius* & *Victorius* ediderunt *Ialyſum, Camirum, Lindum.* Vulgò deeſt PATER, quam vocem ex *Arnobio* nos addidimus, qui lib. IV. pag. 135. ſic ait: *Quartus Ialyſi* pater, *quem Rhodi peperit heroicis temporibus Acantho. Ampelius* cap. IX. *Quartus, qui Rhodi natus eſt, cujus etiam* Zemintus (forte *Lindus*) *eſt filius.* Forſan verò, collatis inter ſe variis lectionibus, hæc fuiſſe videatur *Tullii* manus: CUI *heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur Ialyſum, Camirum, Lindum.* Tzetzes autem ad *Lycophronis* vſ. 922. *Λίνδος καὶ Ἰήλυσος καὶ Κάμειρος, πόλεις εἰσὶ Ῥόδου, ἀπὸ τῶν ἐγγόνων Ἡλίου καὶ* ΡΟΔΗΣ, *ἡ* ΡΟΔΗΣ *τῆς* ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ. Obiter emendandus *Theocriti* Scholiaſtes ad Idyll. XVII, 69. Τῶν *Δωρικῶν πεντάπολις,* inquit, *Λίνδος,* ΛΑΤΣΟΣ, ΚΑΜΗΡΟΣ, *Κῶς, Κνίδος.* Leg. *Ἰάλυσος. Κάμειρος,* vel *Κάμυρος,* ὡς *λεπτολογεῖ Euſtathius* ad *Dionyſii* Perieg. vſ. 504. Alii tamen, horum parentes, Cercaphum Solis filium, & Cydippam faciunt. Vide *Pindari* Scholiaſten ad Olymp. VII. 34, 135. *Strabonem* lib. XIV. pag. 966. & *Diodorum Siculum* lib. V. pag. 329. Noſtræ tamen emendationes *Arnobii* fide nituntur; quod is *Ciceronem* præ oculis habuerit, ejuſque paſſim ſit exſcriptor. *Idem.*

6 *Et* Circam] Sic *Reg. Med.* & *Gruteriani* quattuor. Vulgo *Circen. Idem.*

7 *Ex quo & Minervâ Apollinem eum*] Aliquid orationi deeſt, quam plenam reddere pro captu ſuo Librarii ſunt aggreſſi. *Cantab.* dat, *ex quo & Minerva* dicunt *Apollinem eum*; *Reg.* autem *ex quo & Minerva* dicunt *Apollinem* natum *eum.* Ordo verborum inelegans ſatis oſtendit, quibus debeatur additamentum; nec tamen *σύνταξις* ab ipſo *Tullio* relicta videtur imperfecta, licet ſenſus cujuſcunque Lectoris menti ſe ſtatim ingerat.

eſſe voluerunt: [1]ſecundus Nilo natus, [2]Phthas, ut Aegyptii appellant, quem cuſtodem eſſe Aegypti volunt: tertius ex tertio Jove & Junone, qui Lemni fabricae traditur praefuiſſe: [3]quartus Menalio natus, qui tenuit inſulas propter Siciliam, quae Volcaniae nominantur. Mercurius unus Caelo patre, [4]Die matre natus; cujus [5]obſcaenius excitata natura traditur, quod aſpectu

ingemit. Niſi fallor Cicero ſcriptum reliquit, *ex quo & Minerva* APOLLINUM IS. Cum verò Librarius *Apollinem* loco *Apollinum* dediſſet, ſecunda vox ob conſtructionem, ut fieri ſolet, mutabatur. *Clemens* Protr. pag. 8. Ναὶ μὴν Ἀπόλλωνα ὁ μὲν Ἀριστοτέλης πρῶτον Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς —καταλέγει. Sic & *Ampelius* cap. IX. Vide infra cap. XXIII. *Davies.*

1 *Secundus Nilo natus*] Sic rectè *Bonon.* 1494. nam *Victorius* & *Gruterus* edidêrunt *ſecundus* in *Nilo natus*. Ac licet ita repræſentent plures MSSti, dubio tamen procul inſcitiâ Librariorum ſunt corrupti. *Diogenes Laertius* Prooem. §. 1. Αἰγύπτιοι μὲν γὰρ ΝΕΙΛΟΥ γενέσθαι παῖδα Ἥφαιστον· ὃν ἄρξαι φιλοσοφίας, ἧς τοὺς προεστῶτας ἱερέας εἶναι καὶ προφήτας. *Ampelius* cap. IX. *Secundus* (Vulcanus) NILI *filius*. Vulcanumque, *Nili qui fuerit filius*, memorat etiam *Arnobius* lib. IV. pag. 135. *Idem.*

2 *Phthas*] In *Buſlid.* eſt *Apis*. Vulgò *Opas*; nec aliter cuncti ferè Codices. Sed cùm *Phthas* vera ſit lectio, prout olim viderunt eruditi, non erat cur vitioſâ ſcripturâ diutius macularetur *Cicero*. Hanc in rem veterum teſtimonia collegit *J. B. Cotelerius* ad *Clementis* Hom. IX. cap. 6. *Idem.*

3 *Quartus* Menalio *natus---Vulcania* nominantur] *Ampelio* cap. IX. dicitur *quartus in Sicilia* Miletis *filius*. Apud noſtrum ſanè Codices multum variant. *Pall.* enim, *quartus in Menolio*, *Memalio*, *in Emalio*, *Inemalio*, *Reg.* autem noſter, *in Ebaliâ natus*, ut parum liqueat quid ſcripſerit *Tullius*; ſiquidem, exceptis *Ampelio* noſtroque, hujuſce viri nomen ſilentio prætereant Auctores. Paullò poſt vulgg. *qua Vulcania* nominabantur; ego verò *Lambini* MStum ſequendum duxi, cùm ea appellatio *Ciceronis* ætate non obſoluerit. De Vulcaniarum inſularum nominibus numeroque vide *Phil. Cluverium* Sicil. Ant. lib. II. cap. 14. *Idem.*

4 *Die matre natus*] *Dia* legitur in MSto, eamque lectionem confirmat vetus inſcriptio fratrum Arvalium, in qua ſunt hæc;

IIII. ID. DEC. FRATRES ARVAL. IN LUCO.
DEÆ. DIÆ. VIA. CAMPANA. APUD LAP.
V. CONVENER.
PER. C. PORC. PRISCUM MAG. ET. IBI
IMMOLAV. QUOD. AB. ICTU. FULMINIS
ARBORES LUCI.
SACRI. D. D. ATTACTÆ. ARDUERINT,
EARUMQ. ARBORUM ADOLEFACTARUM. &c. *Urſinus.*

Ibid. *Die matre*] In tribus *Gruterianis* eſt *Dia*, quam lectionem in ſuo Codice repertam probavit *Fulv. Urſinus.*

ctu Proſerpinae commotus ſit: alter [6] Valentis & Phoronidis filius, is, [7] qui ſub terris habetur, idem Trophonius: tertius Jove tertio natus & Maja, [8] ex quo & Penelopa Pana natum ferunt: quartus Nilo patre, [9] quem Aegyptii nefas habent nominare: quintus, quem colunt Pheneatae, qui & Argum dicitur interemiſſe, ob eamque cauſſam [10] Aegyptum profugiſſe, atque Aegyptiis

nus. Immerito quidem; cùm *Dea Dia* Juno ſit; prout oſtendit Cl. *Philippus à Turre* Veteris Antii cap. VII. At hic Mercurius *Cæli & Diei filius* vocatur *Ampelio* cap. IX. & *Servio* ad *Virgilii* Æn. I, 301. IV, 577. *Davies*.

5 *Obſcaenius excitata* natura] Pars corporis ſecretior auctoribus interdum *natura* dicitur. *Varro* R. R. lib. II. cap. 2. *Deterrent ab ſaliendo fiſcellis è junco, aliâve quâ re, quod alligant ad* naturam. Vide ſis & cap. IV. p. 73. cap. VII. pag. 83. ac Interpretes ad *Minucii Felicis* cap. IX. *Idem*.

6 *Valentis &* Phoronidis *filius*] Paullò poſt *ſecundus Æſculapius* dicitur hujuſce *Mercurii frater*; quocirca legendum videtur, *Valentis &* CORONIDIS *filius*: Æſculapium enim matre Coronide natum eſſe nôrunt harum rerum periti. Vide modo *Diodorum Siculum* Bibl. lib. IV. pag. 273. & lib. V. pag. 341. ac *Cyrillum* in Julian. VI. pag. 200. VIII. pag. 288. Perexigua ſane eſt mutatio, cùm *Feronidis* nomen præ ſe ferant MSSti. *Valens* autem vox Latina, quâ Græcam Ἰσχυς reddidit noſter. Adi *Pauſaniam* Corinth. cap. XXVI. pagg. 170, 171. & *Pindarum* Pyth. Od. III. vſ. 44, ſeqq. *Idem*.

7 *Qui ſub terris* habet] Sic habent libri MSSti. HABET, id eſt, habitat. *Lambinus*.

Ibid. *Is, qui ſub terris* habetur, *idem Trophonius*] *Lambinus* ex ſuis MSS. *habet*; nec dubitari poteſt, quin huic verbo detur *habitandi* poteſtas. Exempla ſuppeditabit *Paullus Manucius* ad *Ciceronis* Famil. lib. VII. Ep. 6. Cùm verò *Gruteri*, meique Codices repræſentent, *qui ſub terris* habetur; locum ſic interpungendum putârim: *is, qui ſub terris: habetur idem Trophonius*. *Arnobius* lib. IV. pag. 170. *Sub terra eſt alter*, (Mercurius) *Trophonius qui eſſe jactatur*. Trophonius tamen Apollinis filius dicitur. Vide *Pauſaniam* Bœot. pag. 785. & *Philoſtratum* vit. Apollonii lib. VIII. cap. 19. *Davies*.

8 *Ex quo* & Penelopa *Pana* natum *ferunt*] *Reg.* habet, *ex quo* Penelopen & *Pana* natos *ferunt*; unde conſtat quantum ſibi permiſerint Librarii: ἐκ ταύτης γὰρ (Πηνελόπης) καὶ Ἑρμέω λέγεται γενέσθαι ὑπὸ Ἑλλήνων ὁ Πᾶν, ut ait *Herodotus* lib. II. cap. 145. Id etiam, præter *Hyginum*, *Lucianum*, aliosque multos, tradit *Nonnus* ad *Gregorii Nazianzeni* Stelit. I. Hiſt. 40. *Idem*.

9 *Quem Ægyptii nefas habent nominare*] *Arnobius* IV. pag. 170. ed. Herald. *Quartus* (Mercurius) *ſoboles Nili eſt, cujus nomen Ægyptia gens horret & reveretur expromere.* Par eſt Judæorum circa vocem יהוה ſuperſtitio: nec ſimili caruêre Romani Græcique. *Idem*.

10 *Ægyptum profugiſſe*] Reg. *Ægypto*

gyptiis leges & literas tradidiſſe. [1] Hunc Ægyptii Thoth appellant. [2] Eodem nomine anni primus menſis apud eos vocatur. [3] Aeſculapiorum primus, Apollinis, quem Arcades colunt; qui ſpecillum inveniſſe, primuſque volnus dicitur obligaviſſe: ſecundus, ſecundi Mercurii frater; is fulmine percuſſus, [4] dicitur humatus eſſe Cynoſuris: tertius, [5] Arſippi & Arſinoae; qui primus purgationem alvi, dentiſque evolſionem,

ut

gypto profugiſſe; *Cantab.* & *Pal.* pr. *Ægypto profuiſſe;* at ſec. *Ægyptum profugiſſe.* Recte quidem & vere. De conſtructione videas licet *J. Fr. Gronovium* ad *Taciti* Annal. lib. II. cap. 59. Suſpicor tamen noſtrum ſcripſiſſe, *ob eamque cauſſam* IN *Ægyptum profugiſſe.* Ita certè legit *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. 6. *Apud Ciceronem,* inquit, *C. Cotta Pontifex---quinque fuiſſe Mercurios ait, & enumeratis per ordinem quattuor, quintum fuiſſe eum, a quo occiſus ſit Argus, ob eamque cauſam* in Ægyptum profugiſſe. *Arnobius* lib. IV. pag. 170. *Quintus* (Mercurius) *Argi eſt* interemptor, FUGITIVUS *& exul & proditor apud Ægyptum litterarum.* *Servius* ad *Virgilii* Æn. IV, 577. poſtquam dixerat, *ſecundum Tullium in libro de Deorum natura, tres eſſe Mercurios, ſuperum, terrenum & inferum;* (quod μνημονικὸν eſt ἁμάρτημα) dein pergit: *Nonnulli tamen quattuor Mercurios tradunt, unum Cæli & Diei filium, amatorem Proſerpinæ; alterum Liberi patris & Proſerpinæ filium; tertium Jovis & Maiæ; quartum* Cylleni *filium, cujus mater non proditur, à quo Argus occiſus eſt, qui hoc metu* in Ægyptum profugit. *Lactantius* tamen in *Statii* Thebaid. IV. pag. 188. ed. Cruceanæ. *Corvilius quattuor Mercurios eſſe ſcribit: unum Jovis & Maiæ filium; alterum Cæli & Diei; tertium Libri & Proſerpinæ; quartum* Jovis & Cyllenes, *à quo Argus occiſus eſt: quem ipſum ob hanc cauſſam Græci profugum dicunt, Ægyptiis autem literas demonſtraſſe.* Quattuor etiam Mercurios numerat *Ampelius* cap. IX. cui quartus eſt *Quilleni* filius. Ex *Servio* lege *Cylleni.* Mercurium tamen, *Cyllenium,* à Cyllene Arcadiæ monte, dictum volunt Grammatici. *Davies.*

1 *Hunc Ægyptii* THOYTH] THOTH eſt in veteribus libris, cum quibus conſentit Græci *Ptolemæi* ſcriptura in Codice apud me majoribus litteris exarato. *Urſinus.*

Ibid. Thoth *appellant*] *Bonon.* 1494. *Tentatem appellant: Reg.* autem *Their appellant;* alii vero *Thear, Theni,* vel *Thein;* quæ puræ putæ Librariorum ſunt aberrationes; receptam enim lectionem ſervat *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. 6. eamque veram eſſe, docent veterum teſtimonia. *Philo Byblius* apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. I. cap. IX. pag. 31. Ὃν (Τάαυτον) Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν ΘΩΥΘ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ ΘΩΘ, Ἑρμῆν δὲ Ἕλληνες μετέφρασαν. *Servius* in Æn. IV, 577. Mercurius in Ægypto *inveniſſe primum diſciplinam litterarum & nu-*

ut ferunt, invenit; cujus in Arcadia non longè
à Luſio flumine ſepulchrum & lucus oſtenditur.
[6] Apollinum antiquiſſimus is, quem paullo an- 23
tè e Volcano natum eſſe dixi, [7] cuſtodem A-
thenarum: alter Corybantis filius, natus in Cre-
ta; cujus de illa inſula [8] cum Jove ipſo certa-
men fuiſſe traditur: tertius Jove tertio natus
& Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt
adveniſſe: quartus in Arcadia, [9] quem Arcades
Nomio-

merum dicitur, qui linguâ Ægyptiorum THOTH *appellatur. Platoni* in Philebo pag. 75. & in Phædro pag. 376. ΘΕΥΘ vocatur. Vide & *Clementem Alexandrinum*, Strom. lib. I. pag. 131. De eo diligenter egit nobiliſſimus & eruditiſſimus vir *Joan. Marſhamus* ad Saeculum I. rerum Ægypt. pag. 34. ſeqq. *Davies.*

2 Eodem *nomine*] Vulgò *eodemque*. Sed noſtri libri conjunctionem illam neſciunt. *Idem.*

3 *Æſculapiorum primus*] Tres Æſculapios memorant etiam *Arnobius* lib. IV. pag. 170. & *Ampelius* c. IX. licet hic alios eis parentes adſignet. *Damaſcius* in vita Iſidori apud *Photium* Cod. CCXLII. col. 1073. Ὅτι ὁ ἐν Βηρυτῷ Ἀσκληπιὸς οὐκ ἔστιν Ἕλλην οὐδὲ Αἰγύπτιος, ἀλλά τις ἐπιχώριος Φοῖνιξ. Octavus nempe Saduci, hoc eſt Juſti ſive Jovis, filius. Vide *Euſebium* Præp. Evang. lib. I. cap. X. pagg. 37. D. 39. C. Plura ſuppeditabit *Marſhamus* noſtras ad Saec. I. rerum Ægypt. pag. 39. ſeqq. *Idem.*

4 *Dicitur humatus eſſe Cynoſuris*] *Clemens Alexandrinus* Protr. pag. 8. Οὗτος (Ἀσκληπιὸς) μὲν οὖν κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσουρίδος ὁρίοις. At Recogn. lib. X. cap. 24. & Clementin. Homil. VI. cap. 21. is Epidauri ſepultus ſtatuitur. Sic & *Cyrillus* in Julian. lib. VI. p. 200. & lib. VII. pag. 236. At idem lib. VIII. pag. 288. ait: Κατεπρήσθη γὰρ (Ἀσκληπιὸς) κεραυνῷ καὶ μὴν καὶ εἰς δεῦρο κεῖται νεκρὸς, οὐδὲ ὅποι ποτὲ γῆς ἐστιν εἰδότων τῶν προσκυνούντων αὐτῷ. Idem.

5 *Arſippi & Arſinoa*] *L. Ampelio* cap. IX. dicitur *Ariſteti & Alcippei filius.* At ſanior eſt lectio quam dant Codices *Tulliani*; Æſculapium enim Arſinoæ filium à nonnullis habitum fuiſſe docet *Pauſanias* cùm alibi, tùm Corinth. pag. 171. & Lacon. pag. 277. *Idem.*

6 *Apollinum antiquiſſimus*] Apollines quinque numeravit *Ariſtoteles*; ſex verò *Didymus* Grammaticus, uti tradit *Clemens Alexandrinus* Protrept. pag. 8. Vide & *L. Ampelium* cap. IX. At *quadrigas Apollinarium nominum* cum *Cicerone* memorat *Arnobius* lib. IV. pag. 136. *Idem.*

7 *Cuſtodem Athenarum*] Eum, Ἀπόλλωνα πατρῷον nominabant. Vide *Joan. Meurſium* Athen. Attic. lib. II. cap. 12. *Idem.*

8 *Cum Jove* ipſo] *Gruteriani* quattuor exhibent *cum Jove tertio.* Et ita ſanè legerim, cum tertius Juppiter, Cretenſis fuerit. Vide ſupra cap. XXI. *Idem.*

9 *Quem Arcades* Nomionem *appellant*]

Nomionem appellant, quòd ab eo ſe leges feruntur accepiſſe. Dianae item plures: prima Jovis & Proſerpinae, quae pinnatum Cupidinem genuiſſe dicitur: ſecunda notior, quam Jove tertio & Latonâ natam accepimus: tertiae pater, Upis traditur, Glauce mater: [1] eam Graeci ſaepe

lant] Vir doctiſſimus *P. D. Huetius* Demonſt. Evang. Propoſ. IV. cap. VIII, 3. reponit, *quem Arcades* Νόμιον *appellant*. In illius quidem ſententiam pedibus eo, cùm eam diſertè firmet *Clemens Alexandrinus* Protr. pag. 8. Τέταρτον, inquit, τὸν Ἀρκάδα τὸν Σιληνοῦ. ΝΟΜΙΟΣ οὗτος κέκληται παρ' Ἀρκάσιν. Renititur ſanè *Jac. Gronovius*, quod Νόμιον *vocant non Arcades modo, ſed omnes Græci*. Sed hæc ratio nihili videtur; nam *Tullius* Arcadas vocem à reliquis Græcis diverſam adhibuiſſe non dicit: cauſam tantùm ponit, cur apud eos hoc nomen ſortiretur; aliis enim Νόμιος appellatur, quod Admeti paverit armenta. *Davies*.

1 *Eam Græci ſæpe* Upim] Intelligit *Callimachum*, ſive *Alexandrum Ætolum* Poëtam; cujus verſus eſt ex libro, qui fuit inſcriptus *Muſæ*,

Ὑμνήσει ταχέων Ὦπιν ἐλητείρην οἰστῶν.

(Extat apud *Macrobium* Saturn. V, 22.) *Callimachi* autem carmen in Hymno in Dianam ita legitur,

Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι φαεσφόρε &c. Urſinus.

Ibid. *Eam Græci ſæpe* Upim----*appellant*] *Ampelius* cap. IX. *Tertia, quæ vocatur* Ops de Glauco. Leg. *Upis*, vel *Opis, de Glaucâ* De hoc Dianæ nomine multa collegit *Ez. Spanhemius* ad *Callimachi* Hymn. in Dianam vſ. 204. Quamvis autem *Servium* ad Æn. XI, 532. laudârit vir eruditiſſimus; prætermiſit tamen ea, quæ dixit ille Grammaticus ad ejuſdem libri vſ. 858. *Davies*.

2 *Dionyſos multos habemus*] Tres tantùm Dionyſos memorat *Diodorus Siculus* Bibl. lib. III. pag. 207. Τὸν μὲν πρῶτον ἐξ Ἄμμωνος καὶ Ἀμαλθείας γενόμενον, τὸν δὲ δεύτερον ἐξ Ἴσιος τῆς Ἰνάχου Διῒ γενόμενον· τελευταῖον δὲ, τὸν ἐκ Διὸς καὶ Σεμέλης τεκνωθέντα. Vide tamen *Ampelium* cap. IX. *Idem*.

3 *Primum è Jove & Proſerpina natum*] De hoc Dionyſo benè multa dixit eruditiſſimus vir *Thomas Munckerus* ad *Hygini* Fab. CLV. Nos ea tantum loca proferemus, quorum ille non meminit. Igitur Liberum Jovis & Proſerpinæ filium memorant idem *Hyginus* Fab. CLXVII. & *Commodianus* Inſtruct. XII. *Arrianus* de Exped. Alex. lib. II. cap. 16. Ἀθηναῖοι Διόνυσον τὸν Διὸς καὶ Κόρης σέβουσιν, ἄλλον τοῦτον Διόνυσον· καὶ ὁ Ἴακχος ὁ μυστικὸς τούτῳ τῷ Διονύσῳ, οὐχὶ τῷ Θηβαίῳ, ἐπᾴδεται. Vide *Euſtathium* in *Dionyſii* Perieg. vſ. 1153. *Diodorum* Siculum lib. III. pag. 197. & lib. IV. pag. 212. *Nonnus* ad *Gregorii* Naz. Stelit. II. pag. 170. Περσεφόνη γεννᾷ τὸν ΖΑΓΡΑΙΟΝ Διόνυσον ἐκ τοῦ Διὸς συλλαβοῦσα αὐτόν. Aut ſcripſit aut ſcribere debuit Ζαγρέα Διόνυσον. Etymologicon M. in Ζαγρεύς. Ζαγρεὺς, ὁ Διόνυσος. παρὰ τοῖς ποιηταῖς δοκεῖ γὰρ ὁ Ζεὺς μιγῆναι τῇ Περσεφόνῃ, ἐξ ἧς χθόνιος ὁ Διόνυσος. Sic & *Suidas*: ac ex illis ſupplendus eſt *Heſychius*

ſaepe Upim paterno nomine appellant. [2] Dionyſos multos habemus: [3] primum è Jove & Proſerpina natum: ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe: [4] tertium, Caprio patre, eumque regem Aſiae praefuiſſe dicunt; [5] cui Sabazia ſunt inſtituta: quartum Jove & Luna, cui ſacra Orphica putantur confici: quintum [6] Niſo natum

Heſychius in Ζαγρεύς. Ita perſæpe *Nonnus* in Dionyſiacis. Sic lib. V. pag. 174.

Αἰνομόρῳ ΖΑΓΡΗΟΣ ἔχων πόθον ὑψιμέδων Ζεύς,
Ὃν τέκε Περσεφόνεια δρακοντείῃ Διὸς εὐνῇ.

Vide & lib. VI. pag. 186. Huc etiam pertinent ea quæ referunt *Clemens* in Protr. pag. 5. & *Arnobius* lib. V. pag. 214, 215. Sed manum de tabulâ. *Idem.*

4 *Tertium* Caprio *patre -- cui Sabazia ſunt inſtituta*] *Med.* noſter *Capro.* Hujus verò pater *Ampelio* cap. IX. *Cabitus* nominatur. Non autem dubitat *Jac. Gronovius*, quin *Tullius* & *Ampelius* CABIRUM Bacchi tertii parentem fuiſſe voluerint. Sed hæc pura puta eſt ſuſpicio nullis rationibus, nullis teſtimoniis ſuffulta. Ait verò *Diodorus Siculus* Bibl. lib. IV. pag. 212. Φασὶ γὰρ (οἱ Ἕλληνες) ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης Διόνυσον γενέσθαι τὸν ὑπό τινων ΣΑΒΑΖΙΟΝ ὀνομαζόμενον. Ut mirer virum doctum *L. A. Muratorium* neſciviſſe, *qua auctoritate Bacchum etiam* Sabazium *dixerit* Heinſius *in Ariſtarcho Sacro.* Hæc ſunt ejus verba ad *Paullini* Poëm. Ultim. Anecd. Tom. I. pag. 129. Quamvis enim *Clemens* & alii nonnulli *Sabazium Jovem* memorent: Ariſtarchi ſacri ſcriptor optimis & firmiſſimis nititur teſtimoniis; ut abundè patet ex iis quæ notavit *Ph. Mauſſacus* ad *Harpocrationem* voce Σαβοῖ. Etymologicon M. Σαβάζιος ὁ Διόνυσος· διὰ τὸν γιγνόμενον περὶ αὐτὸν θίασον· τὸ γὰρ εὖ βαδίζειν οἱ βάρβαροι σεβάζειν λέγουσιν. Lege τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ βάρβαροι σαβάζειν λέγουσιν. *Heſychius:* Σαβάζειν, εὐάζειν, βακχεύειν. Idem. Σαβάζιος, ἐπώνυμον Διονύσου. Vide & *Suidam* in Σαβάζιος, ac Scholiaſten *Ariſtophanis* in Veſpas vſ. 9. in Aves vſ. 874. in Lyſiſtratam denique vſ. 389. *Idem.*

5 *Cui Sabazia ſunt inſtituta*] Ex perantiquo *Sigonij* libro, meliore, ut opinor, ſententia, *cui Sabazia* repoſui, pro *in honorem cujus*; cùm antea *cujus Abazea* legeretur. Sabazius autem Dionyſi cognomen fuit, unde Sabazia ſacra. Cujus nominis Etymologiam *Suidas* explanat in verbo Σαβάζιος, & *Ariſtophanis* interpres in Avibus & Veſpis. Ut fortaſſe apud *Macrobium* lib. I. Saturn. cap. XVIII. legendum ſit *Sabazium*, non *Sebadium.* P. Manucius.

Ibid. *Cui Sabazia ſunt inſtituta*] Sic legendum eſt, ut rectè à *Paullo Manutio* emendatum eſt; cum vulgò legatur, *cujus Abazea ſunt inſtituta* &c. *Lambinus.*

6 *Niſo natum & Thyone*] Quintus Dionyſus *Ampelio* dicitur *Niſi & Heſionæ filius.* Leg. *Thyona filius*; quod obſervavit etiam *Munckerus* ad *Hygini* Fab. 155. Niſum tamen Bacchi nutricium faciunt alii. Vide

natum & Thyone, à quo [1] Trieterides conſtitutae putantur. Venus prima [2] Caelo & Die nata; cujus Elide delubrum videmus: altera, ſpuma procreata; ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus: tertia, Jove nata & Diona; quae nupſit Volcano; ſed [3] ex ea & Marte natus Anteros dicitur: quarta, Syria Tyroque concepta, quae Aſtarte vocatur; quam [4] Adonidi nupſiſſe proditum eſt. Minerva

Commodianum Inſt. XII. & *Hyginum* Fabb. 131, 167, 197. *Thyone* verò ſtatuitur eadem ac Semele. *Heſychius*. Θυώνη ἡ Σεμέλη. Parique modo *Suidas*. Adi ſis etiam *Diodorum* Siculum Bibl. lib. III. pag. 196. *Apollodorum* lib. III. cap. V, 3. & Scholiaſten ad *Apollonii* Rhodii I, 636. Idem tamen omnes non ſentiebant, ut patet ex Criticis ad *Pindari* Pyth. III, 177. *Davies*.

1 *Trieterides*] Sic dicta ſunt Bacchi ſacra, quòd tertio quoque anno fuerint redintegrata. Vide modo *Servium* ad Æn. IV, 302. *Hyginum* Fab. 131. & *Julium Firmicum* de Err. Prof. Rel. p. 14. *Idem*.

2 *Calo & Die nata*] Obiter emendandus eſt *Ampelius* cap. 9. ubi prima Venus HACDELI *& Diei filia* nominatur. Leg. *Caeli & Diei filia*. Idem.

3 *Ex ea &* Marte *natus Anteros dicitur*] Etymologicon M. Ἔρως Ἄρεως μυθολογεῖται υἱός. Sic & *Ampelius* cap. IX. aliique. De Anterote videas *Themiſtium* Orat. XXIV. pag. 304, 305. *Idem*.

4 *Adonidi nupſiſſe* traditum *eſt*] Cum in MSto ſit *praedictum*, opinor *proditum* legi debere, eamque veram eſſe hujus loci lectiónem. *Urſinus*.

Ibid. Rectè quidem vir ille doctus: cave tamen ejus adſcribas ingenio: nam *proditum* repræſentarant *Aſcenſius* & *Victorius*; nec diſcrepant noſtri Codices. *Davies*.

5 *Secunda orta Nilo, quam Ægyptii Saita colunt*] *Arnobius* lib. IV. pag. 170. ed. Herald. *Nili altera proles qua perhibetur* Ægyptia SAIS. Sic enim leg. cum MS. habeat *Ægyptia Sais:* huncque locum temere corrupit *Salmaſius*. *Pauſanias* lib. IX. cap. XII. pag. 734. Τοῖς ἐν νομίζουσιν εἰς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαΐδα, Αἰγύπτιον, καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα, ἔστιν ἐναντίον τῷ λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Σίγα (Lege cum viris doctis Ὄγκα) κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται καὶ οὐ ΣΑΙΣ κατὰ τὴν Αἰγυπτίαν φωνήν. Νηΐθ tamen Minervæ nomen fuiſſe Ægyptium tradit Plato in Tim. pag. 524. A. *Idem*.

6 *Quam Jove generatam ſupra diximus*] Supra cap. XXI. Jupiter *genuiſſe Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt*. *Ampelius* cap. IX. *Tertia Jovis filia, qua in* FECILLIS *rebus* (lege BELLICIS *rebus*) *ſe exercuit*. Hanc verò πολέμου εὑρέτιν Saturni filiam vocant *Clemens Alexandrinus* Protrept. pag. 8. *Arnobius* lib. IV. pag. 170. & *Jul. Firmicus* de Error. Profan. Relig.

va prima, quam Apollinis matrem ſuprà diximus: [5] ſecunda orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt: tertia illa, [6] quam Jove generatam ſuprà diximus: [7] quarta Jove nata & Coryphe, Oceani filia; [8] quam Arcades Corian nominant, & quadrigarum inventricem ferunt: quinta Pallantis, quae patrem dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem; [9] cui pinnarum talaria adfigunt. Cupido primus, Mercurio & Diana

Relig. pag. 33. *Idem.*

7 *Quarta* JOVE *nata & Coryphe ---quam --- quadrigarum inventricem ferunt*] Alii patrem Neptunum dicunt, ſed ἁρματηλασίαν huic Minervæ non denegant. *Harpocration.* Ἱππία Ἀθηνᾶ---- Μνασέας ἐν πρώτῃ Εὐρώπης τὴν Ἱππίαν Ἀθηνᾶν ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ εἶναί φησι θυγατέρα καὶ Κορύφης τῆς Ὠκεανοῦ· Ἅρμα δὲ πρώτην κατασκευάσασαν διὰ τοῦτο Ἱππίαν κεκλῆσθαι. Sic & plures. Vide *Joan. Meurſium* Lect. Attic. lib. V. cap. 20. *Heſychium* in Βαρκαίοις ὅροις & *Stephanum* in Βάρκη. *Ampelius* cap. IX. *Quarta,* Solis (Lege *Jovis*) *filia quadrigas junxit.* Hoc tamen nonnulli tribuunt Erichthonio. *Germanicus* in Arateis vſ. 156.

--- Atthide terra
Natus Erichthonius, qui primus ad juga duxit
Quadrupedes.

Sic & *Avienus*, *Plinius* VII, 56. *Virgilius*, alii. Vide *Servium* ad Georg. III, 113. *Idem.*

8 *Quam Arcades* Coryphaſiam *nominant*] Sic reſtituit hunc locum *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XI. cap. 15. ex *Clementis* Protreptico. *Lamb.*

Ibid. *Arcades* Corian *nominant*] Cave cum *Victorio* & *Lambino* quicquam mutes; licet enim Minervam *Meſſenii* Coryphaſiam *nuncupant*, uti teſtantur *Clemens* Protrep. pag. 8. *Arnobius* lib. IV. pag. 136, 137. & *Pauſanias* lib. IV. cap. 36. attamen, quod, referente *Grutero*, monuit *Claudius Puteanus*, apud Arcades fuiſſe ναὸν καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς ΚΟΡΙΑΣ docet idem *Pauſanias* lib. VIII. cap. 21. Id nomen videtur ſortita,

Ὡς δὴ ΚΟΡΕΙΑΝ ἄφθιτον πεπαμένη,

ut verbis utar *Lycophronis* vſ. 354. *Davies.*

9 *Cui pinnarum talaria* affigunt] Vel *affingunt*, ut edidêre *Pet. Victorius* & *Aldus Manucius.* Huic autem loco non exiguam lucem fœnerat *Tzetzes* ad *Lycophronis* vſ. 355. ubi ſic loquitur: Ἀθηνᾶ Πάλλαντα τὸν ἴδιον πατέρα, ΠΤΕΡΩΤΟΝ ὑπάρχοντα καὶ βιάζοντα ταύτην, ὡς θέλοντα συγγενέσθαι, ἡ τὴν παρθενίαν τιμῶσα τοῦτον ἀνεῖλε, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ ὡς αἰγίδα περιεβάλλετο ΚΑΙ ΤΑ ΠΤΕΡΑ ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΙΣ ΠΟΣΙ ΤΑΥΤΗΣ (Leg. ποσὶν αὐτῆς) ΠΡΟΣΗΡΜΟΣΕΝ. Eodem reſpexit *Jul. Firmicus* de Err. Prof. Relig. pag. 33. Apud eum, ex *Joannis Wowerii* conjecturâ, perperam repræſentatur; *Quinta* (Minerva) *Pallante patre &* TRITONIDE *matre orta eſt.* MS. habuit *Titanide,* nec aliter reponendum; ſic enim hujuſce matrem vocant *Clemens* Protr. pag. 8. & *Ampelius* cap. IX. *Idem.*

Diana prima natus dicitur: ſecundus, Mercurio & Venere ſecunda: [1] tertius quidem eſt Anteros, Marte & Venere tertia. [2] Atque haec quidem ejuſmodi, ex vetere Graeciae fama collecta ſunt: quibus intelligis reſiſtendum eſſe, ne perturbentur religiones. Veſtri autem non modò haec non refellunt, verùm etiam confirmant, interpretando quorſum quidque pertineat. Sed eò jam, unde huc digreſſi ſumus, revertamur.
24 Num cenſes igitur ſubtiliore ratione opus eſſe ad haec refellenda? nam mentem, fidem, ſpem, virtutem, honorem, victoriam, ſalutem, concordiam, ceteraque ejuſmodi, rerum vim habere videmus, non Deorum. Aut enim in nobiſmet inſunt ipſis, ut mens, ut fides, [[3] ut ſpes,] ut virtus, ut concordia: aut optandae nobis ſunt, ut honos, ut ſalus, ut victoria: [4] quarum rerum utilitatem video; video etiam conſecrata ſimulacra.

1 *Tertius quidem* &c.] Deleo vocem *quidem*, quod inanis & ſupervacanea eſt. *Lambinus.*

Ibid. *Tertius quidem eſt Anteros*] *Gruterus* emendavit, *tertiuſque idem eſt Anteros*; quod prorſus abſurdum. MSSti *Gulielm.* & *Pal.* Quint. reliquis omiſſis dant *tertius Anteros.* Noſtri ſanè receptam lectionem ſervant: & meritò quidem; ſi facili emendatione reponas, *tertius*, qui idem *eſt Anteros*, &c. Pinnatorum verò Cupidinum trigam agnoſcit etiam *Arnobius* lib. IV. pag. 170. De iis autem memoratu digna ſunt *Antagora* verba, licet à *Tullio* diverſus abeat. Sic ſe habent apud *Laertium* IV, 26.

Ἐν δοιῇ μοι θυμὸς ----
Ἤ σε θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων, ἔρος, εἴπω
Τῶν ὅσσους ἔρεβός τε πάλαι βασίλειά τε παῖδας
Γείνατο νὺξ πελάγεσσιν ὑπ' εὐρέος Ὠκεανοῖο·
Ἤ σέ γε Κύπριδος υἷα περίφρονος, ἠέ σε γαίης
Ἢ ἀνέμων.

Plura vide apud *Lil. Gyraldum* Hiſt. Deor. Synt. XIII. *Davies.*

2 *Atque hac quidem ejuſmodi*] *Reg. Med. Bonon.* aliique veteres editi dant, *atque hac quidem* atque *ejuſmodi*; ſed vocem penultimam, ut minùs eleganter repetitam, *Pall.* nonnullorum

ſacra. Quare autem in his vis Deorum inſit; tum intelligam, cùm cognovero. Quo in genere vel maxumè eſt Fortuna numeranda, quam nemo ab inconſtantia & temeritate ſejunget: quae digna certè non ſunt Deo. Jam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum? exſectum à filio Caelum, vinctum itidem à filio Saturnum. Haec & alia generis ejuſdem ita defenditis, ut hi, qui iſta finxerunt, non modò non inſani, ſed etiam fuiſſe ſapientes videantur. In enodandis autem nominibus, [5] quod miſerandum ſit, laboratis. Saturnus, quia ſe ſaturat annis: Mavors, quia magna vortit: Minerva, quia minuit, aut quia minatur: Venus, quia venit ad omnia: Ceres, à gerendo. Quam periculoſa conſuetudo! in multis enim nominibus haerebitis. Quid Vejovi facies? quid Volcano? quamquam, quoniam Neptunum à nando

nullorum fide, delevit *Gruterus*. Mihi verò placet, *atque hac quidem*, & quæ *ejuſmodi*; ut innuat *Tullius*, ſe non omnia retuliſſe, ſed quædam reliquiſſe prorſus intacta: nam neſcio quid hiulci præ ſe fert vulgata lectio. *Victorius* autem edidit, *atque hac quidem* & *ejuſmodi:* nec diſplicet ea ratio. *Idem.*

3 *Ut ſpes*] Has voces delendas eſſe ſatis conſtat ex hujuſce libri cap. 36. quod Cl. *Walkerus* ſolito ſuo acumine primus animadvertit. Quin & eas non agnoſcunt *Med.* & *Lincoln.* quapropter uncinis cinctæ prodeunt, ut eorum νοθεία indicetur. *Idem.*

4 *Quarum rerum* utilitatem video; *video etiam conſecrata ſimulacra*] Vulgg. *quarum rerum* utilitate *video etiam conſecrata ſimulacra:* ſed nos eam recepimus lectionem, quam præſtant *Victor. Pall.* tres, *Buſlid. Voſſian.* illaque ſuam præſtantiam ſatis prodit. Scriptura certè, quam repræſentavit *Gruterus*, ex ſolenni Librariorum negligentiâ nata fuit, qui vocum repetitarum unam ſolent prætermittere. *Idem.*

5 Quod *miſerandum* ſit, *laboratis*] Ablegatis binis voculis, *Gruterus* mavult, *miſerandum laboratis.* At renituntur omnes MSSti, nec res ipſa poſtulat, ut deleantur. Etymologias verò, quas hic recenſet Cotta, protulerat Lucilius ſupra lib. II. cap. 26. *Idem.*

1 *In*

nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non poſſis una litera explicare, unde ductum ſit. In quo quidem magis tu mihi natare viſus es, quàm ipſe Neptunus. Magnam moleſtiam ſuſcepit & minimè neceſſariam primus Zeno, poſt Cleanthes, deinde Chryſippus, commenticiarum fabularum reddere rationem: vocabulorum, cur quique ita appellati ſint, cauſſas explicare. Quod cùm facitis, illud profectò confitemini, longè aliter ſe rem habere, atque hominum opinio ſit: eos enim, qui Dî appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras Deorum.
25 Qui tantus error fuit, ut pernicioſis etiam rebus non modò nomen Deorum tribueretur, ſed etiam ſacra conſtituerentur. [1] Febris enim fanum in Palatio, & Orbonae ad aedem Larum, & aram malae Fortunae Exquiliis conſecratam videmus. Omnis igitur talis à philoſophia pellatur error, ut, cùm de Dîs inmortalibus diſputemus, [2] dicamus digna Dîs inmortalibus: de quibus habeo

1 *In Palatio, & Orbonæ ad Ædem Larum*] Ex pervetuſtis *Maffai & Sigonii* libris hunc locum ex deprávata ad veram lectionem reſtitui; cùm hæc duo verba, *Orbonæ ad*, in impreſſis libris non eſſent. De Orbonâ quidem meminit *Plinius* lib. II. cap. 7. *P. Mannucius.*

Ibid. *Et* Orbonæ ad *adem Larum*] Sic edendum curavi Codices MSStos ſecutus; quomodo jam ante à *Manucio* fuerat hic locus reſtitutus. Mendosè autem hic operæ omiſerant olim præpoſitionem *ad*. Lambinus.

Ib. *Febris enim fanum in Palatio, &* Orbonæ ad *adem Larum, & aram malæ fortunæ Eſquiliis conſecratam videmus*] Omnes *Pall. Med. Lincoln. Reg.* & *Cantab.* dant, *Febris enim fanum in Palatio, & ædem Larum*, omiſſis duabus voculis; at *Bonon.* 1494. *Febris enim fanum in Palatio &* ORBONÆ AD *adem Larum*; adeò ut hæc lectio prius in impreſſis compareret, quàm *Maffai Sigoniique* Codices MSStos excuteret *Paullus Manucius*. *Plinius* H. N. lib. II. cap. 7. *Publicè Febri fanum in Palatio dicatum eſt*, Orbonæ ad *adem Larium: & ara mala Fortuna Exquiliis.* *Arnobius* lib. IV. pag. 131. *In tutela ſunt* Orbonæ *orbati liberis parentes.* Vide ſis *Hadr. Junium* Anim.

habeo ipſe, quid ſentiam; non habeo autem, quid tibi adſentiar. Neptunum eſſe dicis, animum cum intelligentia per mare pertinentem: idem de Cerere. Iſtam autem intelligentiam aut maris aut terrae non modò comprendere animo, ſed ne ſuſpicione quidem poſſum adtingere. Itaque aliunde mihi quaerendum eſt, ut & eſſe Deos, & quales ſint Dî, diſcere poſſim; [3] quàm qualis tu eos eſſe vis. Videamus ea, quae ſequuntur: primùm Deorumne providentia mundus regatur: deinde conſulantne rebus humanis: haec enim mihi ex tua partitione reſtant duo; de quibus, ſi vobis videtur, accuratiùs diſſerendum puto. Mihi verò, inquit Vellejus, valde videtur: nam & majora expecto; & his, quae dicta ſunt, vehementer adſentior. Tum Balbus, Interpellare te, inquit, Cotta, nolò: ſed ſumemus tempus aliud: efficiam profectò, ut fateare. Sed****

MULTA DESUNT.

Ne-

Anim. lib. III. cap. I. Noſter de Legg. lib. II. cap. XI. *Araque vetus ſtat in Palatio, Febris; & altera Esquiliis, Mala Fortuna detestataque.* Infinitus eſſem, ſi de Febre apud Romanos cultâ veterum loca proferrem. Adeantur præter alios multos *Ælianus* V. H. lib. XII. cap. XI. *Arrianus* Epictet. lib. I. capp. 19, 22. *Clemens* Protrep. pag. XI. *Valerius Maximus* lib. II. cap. V, 6. *Lactantius* lib. I. cap. 20. & *Auguſtinus* de Conſ. Evang. lib. I. cap. 18. *Davies.*

2 *Dicamus digna Diis immortalibus*] Corruptè in MSto eſt *dicali uſu loquamur*, pro *digna iis loquamur*, ut ego conjicio. *Urſinus.*

Ibid. Etiam *Reg. Med. Lincoln.* & *Bonon.* 1494. exhibent, *dicali uſu loquamur*; nec *Urſinianâ* conjecturâ quicquam melius occurrit, niſi paulò propius ad literarum ductum reponas *digna illis eloquamur.* Davies.

3 Quàm *quales tu eos eſſe vis*] Hoc cum ſuperioribus haud cohæret: quare vel prior ſententiæ pars excidit; vel hæc verba ſupervacanea, aut ſaltem corrupta, ſunt cenſenda. Vulgatam tamen lectionem repræſentant omnes Codices, præterquam quod *Pal.* quartus omittat *quam.* Idem.

1 *Qui*

26 *Nequaquam iſtuc iſtac ibit: magna ineſt certatio;*
Nam ut ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia?

Niobe parumne ratiocinari videtur, & ſibi ipſa nefariam peſtem machinari? Illud verò quàm callida ratione?

[1] *Qui volt eſſe, quod volt; ita dat ſe res, ut operam dabit;*

qui eſt verſus omnium ſeminator malorum.

[2] *Ille tranſverſa mente mihi hodie tradidit repagula:*
Quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo:
Mihi maerores, illi luctum: exitium illi, exſilium mihi.

Hanc videlicet rationem, quam vos divino beneficio homini ſolùm tributam dicitis, beſtiae non habent. Videſne igitur, quanto munere Deorum ſimus adfecti? Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens,

poſt-

1 *Qui volt* eſſe, *quod volt*] Vulgò *qui volt, quod volt*; ſed verbum medium nos ex MStis *Reg.* & *Lincoln.* addidimus; eoque modo integer fit Trochaïcus; ſin minus, pede deſtitutus eſt. *Davies.*

2 *Ille tranſverſa mente* mihi *hodie*] Tragici veteres eadem licentiâ ſunt uſi, ac Comici Poëtæ, apud quos ILLE nonnunquam pro duabus brevibus habetur ſyllabis. Hoc adnotato, de juſtâ hujuſce Trochaïci menſurâ nullus erit dubitandi locus. *Idem.*

3 *Poſtquam pater* &c.] Septenarium hunc verſum oportet eſſe, quemadmodum & inſequentes reliqui ſunt. Ut autem legitur, pedibus rectè diſtingui non poteſt; neque ſecus habent antiqui libri. Sed animadverti, verſum, nullâ mutatione, reſtitui poſſe, ſi ita ſcribatur, ut incipiat à verbo *appropinquat*; & duæ præcedentes dictiones, tanquam ſuperioris verſus extremæ, ſejungantur. *P. Manucius.*

Ib. *Poſtquam pater* &c.] *Cicero* pro Lege Manilia cap. IX. Medeam *prædicant in fugâ fratris ſui membra in iis locis, ubi ſe parens proſequeretur,*

diſſi-

——[3] *poſtquam pater*
Adpropinquat, jamque, paenè ut comprehendatur, parat,
Puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit,
Perque agros paſſim diſpergit corpus: id eâ gratia,
Ut, dum nati diſſupatos artus captaret parens,
Ipſa interea effugeret: illum ut mæror tardaret ſequi;
Sibi ſalutem ut familiari pareret parricidio.

Huic ut ſcelus, ſic nec ratio quidem defuit: Quid? Ille funeſtas epulas fratri comparans, nonne verſat huc & illuc cogitatione rationem?

[4] *Major mihi moles, majus miſcendum eſt malum,*
Quî illius acerbum cor contundam & comprimam.

Nec tamen ille ipſe eſt prætereundus, qui non 27
ſat habuit [5] conjugem inlexe in ſtuprum: de quo
rectè & veriſſime loquitur Atreus;

[6] *Quod re in ſumma ſummum eſſe arbitror*
Periclum

diſſipaviſſe, ut eorum collectio diſperſâ mærorque patrius celeritatem perſequendi retardaret. Sic &, inter alios, *Apollodorus* Bibl. lib. 1. cap. IX. §. 25. Sed alio prorſùs modo rem narrant *Apollonius Rhodius* Argon. lib. IV, 455, ſeqq. & *Hyginus* Fab. XXIII. *Davies.*

4 *Major mihi moles* &c.] Duos hoſce verſus Iambicos exhibet etiam noſter lib. III. de Orat. cap. 58. & Tuſc. IV, 36. Ex *Accii* ſunt Atreo depromti, ſimul ac ii qui ſequuntur, ut eruditis placet. *Idem.*

5 *Conjugem illexe*] Sic è ſuis Codicibus edidit *Victorius*; ſic etiam repræſentat *Med.* noſter. *Plautus* Mercat. Act. I. Sc. I, 53. *Amorem multos illexe in diſpendium.* Hujuſmodi ſunt plura non modo apud illum, ſed & apud *Varronem* & *Horatium*: ut vix dubium videatur, quin *illexe* ſcripſerit *Cicero.* Alii dant *illexiſſe.* Idem.

6 *Quod re in ſummâ ſummum eſſe arbitror Periclum, matres coinquinari regias*] Reg. noſter, *quod re in ſummâ ſummum eſſe periclum arbitror, matres coinquinari regiam.* Eundem verbo-

Periclum, matres coinquinari regias;
Contaminari ſtirpem; admiſceri genus.

At id ipſum quàm callidè, qui regnum adulterio quaereret?

Addo (inquit) *huc, quòd mihi portento caeleſtûm pater*
Prodigium miſit regni ſtabilimen mei,
Agnum inter pecudes aurea clarum coma
[1] *Quondam Thyeſtem clepere auſum eſſe è regia:*
Qua in re adjutricem conjugem cepit ſibi.

Videturne ſumma inprobitate uſus non ſine ſumma eſſe ratione? Nec verò ſcena ſolùm referta eſt his ſceleribus, ſed multo vita communis paenè majoribus. Sentit domus uniuſcujuſque, ſentit forum, ſentit curia, campus, ſocii, provinciae, ut, quemadmodum ratione rectè fiat, ſic ratione peccetur: alterumque & à paucis, & rarò; [2] alterum & ſaepe, & à plurimis: ut ſatiùs fuerit

verborum ordinem ſervat etiam *Lincoln.* & *regiam* pariter exhibet *Med. Elienſ.* verò, *matres coinquinari regiam regias.* Iambicorum verſuum ratio conſtabit, ſi modò legatur,

Quod in re ſumma ſummum eſſe periclum *arbitror;*
Matres coinquinari REGUM; *regiam*
Contaminari ſtirpem, admiſceri genus.

Ac ita videtur reponendum. *Davies.*

1 *Quondam Thyeſtem clepere auſum eſſe à regia*] Aliter hic verſus reperitur ſcriptus in vetuſtiſſimo Codice, *Quem de ara Thyeſtem* &c. *Urſinus.*

Ibid. *Agnum inter pecudes aurea clarum coma* QUONDAM *Thyeſtem* &c.] *Urſini* liber *quem de ara Thyeſtem; Reg.* & *Cantab.* habent *quem dicunt Thyeſtem.* Utraque quidem lectio metrum vitiat. Vulgatam ſervat *Nonius* in *clepere*: (licet is locus videri poſſit additicius, cùm in MS. *Marcelli* C. C. C. C. non compareat) niſi quod & ille *quendam Thyeſtem*, prout etiam dant *Med. Lincoln.* & *Victor.* Ad veram lectionem quaſi manu ducit *Aſcenſianus* Codex, in quo legitur *quem* clam *Thyeſtem clepere auſum eſſe è regia.* Omninò lege *Quem clam* Thyeſtes *clepere* auſu'ſt *è regia.* Fabulam & ejus originem ſic refert *Varro* R. R. lib. II. cap. 1. *De antiquis illuſtriſſimus quiſque paſtor erat, ut oſtendit Graeca & Latina lingua, & veteres Poëtae, qui alios vocant πολύαρνας, alios, πολυμήλους, alios πολυβούτας, qui ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradidêrunt;*

ut

erit nullam omnino nobis à Dîs inmortalibus datam eſſe rationem, quàm tanta cum pernicie datam. Ut vinum aegrotis, quia prodeſt raro, nocet ſaepiſſimè, melius eſt non adhibere omnino, quàm [3] ſpe dubiae ſalutis in apertam perniciem incurrere: ſic haud ſcio, an melius fuerit humano generi motum iſtum celerem cogitationis, acumen, ſollertiam, quam rationem vocamus, [4] quoniam peſtifera ſit multis, admodum paucis ſalutaris, non dari omnino, quàm tam municè & tam largè dari. Quamobrem ſi mens voluntaſque divina idcirco conſuluit hominibus, quòd iis eſt largita rationem; iis ſolis conſuluit, quos bona ratione donavit: quos videmus, ſi modò ulli ſint, eſſe perpaucos. Non placet autem paucis à Dîs inmortalibus eſſe conſultum. [5] Sequitur ergo, ut nemini conſultum ſit. Huic loco ſic ſoletis occurrere: non idcir- 28

co

ut Argis Atreus, quam ſibi Thyeſtem ſubduxe queritur. Vide *Senecam* Thyeſte vſ. 225. & Scholiaſten ad *Homeri* Iliad. B, 106. *Athenæus* tamen lib. VI. pag. 231. Τὴν Ἀτρέως χρυσῆν ἄρνα -- φιάλην ἀργυρᾶν φησὶ γεγονέναι Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης, ἔχουσαν ἐν μέσῳ ἄρνα χρυσῆν. *Anaxandrides* verò apud eundem pag. 242. Ἄν τις, inquit, Ὑφείλῃ' ἄρνα ποιμένος παίζων, Ἀτρεύς. Quaſi Atreus Thyeſtis agnum clepſiſſet. *Davies.*

2 *Alterum & ſæpe & a plurimis*] *Gruterus* ex *Pall.* ſuis edidit, *alterum & ſemper & a plurimis.* Et ita dat etiam *Med.* noſter. At ſi ratio ſemper nocet, ejus ope non *à paucis & raro*, ſed *à nullis & nunquam* res rectè gererentur. Nos igitur, ἀντιθέσεως cauſa, *Reg.* & anteriores editos ſequimur. Hæ certè voces plus uno loco ſunt confuſæ. *Plinius* H. N. VII, 47. *Euthymus pycta* SEMPER *Olympiæ victor, & ſemel victus.* Quæ quidem ſibi vehementer repugnant. Ideò *Meurſius* repoſuit, *ſed ter Olympiæ victor.* At reſcribendum, SÆPE *Olympiæ victor*; ut equidem puto. *Idem.*

3 *Spe* dubiæ *ſalutis*] Legi poſſit *ſpe* dubia *ſalutis*, prout ampliſſimus *Boherius* emendavit. Noſtri tamen Codices receptæ ſcripturæ pertinaciter adhærent, nec eam moveo. *Idem.*

4 *Quoniam peſtifera* ſit *multis, admodum paucis* ſalutaris] *Victorius* edidit, *quoniam peſtifera* ſint *multis, admodum paucis* ſalutaria. Sed nec ratio nec Codices addicunt. *Idem.*

5 *Sequitur ergo*] Vulgg. *& ſequitur ergo*; verùm nos auctoritate *Reg. Med.*

co non optumè nobis à Dîs eſſe proviſum, quòd multi eorum beneficio perversè uterentur: etiam patrimoniis multos malè uti; nec ob eam cauſſam eos beneficium à patribus nullum habere. [1] Quiſquamne iſtuc negat? [2] aut quae eſt [in collatione] iſta ſimilitudo? nec enim Herculi nocere Deianira voluit, cùm ei tunicam, ſanguine Centauri tinctam, dedit: nec prodeſſe [3] Pheraeo Jaſoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam ſanare medici non potuerant. Multi enim, [4] & cùm obeſſe vellent, profuerunt, & cùm prodeſſe, obfuerunt. Ita non fit ex eo quod datur, ut voluntas ejus, qui dederit, appareat: nec, ſi is, qui accepit, bene utitur, idcirco is, qui dedit, amicè dedit. Quae enim libido, quae avaritia, quod facinus aut ſuſcipitur, niſi conſilio capto; aut ſine animi motu & cogitatione, id eſt, ratione, perficitur? nam omnis opinio, ratio eſt, & quidem bona ratio, ſi vera; mala autem, ſi falſa eſt opinio. Sed à Deo tantùm rationem habemus, ſi modò habemus: bo-

nam

Med. Linceln. Aſcenſ. Victor. & *Bonon.* 1494. *conjunctionem copulativam* delevimus. *Davies.*

1 *Quiſquamne iſtuc negat?*] Vulgg. *quiſquam iſtuc negat?* Nos verò particulam ἐρωτηματικὴν ex MSStis duobus *Pall. Med. Linceln. Aſcenſ.* & *Reg.* adjecimus. *Idem.*

2 *Aut qua eſt iſta ſimilitudo*] Duas voces, *in collatione*, delevi, ut ſupervacaneas, & aliunde invectas. *Lamb.*

Ibid. *Qua eſt* in collatione *iſta ſimilitudo*] Non dubito, quin voces, *in collatione*, ſint explicatio Librarii, primitus ad marginem ſcripta, ſed quæ poſtea textum ipſum invaſit. Voluit enim Fraterculus iſte, *Tullii* mentem plenius declarare, quocirca *collationem* ſeu comparationem, quæ præceſſit, nihil ad rem facere verbis diſertis monuit. Nos id additamentum uncinis cingendum curavimus. *Davies.*

3 *Pheraeo Jaſoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit*] En peritiæ Monachalis inſigne ſpecimen! *Reg.* habet, *Pheraeo Jaſon, qui gladio* &c. quaſi Jaſon Pheræi vomicam aperuerat;

nam autem rationem, aut non bonam, à nobis: non enim, ut patrimonium relinquitur, ſic ratio homini eſt beneficio Deorum data. [5] Quid enim potiùs hominibus dediſſent, ſi iis nocere voluiſſent? Injuſtitiae autem, intemperantiae, timiditatis quae ſemina eſſent, ſi his vitiis ratio non
ſubeſſet? Medea modò & Atreus commemo- 29
rabantur à nobis, heroicae perſonae, inita ſubductaque ratione, nefaria ſcelera meditantes. Quid? levitates comicae, parumne ſemper in ratione verſantur? parumne ſubtiliter diſputat illé [6] in Eunucho?

Quid igitur faciam? ——

Excluſit, revocat: redeam? non, ſi me obſecret.

Illè verò in Synephebis, Academicorum more, contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione; qui *in amore ſummo ſummaque inopia ſuave eſſe* dicit,

Parentem habere avarum, inlepidum, in liberos
Difficilem, qui te nec amet, nec [7] ſtudeat tui.

Atque huic incredibili ſententiae ratiunculas ſuggerit:

Aut

rat; cum ipſe *Jaſon*, ab urbe patriâ *Pheris*, dicatur *Pheræus*. Hiſtoriam referunt *Valerius Maximus* lib. I. cap. VII, 6. extern. *Seneca* de Benef. lib. II. cap. 19. aliique. *Idem.*

4 Et *cum obeſſe*] Sic *Med. Aſcenſ.* & *Victor.* Vulgò *etiam*, quod Cl. *Walkerus* rectè mutatum voluit. *Idem.*

5 *Quid enim* potiùs *hominibus dediſſent*] Sic *Bonon.* 1494. & plures MSSti; at *Reg.* & *Cantab.* habent, *quid enim* nocentius *hominibus dediſſent?* quam lectionem procudit importuna Librariorum quidvis pro libitu mutantium audacia. Porro *Victor. Buſlid.* & *Voſſian.* repræſentant, *hominibus* Dii *dediſſent.* Noſtrorum tamen addicit nullus. *Idem.*

6 *In Eunucho*] Fabulâ Terentiana. Exſtat Act. I. Sc. 1. initio. *Idem.*

7 *Studeat* tui] Tibi faveat, tuique curam gerat. Simili modo dixit *Plautus* Mil. Glor. Act. IV. Sc. I, 17. *Qui ingenuis ſatis reſpondere nequeas, quæ cupiunt tui.* Noſtri verò Codd. hoc in loco dant *nec ſtudeat* sui. Perperam tamen. *Idem.*

1 Quanti

Aut tu illum fructu fallas: aut per literas
Avertas aliquod nomen: aut per ſervolum
Percutias pavidum: poſtremò, à parco patre
Quod ſumas, [1] *quanto diſſupas lubentius?*

Idemque facilem & liberalem patrem incommodum eſſe amanti filio diſputat: quem

Neque quo pacto fallam, [2] *neque quid inde auferam,*
Nec quem dolum ad eum aut machinam commoliar,
Scio quicquam: ita omnis meos dolos, fallacias,
[3] *Praeſtigias praeſtrinxit commoditas patris.*

Quid ergo? iſti doli, quid? machinae, quid? fallaciae praeſtigiaeque, num ſine ratione eſſe potuerunt? O praeclarum munus Deorum! ut Phormio poſſit dicere,

Cedo ſenem: jam [4] *inſtructa mihi ſunt in corde conſilia omnia.*

30 Sed exeamus è theatro: veniamus in forum. [5] Seſſum it praetor. Quid? ut judicetur, qui tabula-

1 *Quanto diſſipas libentius*] Leve fortaſſe alicui videbitur, quod hic mihi lectorem admonere viſum eſt. Libri veteres habent, pro *diſſipas*, *diſſipis*; unde mihi ſuſpicio orta eſt, ſcriptum eſſe à Cæcilio *diſſicis*. *Diſſicere* autem valet diſſipare, diſpergere &c. de quo verbo plura in notis ad orationem pro M. Cœlio. *Lambinus.*

2 *Neque* quid *inde auferam*] Buſlid. *neque* ut *inde auferam*. *Pall.* autem pr. ſec. & P. *neque unde auferam:* judice *Grutero*, nihilo pejus. At verſus hac ratione vitiatur. Stet itaque lectio vulgata, quam noſtri MSSti retinent. *Davies.*

3 *Præſtigias* præſtrinxit] Hanc lectionem repræſentant omnes noſtri. *D.* tamen *Lambinus* edidit *præſtigias præſtinxit*. Hanc autem mutationem neceſſariam eſſe non puto; cùm *aciem*, *oculos*, *ferrum præſtringere* dictitent auctores, eáque ſignificatio huic loco benè conveniat. *Idem.*

4 *Inſtructa* mihi ſunt] Tranſpoſitis vocibus legendum *ſunt mihi*, prout exſtat apud *Terentium* Phorm. Act. II. Sc. 11, 7. Aliter ſanè non conſtat verſus Trochaïcus. *Idem.*

5 *Seſſum it Prætor*] Sic erat emendatus hic locus in Codice *Memmiano*: & rectè. *Lambinus.*

Ibid. Eum jure ſequimur. Vulgò *ſeſſum*

tabularium incenderit. Quod facinus occultius? [6] At ſe Q. Soſius, ſplendidus eques Romanus ex agro Piceno, feciſſe confeſſus eſt. Qui transſcripſerit tabulas publicas. Id quoque L. Alenus fecit, cùm chirographum Sex-primorum imitatus eſt. Quid hoc homine ſollertius? Cognoſce alias quaeſtiones, [7] auri Toloſani, [8] conjurationis Jugurthinae. Repete ſuperiora: Tubuli de pecunia capta ob rem judicandam: poſteriora, de inceſtu rogatione Peducaea: tum haec cotidiana, [9] ſicae, veneni, peculatus, teſtamentorum etiam lege nova quaeſtiones. Inde illa actio, OPE CONSILIOQUE TUO FURTUM AIO FACTUM ESSE: inde tot judicia de fide mala, tutelae, mandati, pro ſocio, fiduciae; reliqua, quae ex empto, aut vendito, [10] aut conducto, aut locato contra fidem fiunt: inde judicium publicum rei privatae [11] lege Laetoria: inde everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo; quod C. Aquillius, familiaris noſter, protulit. Quem dolum

feſſum ite precor. Davies.

6 AT *ſe Q. Soſius*] *Med.* habet *à ſe*; *Reg.* autem *ad ſe*. Leg. *id ſe Q. Soſius.* Sequitur enim *id quoque L. Alenus fecit.* Idem.

7 *Auri Toloſani*] Quod Q. Cæpio Conſul diripuit. Præter Hiſtoricos, vide ſis *Agellium* III, 9. *Idem.*

8 Conjurationis *Jugurthinæ*] Non ad titulum libri *Salluſtiani* reſpexit noſter, ut voluiſſe videtur vir quidam doctiſſimus; at *conjurationem Jugurthinam* dixit ob eos, qui pecuniâ corrupti cum fuerint, ſeſe Jugurthæ partibus adjunxêre. Vide *Salluſtium* B. J. cap. 13, 27, 44. Hoc cùm non viderent *Xyſtus Betuleius* & *Pet. Leſcaloperius*, haud *conjurationem*, ſed *corruptionem* dici oportere cenſuêrunt. *Idem.*

9 *Sicæ, veneni*] Omnes editi dant *venena*; nihilo tamen minus legendum *veneni*, prout diſertè repræſentat MS. *Regius*; ſubaudi *quæſtiones*, quæ vox in periodi fine comparet. *Idem.*

10 Aut *conducto*] Prima vox vulgo deeſt. Eam tamen agnoſcunt *Med. Reg. Aſcenſ.* & *Victor.* Idem.

11 *Lege Lætoria*] Sic ex antiquis nummis & faſtis Capitolinis, non *Lectoria*, ut antea, legendum eſt. *P. Manucius.*

Ibid. Ne res à nummis & faſtis ſolis, non item à MSStis, pendeat,

 Med.

lum idem Aquillius tum teneri putat, cùm aliud ſit ſimulatum, aliud actum. Hanc igitur tantam à Dîs inmortalibus arbitramur malorum ſementem eſſe factam? Si enim rationem hominibus Dî dederunt; malitiam dederunt: eſt enim malitia, verſuta & fallax ratio nocendi. [1]Iidem etiam Dî fraudem dederunt, facinus, ceteraque, quorum nihil nec ſuſcipi ſine ratione nec effici poteſt. *Utinam* igitur, ut illa anus optat,

ne in nemore Pelio ſecuribus
[2]*Caeſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes:*

ſic iſtam calliditatem hominibus Dî ne dediſſent! qua perpauci benè utuntur; qui tamen ipſi ſaepe à malè utentibus opprimuntur: innumerabiles autem inprobè utuntur: ut donum hoc divinum rationis & conſilii, ad fraudem hominibus, non
31 ad bonitatem inpertitum eſſe videatur. Sed urgetis identidem, hominum eſſe iſtam culpam, non Deorum. Ut ſi medicus gravitatem morbi, gubernator vim tempeſtatis accuſet; etſi hi quidem

Med. noſter clarè dat *Lege Laetoria.* Quin & ſic edidit *Aſcenſius.* De hac & aliis, quas memorat noſter, vide ſis *J. V. Gravinae* librum de Legg. & SConſultis. *Davies.*

1 *Iidem* etiam *Dii*] Sic rectè *Med Reg. Victor.* & *Aſcenſ.* Vulgò dant, *iidem* autem *Dii.* Idem.

2 *Caeſa* cecidiſſet *abiegna ad terram* trabes] *Lactantius* ad *Statii* lib. V. Thebaid. pag. 230. ed. *Cruceana* locum ſic laudat: *Utinam in nemore Pelio caeſa ſecuribus ad terram cecidiſſent abiegnae trabes.* Sed praeterquam quod leg. *Utinam* NE *in nemore Pelio*, perturbatus eſt ordo verborum, maleque ſcribitur, CÆSÆ CECIDISSENT *trabes.* Diſertè *Priſcianus* lib. VII. col. 751. *Vetuſtiſſimi tamen & trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medeâ:* Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus CÆSA *accidiſſet ad terram abiegna* TRABES. Reponendum, *accidiſſet abiegna ad terram trabes.* Sic certè *Varro* L. L. lib. VI. p. 71. ac ita cùm hic tum alibi *Grutero* videtur in *Cicerone* reſcribendum; nam *Pal.* pr. *Reg.* & *Cantab.* habcat,

quidem homunculi, ſed tamen ridiculi. Quis enim te adhibuiſſet, dixerit quiſpiam, ſi iſta non eſſent? Contra Deum licet diſputare liberiùs. In hominum vitiis ais eſſe culpam. Eam dediſſes hominibus rationem, quae vitia culpamque excluderet. Ubi igitur locus fuit errori Deorum? nam patrimonia ſpe bene tradendi relinquimus; qua poſſumus falli: Deus falli quî potuit? An ut Sol, in currum cùm Phaethontem filium ſuſtulit: [3] aut ut Neptunus, cùm Theſeus Hippolytum perdidit, cùm ter optandi à Neptuno patre habuiſſet poteſtatem? Poetarum iſta ſunt: nos autem philoſophi eſſe volumus, rerum auctores, non fabularum. Atque ii tamen ipſi Dî poetici, ſi ſciſſent pernicioſa fore illa filiis, peccaſſe in beneficio putarentur. [4] Et, (ſi verum eſt, quod Ariſtó Chius dicere ſolebat, nocere audientibus philoſophos iis, qui benè dicta malè interpretantur; poſſe enim aſotos ex Ariſtippi, acerbos è Zenonis ſchola exire) prorſus, ſi, qui audierunt, vitioſi eſſent diſceſſuri, quòd perversè

[1] philo-

habent, *caſa* accidiſſent *trabes*. Attamen, prout *Varronis* & *Priſciani* conſtat auctoritate, Codices iſti non rectè ſe habent, cum *pluraliter* efferant *Caſa accidiſſent* trabes. Immo nè quid omninò movendum putem, facit cùm aliorum MSStorum fides, tum *Quinctilianus* Inſt. Orat. lib. V. cap. 10. *Rectè autem monemur*, inquit, *cauſſas non utique ab ultimo eſſe repetendas*: *ut Medea*, Utinam ne in nemore Pelio. *Quaſi vero id eam fecerit miſeram aut nocentem, quod illic* CECIDERIT abiegna ad terram trabes. Alteram tamen locutionem latiniſſimam eſſe patet ex iis quæ notavit *Nic. Heinſius* ad *Ovidii* Faſt. V, 358. *Idem.*

3 *Aut, ut Neptunus*] Mediam vocem ex *Reg.* & *Cantab.* addidimus. Fabulas verò, quas reſpexit noſter, haud enarrandas puto; quippe quæ ex Mythologis, Lexiciſve Poëticis hauriri poſſint. *Idem.*

4 Et, *ſi verum*] Leg. Ut, *ſi verum*; quod ex ſeqq. manifeſtum. *Idem.*

 1 *Philo-*

[1] philoſophorum diſputationem interpretarentur; [2] tacere præſtaret philoſophis, quàm iis, qui ſe audiſſent, nocere: ſic, ſi homines rationem, bono conſilio à Dîs inmortalibus datam, in fraudem malitiamque convertunt; non dari illam, quàm dari humano generi melius fuit. Ut, ſi medicus ſciat, eum aegrotum, [3] qui juſſus ſit vinum ſumere, meracius ſumpturum, ſtatimque periturum; magna ſit in culpa: ſic veſtra iſta providentia reprehendenda, quae rationem dederit iis, quos ſcierit ea perverſè & inprobè uſuros. Niſi fortè dicitis eam neſciſſe. Utinam quidem! Sed non audebitis: non enim ignoro, [4] quanti
32 ejus nomen putetis. Sed hic quidem locus concludi jam poteſt. Nam ſi ſtultitia, conſenſu omnium philoſophorum, majus eſt malum, quàm ſi omnia mala & fortunae & corporis ex altera parte ponantur; ſapientiam autem nemo adſequitur: in ſummis malis omnes ſumus, quibus vos optumè conſultum à Dîs inmortalibus dicitis. Nam ut nihil intereſt, utrùm nemo valeat, an nemo poſſit valere: ſic non intelligo quid interſit, utrùm nemo ſit ſapiens, an nemo eſſe poſſit. Ac nos quidem nimis multa de re aper-

1 *Philoſophorum* diſputationem] Lege *diſputationes* cum *Elienſ.* & *Victor.* ut ipſa res indicat; non enim de fortuito auditore, ſed de ſtatis diſcipulis, philoſophorum ſcholas adeuntibus, agit noſter. *Davies.*

2. *Tacere præſtaret* philoſophis] *Lambinus* reponit *philoſophos*; ſed nihil opus eſt, cùm proba ſit utraque loquendi ratio. Vide *Servium* in *Virgilii* Æneid. I, 139. *Idem.*

3 Qui juſſus ſit *vinum ſumere*] *Cui uſus ſit* eſt in MSto. *Urſinus.*

Ibid. *Qui juſſus ſit*] *Urſin.* & *Elienſ.* habent, *cui uſus ſit*. *Med.* etiam noſter; *cui juſſus ſit*. Omninò lege *cui juſſiſſet*, uti dat *Aſcenſ.* Et ita patet, cujus imperio pareat ægrotus; quod in vulgata lectione ſe ſecus habet. Scio quidem hanc loquendi rationem

pertiſſima. Telamo autem uno verſu locum totum conficit, cur Dî homines negligant:

Nam ſi curent, benè bonis ſit, malè malis: quod nunc abeſt.

Debebant illi quidem omnes bonos efficere, ſi quidem hominum generi conſulebant. Sin id minùs; bonis quidem certè conſulere debebant. Cur igitur duo Scipiones, fortiſſimos & optumos viros, in Hiſpania Poenus oppreſſit? Cur Maximus extulit filium conſularem? Cur Marcellum Hannibal interemit? Cur Paullum Cannae ſuſtulerunt? Cur Poenorum crudelitati Reguli corpus eſt praebitum? Cur Africanum domeſtici parietes non texerunt? Sed haec vetera, & alia permulta: propiora videamus. Cur avunculus meus, vir innocentiſſimus idemque doctiſſimus, P. Rutilius in exſilio eſt? cur ſodalis meus interfectus domi ſuae, Druſus? cur temperantiae prudentiaeque ſpecimen, ante ſimulacrum Veſtae, pontifex maxumus eſt Q. Scaevola trucidatus? cur antè etiam tot civitatis principes à Cinna interempti? cur omnium perfidioſiſſimus, [5] C. Marius, Q. Catulum, praeſtantiſſima dignitate virum, mori potuit jubere? [1] Dies

rationem nonnullis parum Latinam videri: ſed eos abundè confutarunt *Sanctius*, *Scioppius*, & *Perizonius*. Vide Minerv. lib. II. cap. 4. *Davies.*

4 *Quanti ejus* NOMEN *puteitis*] Legendum videtur, *quanti ejus* NUMEN *puteitis*. Has certè voces paſſim confuderunt Librarii. *Idem.*

5 *C. Marius Q. Catulum ---- mori potuit jubere*] Hiſtoricis inter ſe non convenit: nam *Catulus*, *hauſto* VENENO, *ſe manibus inimicorum ſubtraxit*, ut auctor eſt *Auguſtinus* C. D. lib. III. cap. 27. at *ſe* IGNIS *hauſtu ludibrio hoſtium exemit*, ſi fides ſit *Floro* lib. III. cap. XXI, 16. Adi ſis & *Velleium Paterculum* lib. II. cap. 22. Utcunque ſe res habeat, Catulum ad hoc facinus adegit Marii ſævitia, *quòd*, *neceſſariis ejus deprecantibus*,

[1] Dies deficiat, ſi velim numerare, quibus bonis malè evenerit: nec minùs, ſi commemorem, quibus inprobis optumè. Cur enim Marius tam feliciter, [2] ſeptimùm conſul, domi ſuae ſenex eſt mortuus? cur omnium crudeliſſimus tam diu
33 Cinna regnavit? At dedit poenas. Prohiberi melius fuit inpedirique, ne tot ſummos viros interficeret, quàm ipſum aliquando poenas dare. Summo cruciatu ſupplicioque Q. Varius, homo inportuniſſimus, periit: ſi, quia Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat; illos conſervari melius fuit, quàm poenas ſceleris Varium pendere. Duodequadraginta Dionyſius tyrannus annos fuit opulentiſſimae & beatiſſimae civitatis. [3] Quàm multos ante hunc in ipſo Graeciae flore Piſiſtratus

bus, non ſemel reſpondit, ſed ſape, MORIATUR. Vide Tuſcul. lib. V. cap. 19. de Orat. lib. III. cap. 3. *Plutarchum* in Mario Tom. 1. pag. 431. & *Appianum* Bell. Civ. lib. 1. pag. 665. *Davies.*

1 *Dies deficiat*] *Reg.* & *Cantab.* ME interponunt, ac eam voculam interponendam putavit *D. Lambinus.* Sed cum iſto *pronomine* careant optimi MSSti, id haud intrudendum videtur. Noſter Tuſc. lib. V. cap. 35. *Dies* deficiat, *ſi velim paupertatis cauſam defendere.* Ibi ſanè MS. *Petrenſis* habet, *dies* ME *deficiet*; at ejus auctoritati non nimis eſt fidendum. Iterum pro Quintio cap. 1. *Quod mihi conſuevit in ceteris cauſſis eſſe adjumento, id quoque in hac cauſſa* deficit. Illic etiam idem vir eruditus, renitentibus libris, edidit, *id quoque* ME *in hac cauſſa* deficit. Simili modo *Salluſtius* Jugurth. cap. XLVI. *Tempus, quam res, maturius deſeret*; ubi ME contra fidem antiquorum exemplarium immittunt nonnulli. *Idem.*

2 Septimum *conſul*] Aliqui libri *ſepties*; at *Reg.* noſter, *ſeptimò conſul.* De his loquendi generibus vide quæ ſcripſit *Agellius* N. A. lib. X. cap. 1. *Idem.*

3 *Quam multos ante hunc in ipſo Gracia flore Piſiſtratus?*] Ita nunc edendum curavi, MSStorum librorum auctoritatem ſecutus, qui ſic planè habent. Sententia autem hujus ſcripturæ in promptu eſt; hoc enim ſignificat *Cicero*, etiam Piſiſtratum multos annos Tyrannum fuiſſe in civitate libera & omnium totius Græciæ urbium principe, Athenis. Sequitur deinceps: *at Phalaris, & Apollodorus pœnas ſuſtulit. Pœnas ſuſtulit*, id eſt, dedit pœnas. Dicunt enim Latini *ſufferre pœnas*, pro eo quod eſt *dare pœnas.* Lambinus.

Ibid. *Quàm multos ante hunc in ipſo Gracia flore Piſiſtratus*] Atheni-

tus

enſium

tus? At Phalaris, at [4] Apollodorus poenas ſuſtulit. Multis quidem antè cruciatis & necatis. Et praedones multi ſaepe poenas dant: nec tamen poſſumus dicere, non pluris captivos acerbè quàm praedones necatos. [5] Anaxarchum Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleae in tormentis necatum. Quid dicam de Socrate? [6] cujus morti inlacrimari ſoleo, Platonem legens. Videſne igitur, Deorum judicio, ſi vident res humanas, diſcrimen eſſe ſublatum? Diogenes quidem Cynicus di- 34
cere ſolebat, [7] Harpalum, qui temporibus illis praedo felix habebatur, contra Deos teſtimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret. Dionyſius, de quo antè dixi, cùm fanum Proſerpinae

enſium Tyrannus fuit Piſiſtratus per XXXIII. annos. Vide *Joan. Meurſii* Piſiſt. capp. 5, 20. *Davies.*

4 *Apollodorus*] Caſſandreæ Tyrannus. De eo ſic *Polyænus* Stratag. lib. VI, cap. 7. Τούτοις χρησάμενος συμμάχοις κατέλυσε (leg. κατέλαβε) τὴν τυραννίδα· καὶ τύραννος ἐγένετο φονικώτατος καὶ ὠμότατος πάντων, ὅσοι παρ' Ἕλλησιν ἢ παρὰ βαρβάροις ἐτυράννησαν. Diegylin tamen Thraciæ Regem, qui Φάλαριν καὶ τὸν Κασσανδρέων τύραννον Ἀπολλόδωρον ὑπερέβαλεν ὠμότητι, memorat *Diodorus* in Excerpt. Peireſc. pag. 357. Vide ſis Interpretes ad *Seneca* de Ira lib. II. cap. 5. præcipuè verò *Nic. Heinſium* in *Ovidii* Epiſt. ex Ponto lib. II. Epiſt. IX, 43. *Idem.*

5 *Anaxarchum --- Zenonem*] Vide quæ diximus ad Tuſcul. lib. II. cap. 21. *Idem.*

6 *Cujus* morti *inlacrimari ſoleo*] *Med.* noſter, *cujus* mortem *inlacrimari ſoleo.* Sic *ejus caſum lacrimare* dixit *Corn. Nepos* in Alcib. cap. VI. Abſque tamen plurium Codd. ſuffragio receptam lectionem cave repudies. *Idem.*

7 Harpalum, *qui temporibus illis prædo* felix *habebatur*] *Reg.* & *Cantab.* dant *prædo in ſilva habebatur*: *Pall.* pr. ac ſec. *prædo ſilia*: tert. ac *Med.* noſter *prædo ſulia*; quart. & *Wower.* MS. *prædo in Pamphylia habebatur.* Has varietates exercendis feliciorum ingeniis recenſui; nam ipſe quidem nihil vulgatâ melius poſſum comminiſci. Porro de Harpalo Alexandri præfecto, qui, ingente rapta pecuniarum vi, Athenas profugit, agi non videtur. Adi ſis, inter alios, *Plutarchum* Phocion. pag. 751. Demoſt. p. 857. ac *Photium* Codd. 91, 92. Eum crediderim piratam intelligendum, quem *Scirpalum* vocat *Diogenes Laertius* lib. VI. §. 74. *Suidas* autem *Scirtalum.* Non aliter *Æg. Menagius* & *J. F. Gronovius* ſtatuerunt. Res tamen eſt parùm certa. *Idem.*

ſerpinae Locris expilaviſſet, navigabat Syracuſas: iſque cùm ſecundiſſimo vento curſum teneret, ridens, *Videtiſne*, inquit, *amici, quàm bona à dîs immortalibus navigatio ſacrilegis detur?* [1] Atque homo acutus cùm benè planeque percepiſſet, in eadem ſententia perſeverabat: [2] qui, cùm ad Peloponneſum claſſem adpuliſſet, & in fanum veniſſet Jovis Olympii; aureum ei detraxit amiculum, [3] grandi pondere, [4] quò Jovem ornarat ex manubiis Karthaginienſium tyrannus Gelo: atque

1 Atque *homo*] Forſan *idque*, cum *Lambino*, reſcribendum. *Davies.*

2 *Qui cum ad Peloponneſum claſſem appuliſſet, & in fanum veniſſet Jovis Olympii*] Dionyſium hunc *juniorem* fuiſſe produnt *Arnobius* lib. VI. pag. 205. & *Clemens* Protrept. pag. 15. ubi ſic ille: Διονύσιος μὲν γὰρ ὁ Τύραννος ὁ νεώτερος θοιμάτιον τὸ χρύσεον περιελόμενος Διὸς ἐν ΣΙΚΕΛΙΑι, προσέταξεν αὐτῷ ἐρεοῦν περιτεθῆναι, χαριέντως φήσας τοῦτο ἄμεινον εἶναι τοῦ χρυσοῦ καὶ θέρους κουφότερον καὶ κρύους ἀλεεινότερον. Adeò ut *Cicero* in Peloponneſo, *Clemens* autem in Sicilia, hoc ſacrilegium admiſſum fuiſſe teſtetur. Quod cùm obſervaſſet *Pet. Victorius* Var. Lect. lib. XXI. cap. 10. ſic infit: "ut autem libere quod ſentio aperiam, cùm memoriæ proditum ſit, templum Jovis Olympii in Sicilia quoque fuiſſe; vereor, ne hoc *M. Tullio* impoſuerit; ut legens apud aliquem ſcriptorem hoc factum fuiſſe in fano Jovis Olympii, ob dignitatem Peloponneſii fani, & non recordatus eidem Deo ædificatum dicatumque in Sicilia templum eſſe, putavit in Peloponneſo id ab Dionyſio commiſſum, addideritque ipſe, quod ad rem veriſimilem reddendam deſiderari videbatur. Hactenus inſignis ille vir, &, ut equidem arbitror, rectiſſimè. Nam cum *Clemente* facit *Ælianus* Var. Hiſt. lib. I. cap. 20. Διονύσιος ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν ΣΥΡΑΚΟΥΣΑΙΣ ἱερῶν ἐσύλησε τὰ χρήματα· τοῦ δὲ ἀγάλματος τοῦ Διὸς περιεῖλε τὴν ἐσθῆτα καὶ τὸν κόσμον. Deinde probabilius eſt Hieronem, ſive Gelonem, Siciliæ Tyrannum, ſuæ quàm alienæ ditionis templum manubiis Carthaginienſibus exornaſſe. Dubium tamen non eſt, quin peregrinarum regionum locis ſacris dona mittere ſoliti ſint Reges. Vide ſis *Athenæum* lib. VI. pag. 231. F. *Florum* lib. I. cap. XII, 10. & noſtrum de Divin. I, 19. Ac *Ciceroni* quidem favet *Lactantius* Div. Inſt. lib. II. c. IV, 16. ut & *Lucianus* in Timone, ſi verax eſt Cl. *Cuperus* Obſerv. lib. III. cap. 10. *Idem.*

3 *Grandi pondere*] *Gravi* pro *grandi* eſt in MSto; & paulò ſupra *expoliaviſſet* pro *expilaviſſet.* Urſinus.

4 *Quo Jovem ornarat ex manubiis Carthaginienſium Tyrannus* Hiero] Veneti, *Gelo.* Hieronis frater Gelo fuit, qui ſæpe adverſus Carthaginienſes victor in Siciliâ rem præclarè geſſit & copias Pœnorum duce Hamilcare infeſtas Siciliæ delevit, ut *Herodotus* ſcripſit

atque in eo etiam cavillatus eſt, aeſtate grave eſſe aureum amiculum, hieme frigidum: eique laneum pallium injecit, cùm [5] id eſſe ad omne anni tempus diceret. [6] Idemque Aeſculapî Epidauri barbam auream demi juſſit; neque enim convenire, barbatum eſſe filium, cùm in omnibus fanis [7] pater imberbis eſſet. [8] Idemque menſas argenteas de omnibus delubris juſſit auferri: in quibus [9] quòd more veteris Graeciae inſcriptum eſſet, BONORUM DEORUM; uti ſe eorum bonitate

ſcripſit Polymniâ. Sed & Hieronis multæ adverſus barbaros victoriæ memorantur, ut non exiſtimem mutandam ſcripturam, præſertim cum apud *Valerium Maximum* (lib. I. cap. I, 3. extern.) qui hanc etiam ut alias pleraſque narratiunculas de *Cicerone* collegit, *Hiero* legatur. *Camerarius.*

5 *Id eſſe ad omne anni tempus diceret*] Sic edidit *Victorius*; ſic etiam *Gruterus* ex *Pall.* pr. & quint. nec dubitari poteſt, quin locutio ſit Latiniſſima. MSSti tamen noſtri cum *Bonon.* 1494. editiſque veteribus habent, *id eſſe* aptum *ad omne anni tempus.* Librarii videlicet ex *Valerio Maximo*, quod deeſſe cenſebant, ſupplevêre; is enim lib. I. cap. I, 3. ext. ita loquitur: *Laneum autem ad utrumque anni tempus* APTIUS. Vide & *Lactantium* Div. Inſtit. lib. II. cap. IV, 17. *Davies.*

6 *Idemque Æſculapii* Epidauri] Scribendum vel *Æſculapii Epidaurii*, prout voluit *Lambinus* & habet *Pal.* quint. vel *Æſculapio Epidauri*, quemadmodum legit *Valerius Maximus* lib. I. cap. I, 3. extern. *Idem.*

7 *Pater imberbis eſſet*] Notum eſt Græcum carmen,

—Οὔποτε Φοίβε·
Θηλείαις οὐδ᾽ ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς. *Urſinus.*

Ibid. Eſt *Callimachi* Hymn. in Apoll. vſ. 36. *Davies.*

8 Idemque *menſas argenteas*] Primæ vocis in *Pal.* quinto nullum eſt veſtigium. Vulgò, *Jam menſas argenteas*, unde *Gulielmius* fecit *etiam menſas*; *Pighius* verò, *Idem menſas*, quod habet *Pal.* quart. Is quidem non malè, ſed nos *Reg.* noſtrum ſecuti ſumus. *Davies.*

9 *Quod more* veteris *Græciæ inſcriptum eſſet*, BONORUM DEORUM; *uti ſe eorum bonitate velle dicebat*] *Reg.* exhibet *more* veteri *Græcia.* At recepta lectio non eſt deſerenda. Sic ἀρχαίαν Ἑλλάδα dixêre *Maximus* Tyrius Diſſ. XVII. & *Themiſtius* Orat. XXIII. p. 294. B. Illud vero obſervatione dignum, quod hanc hiſtoriam aliter prorſus narret *Athenæus* lib. XV. pag. 693. Ὅτι δὲ, inquit ille, ἀφαιροῦντος τοῦ Ἀγαθοῦ Δαίμονος κρατῆρος ἔθος ἦν βαστάζεσθαι τὰς τραπέζας, ἔδειξε διὰ τῆς αὐτοῦ ἀσεβείας ὁ Σικελιώτης Διονύσιος· τῷ γὰρ Ἀσκληπιῷ ἐν ταῖς Συρακούσαις ἀνακειμένης τραπέζης χρυσῆς, προπιὼν αὐτῷ ἄκρατον Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἐκέλευσε βασταχθῆναι τὴν τράπεζαν, quod mihi doctius & veteri conſuetudini magis conſentaneum videtur. Idem etiam ſtatuit *Pet. Victorius* V. L. lib. I, init. aliiſque veterum locis confirmat *Joan.* *Schefferus*

bonitate velle dicebat. Idem [1] Victoriolas aureas, & pateras, coronaſque, quae ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat; eaque ſe accipere, non auferre, dicebat: eſſe enim ſtultitiam, à quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle ſumere. Eundemque ferunt haec, quae dixi, ſublata de fanis in forum protuliſſe, & per praeconem vendidiſſe; exactaque pecunia edixiſſe, ut, quod quiſque à ſacris haberet, id ante diem cer-

tam

Schefferus ad *Æliani* V. H. lib. I. cap. 20. Cum *Cicerone* tamen facit *Valerius Maximus* lib. I. cap. 1, 3. extern. At is noſtrum exſcribit. *Davies.*

1 Victoriolas *aureas & pateras coronaſque*, quæ *ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur*] Credunt nonnulli pro *Victoriolis* legendum *viriolas*, ſi *Cujacio* fides Obſerv. lib. II. cap. IV. Sed iſti nonnulli faciunt imperitè. Quæ autem non comparet in *Pal.* prim. Librarii ſcilicet incuriâ prætermiſſum fuit id *pronomen*, quòd ejuſdem ſoni vox anteceſſerit. *P.* & *Pal.* quint. *coronaſque ſimulacrorum*, quas *porrectis manibus* ſuſtinebant; & hoc, licet abſurdum, admittere vix dubitavit *Janus Gruterus*. Exſcriptor certè noſtri *Valerius Maximus* lib. I. cap. 1, 3. extern. vulgatam lectionem confirmat. *Lactantius* Div. Inſt. lib. II. c. IV, 19. *Item pateras & exuvias & parva quadam ſigilla*, quæ *ſimulacrorum protentis manibus* tenebantur, *detrahebat.* De hac ſtatuarum formâ ſic *Arrianus* Epict. lib. II. cap. 8. Ἡ Ἀθηνᾶ τοῦ Φειδίου, ἅπαξ ΕΚΤΕΙΝΑΣΑ ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ ΚΑΙ ΤΗΝ ΝΙΚΗΝ ΕΠ' ΑΥΤΗΣ ΔΕΞΑΜΕΝΗ ἕστηκεν οὕτως ὅλῳ τῷ αἰῶνι. Adi ſis *J. C. Gevartium* ad *Statium* in equum Domit. vſ. 37. *Idem.*

2 *Atque in ſuo lectulo mortuus, in tympanidiis in rogum illatus eſt*] Sic nunc edidimus; nam olim vulgatam lectionem, *in tympanidis rogum*, à qua nihil ferè diſcrepat antiqua, retinuimus. Quod autem *P. Victorius* ex *tympanidis* fecit *tyrannidis*, non placet, nec ferri poteſt. Quid eſt enim, aut quid valet *rogus tyrannidis?* Nihil planè; aut ſi quid, nihil ad rem; nam per *rogum tyrannidis* ſignificaretur interitus tyrannidis; ut *Cicero* per *buſtum Reip.* peſtem & exitium Reip. ſignificat. Nunc quid ſibi velit *in tympanidiis*, nobis explicandum. *Tympana* ligna erant, quibus verberabantur à Tyranno damnati. *Tympanidia*, parva tympana. Significatur igitur aliqua ex parte illa ποικιλία, & κατασκευὴ ἡ περὶ τὴν ἐκφορὰν Διονυσίου, id eſt, varius ille & multiplex apparatus circa funus & exequias Dionyſii Tyranni, quem Græci ſcriptores tantoperè prædicant, ſed non deſcribunt, neque exprimunt. *Lambinus.*

Ibid. Atque *in ſuo lectulo mortuus* in Tympanidis rogum *illatus eſt*] Hoc cùm vitioſum putaret *Jac. Bongarſius*, is ad *Juſtini* lib. XX. cap. 5.

con-

tam in ſuum quidque fanum referret : ita ad in-
pietatem in Deos in homines adjunxit injuriam.
Hunc igitur nec Olympius Juppiter fulmine per- 35
cuſſit, nec Aeſculapius miſero diuturnoque
morbo tabeſcentem interemit: [a] atque in ſuo
lectulo mortuus, in Tympanidis rogum inlatus
eſt; eamque poteſtatem, quam ipſe per ſcelus
erat nactus, quaſi juſtam & legitimam, heredita-
tis loco filio tradidit. Invita in hoc loco verſatur
oratio: videtur enim auctoritatem adferre pec-
candi.

conjecit, NAMQUE *in ſuo lectulo.* MS. autem *Buſlid.* habet *atqui*; & ita jamdiu reponendum cenſuerunt *Th. Fazellus* & *Janus Gruterus.* Mihi vulgata lectio ſatis facit. At ſequentia planè ſunt corrupta, nec quid ſcripſerit *Tullius*, adſequi poſſum divinando. Hoc etiam de ſe confeſſus eſt *Pet. Victorius* V. L. lib. XXXVIII. cap. 10. Quod igitur ſolum queo, Codicum diverſitates & aliorum conjecturas referam. *Pall.* pr. ſec. *in typanidis*; quart. *in tipanidis*; *Reg.* noſter, *vitimpanitis rogo*, & pro varia lectione, *in tympanis rogo illatus eſt*; quod eundem ſenſum fundit ac emendatio *Lambini*; ſed mihi nullo modo placet. *Fazellus* Hiſt. Sic. Dec. II. lib. III. cap. 1. legit, *triumphantis in modum in rogum illatus eſt. Pet.* autem *Petitus* Miſcell. lib. I. cap. IV. reſcribit, *in Thymarida Heroum illatus eſt.* Ampliſſ. denique *Boherius* vult, *in* Pentapylis rogo *illatus eſt. Diodorus* enim tradit, Dionyſium ſepultum fuiſſe κατὰ τὴν ἀκρόπολιν, πρὸς ταῖς βασιλίσι καλουμέναις πύλαις, eaſque portas numero fuiſſe quinas docet *Plutarchus* in Dione pag. 970. In hâc conjiciendi licentia quid obſtat, quo minùs ipſe quod mihi venit in mentem proferam? *Pal.* tert. *Aſcenſ.* & Victor. *in tyrannidis rogum.* Legerim, *atque in ſuo lectulo mortuus* & IN TYRANNIDE, rogo *illatus eſt. Æneas Gazæus* in Theophr. p. 389. E. Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τῶ παντὸς ἀπαλλαγὴ, καλῶς ἂν ἠπόρουν, εἴτις πονηρὸς ὢν ΕΝ ΤΥΡΑΝΝΙΔΙ τὸν βίον ἐτελεύτησε. Rogoque *inferre* pari jure dixeris ac *Suetonius* Aug. c. 100. *urbi* dixit *inferre. Livius* IV, 32. *Spolia opima Jovis Feretrii* templo intulerit. Et XXIII, 24. *Caput Ducis præciſum Boii ovantes* templo intulêre. Forte tamen in tanta veteris hiſtoriæ penuria tacere præſtaret, quàm inanibus hariolationibus aërem verberare. Porrò de morte Dionyſii diſcrepant auctores: *Juſtinus* enim lib. XX. cap. 5. eum inſidiis ſuorum fuiſſe interfectum tradit: at hunc Siciliæ Tyrannum *gaudio obiſſe, accepto Tragicæ victoriæ nuntio*, confirmat *Plinius* H. N. lib. VII. cap. 53. nec abludunt ea quæ refert *Diodorus Siculus* Bibl. lib. XV. pag. 384. Alio modo alii. Vide *Corn. Nepotem* Dione cap. 2. & *Plutarchum* Tom. I. pag. 960. Tradit quidem *Athenæus* lib. V. pag. 206. Τίμαιος δὲ ἐπὶ τῇ πυρᾷ (θαυμάζεται) τῇ κατασκευασθείσῃ Διονυσίῳ τῷ Σι-

κιλίας

candi. Rectè videretur; niſi & virtutis & vitiorum, ſine ulla divina ratione, grave [1] ipſius conſcientiae pondus eſſet: qua ſublata, jacent omnia. Ut enim nec domus, nec reſpublica ratione quadam & diſciplina deſignata videatur, ſi in ea nec rectè factis praemia extent ulla, nec ſupplicia peccatis: [2] ſic [mundi] divina in homines moderatio profectò nulla eſt, ſi in ea diſcrimen nullum eſt bonorum & malorum. At enim minora Dî negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur: nec, ſi uredo, aut grando quippiam nocuit, [3] id Jovi animadvertendum fuit. Ne in regnis quidem reges omnia minima curant: ſic enim dicitis. Quaſi ego paullo antè de fundo Formiano P. Rutilî
36 ſim queſtus, non de amiſſa ſalute. [4] Atque hoc quidem omnes mortales ſic habent, externas commoditates, vineta, ſegetes, oliveta, ubertatem frugum & fructuum; omnem denique commoditatem proſperitatemque vitae, à Dîs ſe habere:

καλίας τυεχίνῳ. Unde facilis extaret emendatio, ſi *Timæi rogus*, dici poſſet is quem Timæus ſtruxit; ut *Polycleti ſtatua* nominari ſolet ea, quam finxit artifex ille. Sed ἐπέχω. Davies.

1 *Ipſius conſcientia*] Potius *Ipſi conſcientia*, prout equidem cenſeo. Dein leg. *ut autem*, non *enim*. Idem.

2 *Sic* mundi *divina*] Nihil huc facit vox media, quam, velut adſciticiam, cinximus uncinis. *Idem.*

3 *Id Jovi* animadvertendum] *Pal.* pr. *advertendum*, quod *Grutero* magis arridet; ſed æque commoda eſt lectio vulgata, quam retinent reliqui MSSti. *Idem.*

4 Atque *hoc quidem*] Leg. *Atqui*: id enim poſtulat ſententia. *Idem.*

5 *Virtutem autem nemo unquam*] Ita legendum eſt ex vetuſtiſſimo libro. *Urſinus.*

6 *Optumum* & *maxumum*] Sic *Med. Reg.* & *Victor.* Vulgo conjunctionem prætermittunt. *Davies.*

7 *Cum in Geometria quiddam novi inveniſſet* &c] Εὑρὼν, inquit *Plutarchus* Συμποσ. VIII. cap. 2. ὅτι τῆς ὀρθογωνίου τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις, id eſt, cùm reperiſſet latus ſubjectum triangulo rectangulo tantumdem valere, quantum ambi-

habere: [5]virtutem autem nemo umquam acceptam Deo retulit. Nimirum rectè: propter virtutem enim jure laudamur, & in virtute rectè gloriamur: quod non contingeret, ſi id donum à Deo, non à nobis haberemus. At verò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut ſi aliud quippiam nacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali, cùm Dîs gratias agimus, tum nihil noſtrae laudi adſumptum arbitramur. Num quis, quòd bonus vir eſſet, gratias Dîs egit umquam? At quòd dives, quòd honoratus, quòd incolumis. Jovemque [6]optumum & maxumum ob eas res appellant, non quòd nos juſtos, temperatos, ſapientes efficiat, ſed quòd ſalvos, incolumes, opulentos, copioſos. Neque Herculi quiſquam decumam vovit umquam, ſi ſapiens factus eſſet. [7]Quamquam Pythagoras, cùm in Geometria quiddam novi inveniſſet, Muſis bovem inmolaviſſe dicitur: ſed id quidem non credo, quoniam ille [8]ne Apollini quidem Delio hoſtiam inmolare

ambientia, ſeu continentia. *Lambin.*

Ibid. *Quamquam Pythagoras, cùm in Geometria quiddam novi inveniſſet, Muſis bovem immolâſſe dicitur*] *Plutarchus* Op. Tom. II. pag. 1049. Πυθαγόρας ἐπὶ τῷ διαγράμματι βοῦν ἔθυσεν, εἴτε περὶ τῆς ὑποτεινούσης ὡς ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις τὴν ὀρθὴν, εἴτε πρόβλημα περὶ τοῦ χωρίου τῆς παραβολῆς. Hujuſce famæ meminit etiam *Laertius* I, 25. At hunc bovem σταίτινον, *è farinâ confectum*, fuiſſe φασὶν οἱ ἀκριβέστεροι, ſi fides ſit adhibenda *Porphyrio* vit. Pyth. §. 36. Nonnulli tamen eum hac de cauſſa ἑκατόμβην θῦσαι tradidêrunt. Vide *Athenæum* lib. X. p. 418. & *Diogenem* Laërtium lib. VIII. §. 12. Plura veterum loca ſuppeditabit *Hadr. Junius* Anim. lib. V. cap. 9. *Davies.*

8 *Nè Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluit, nè aram ſanguine* reſpergeret] Vulgg. *adſpergeret*; ſed *Reg.* & *Cantab.* lectionem à nobis receptam ſuppeditârunt, eaque melior eſt; quod hoc modo vitatur concurſus vocalium. Hoc mitto; *Ciceronis* autem μνημονικὸν ἁμάρτημα nullo modo videtur prætereundum: non enim res ſic ſe habuit, ut retulit noſter; ſed Pythagoras Apollinis Delii aram, velut inviolatam, adoravit, quod

inmolare voluit, ne aram ſanguine reſpergeret. Ad rem autem ut redeam, judicium hoc omnium mortalium eſt, fortunam a Deo petendam, à ſe ipſo ſumendam eſſe ſapientiam. [1] Quamvis licet Menti delubra, & Virtuti, & Fidei conſecremus; tamen haec in nobis ipſis ſita videmus: Spei, Salutis, Opis, Victoriae facultas à Dîs expetenda eſt. Inproborum igitur proſperitates ſecundaeque res redarguunt (ut Diogenes dicebat) vim omnem Deorum ac poteſtatem.

37 At nonnumquam bonos exitus habent boni. Eos quidem adripimus, adtribuimuſque ſine ulla ratione Dîs inmortalibus. At Diagoras, cùm Samothraciam veniſſet, Atheos ille qui dicitur, [2] atque ei quidem amicus, *Tu, qui Deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quàm multi votis vim tempeſtatis effugerint, in portumque ſalvi pervenerint? Ita fit*, inquit: [3] *illi enim nuſquam picti ſunt, qui naufragia fecerunt, in marique perierunt.* Idemque, cùm ei naviganti

quod in eâ nullum ſacrificaretur animal. *Cenſorinus* de die Nat. cap. 2. *Deli ad Apollinis Genitoris aram, ut Timaeus auctor eſt, nemo hoſtiam cadit. Diogenes Laertius* lib. VIII. §. 13. Dicitur Pythagoras *βωμὸν προσκυνῆσαι* ΜΟΝΟΝ *ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Γενέτορος διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδέν. Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VII. p. 304. Τὸν *μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ, ἁγνὸν εἶναι τεθρυλλήκασι· πρὸς ὃν δὴ* ΜΟΝΟΝ *καὶ* Πυθαγόραν *προσελθεῖν φασι, φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθέντα. Iamblichus* vit. Pythag. §. 25. Λέγεται δὲ περὶ τὸν *αὐτὸν χρόνον θαυμασθῆναι αὐτὸν περὶ* τὴν Δῆλον *προσελθόντα* ʼΑΥΤΟΝ (Leg. ΜΟΝΟΝ) *πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον τοῦ καὶ* Γενέτορος (Leg. τοῦ Γενέτορος, *conjunctione* deleta) Ἀπόλλωνος *βωμὸν καὶ τοῦτον θεραπεύσαντα*. Vide ſis §. 55. *Porphyrium περὶ ἀποχῆς* lib. II. §. 28. ac *Cyrillum* in Julian. lib. IX. pag. 307. *Davies.*

1 *Quamvis licet menti delubra*] Secundam vocem omittit *Bonon.* 1494. *Reg.* autem, *quamvis* enim *menti delubra.* Sed rectè *Jac. Gronovius* ex *Pall.* pr. Sec. *Buſlid.* & *Voſſian.* edidit, *quamvis* licet *menti delubra. Cicero* Tuſcul. lib. IV. cap. 24. Quamvis licet *inſectemur iſtos, ut Carneades ſolebat;*

naviganti vectores adverſa tempeſtate timidi &
perterriti dicerent, non injuria ſibi illud acci-
dere, qui illum in eandem navem recepiſſent:
oſtendit eis in eodem curſu multas alias laboran-
tes; quaeſivitque, num etiam in iis navibus Di-
agoram vehi crederent. Sic enim res ſe habet,
ut ad proſperam adverſamve fortunam, qualis
ſis, aut quemadmodum vixeris, nihil interſit.
Non animadvertunt, inquit, omnia Dî; ne re- 38
ges quidem. Quid eſt ſimile? Reges enim ſi
ſcientes praetermittunt, magna culpa eſt. At
Deo ne excuſatio quidem eſt inſcientiae; quem
vos praeclarè defenditis, cùm dicitis, eam
vim Deorum eſſe, ut, etiam ſi quis morte
poenas ſceleris effugerit, expetantur eae poe-
nae à liberis, à nepotibus, à poſteris. O mi-
ram aequitatem Deorum! Ferretne civitas ul-
la latorem iſtiuſmodi legis, ut condemnare-
tur filius, aut nepos, ſi pater, aut avus deli-
quiſſet?

Qui-

ſolebat, metuo nè ſoli philoſophi ſint, *Lucretius* lib. VI. pag. 796.

Proinde licet quamvis *cælum terramque reantur*
Incorrupta fore, æterna mandata ſaluti.

Iterum pag. 799.

Proinde licet quamvis *ex unoquoque loco Sol*
Humoris parvam delibet ab æquore partem.

Perperam igitur *Janus Gruterus* horum verborum alterutrum ſupervacaneum pronuntiavit. *Davies.*

2 *Atque ei quidem* amicus] *Pall.* quart. quint. omnium peſſimi, nec non alius MStus, habent *quidam Atticus*, quod verius *Grutero* videtur; cùm ceterorum Codicum lectionem huic præſtare mea fetat opinio. *Idem.*

3 *Illi* enim *nuſquam picti ſunt, qui naufragia fecerunt*] *Reg.* à prima manu multò commodius exhibet, *Illi* AUTEM *nuſquam picti ſunt*, *Diogenes Laertius* lib. VI. §. 59. Θαυμάζοντός τινος τὰ ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἀναθήματα, ἔφη Διογένης, Πολλῷ ἂν εἴη πλείω, εἰ καὶ οἱ μὴ σωθέντες ἀνετίθεσαν. Similes facetias adhibet etiam ſuppoſiticius *Clemens* Hom. IX. cap. 17. *Idem.*

[1] *Quinam Tantalidarum internecioni modus*
Paretur? aut quaenam umquam ob mortem Myrtili
Poenis luendis dabitur ſatias ſupplicî?

Utrùm poetae Stoicos depravarint, an Stoici poetis dederint auctoritatem, non facilè dixerim: [2] portenta enim ab utriſque & flagitia dicuntur: neque enim, quem Hipponactis iambus laeſerat, aut qui erat Archilochi verſu volneratus, à Deo inmiſſum dolorem, non conceptum à ſe ipſo, continebat: nec, cùm Aegiſthi libidinem aut cùm Paridis videmus, à Deo cauſſam requirimus, cùm culpae paenè vocem audiamus: [3] nec ego multorum aegrorum ſalutem non ab Hippocrate potiùs quàm ab Aeſculapio datam judico: nec Lacedaemoniorum diſciplinam dicam umquam ab Apolline potiùs Spartae quàm à Lycurgo datam. Critolaus, inquam, evertit Corinthum; Karthaginem Haſdrubal. Hi duo illos oculos orae maritumae effoderunt, [4] non iratus alicui

1 *Quinam Tantalidarum* &c.] Senarii tres Iambici ſunt, quos nemo huc uſque agnovit. Mihi cum ſemper ipſa verba Poëticum quiddam olere viſa ſunt, tum multò magis, poſteaquam in *Maffai* libro ſcriptum legi *ſatias ſupplicii*, non *ſatietas ſupplicii*. Quod cum animadvertiſſem, confugi ſtatim ad menſuram, eâque uſus deprehendi vitium, quod propter continuatum verborum ordinem latebat. Senarios, inquam, Iambicos ex vetere Poëtâ eſſe comperi, qui ſunt ita diſtinguendi:

Quinam Tantalidarum internecioni modus
Sit? aut quanam unquam ob mortem Myrtili
Pœnis luendis dabitur ſatias ſupplicii?

Satias autem pro *ſatietas* interdum veteres dicebant; unde *Lucretius* lib. II. vſ. 1037.

--- *Feſſus* ſatiate *videndi.*

Et lib. V, 1390.

--- *juvabant*
Cum ſatiate *cibi.*

Sed ecce veritas elucet. Cùm aliquot ante annis hæc ſuperiora ſcripſiſſem, evolvendis *Charisii* monumentis inveni, unde ſint hi verſus. Sunt autem ab *Attio* Poëta ſumpti, quem ille

alicui, quem omnino iraſci poſſe negatis, Deus. At ſubvenire certè potuit, & conſervare urbes 39 tantas atque tales. Vos enim ipſi dicere ſoletis, nihil eſſe quod Deus efficere non poſſit, & quidem ſine labore ullo: ut enim hominum membra, nulla contentione, mente ipſa ac voluntate moveantur: ſic numine Deorum omnia fingi, moveri, mutarique poſſe. Neque id dicitis ſuperſtitiosè atque aniliter, ſed phyſica conſtantique ratione: materiam enim rerum, ex qua & in qua omnia ſint, totam eſſe flexibilem & commutabilem; ut nihil ſit, quod non ex ea quamvis ſubitò fingi convertique poſſit: ejus autem univerſae fictricem & moderatricem, divinam eſſe providentiam: hanc igitur, quocumque ſe moveat, efficere poſſe quicquid velit. Itaque aut neſcit quid poſſit: aut negligit res humanas: aut, quid ſit optumum, non poteſt judicare. Non curat ſingulos homines. [5] Non mirum: ne civitates quidem. Non eas? ne nationes quidem & gen-

ille nominat Inſtit. Grammat. lib. I. *P. Manucius.*

Ibid. *Quinam Tantalidarum internecioni modus* PARETUR] *Attii* ſunt verſus, ut patet ex *Chariſio* Inſt. Gramm. lib. I. col. 7. At apud eum legitur *internecioni modus* SIT, eamque lectionem ſecutus *Paullus Manucius*, metrum vitiavit. Ei tamen hæc laus debetur, quòd hos Iambicos eſſe primus animadvertit. *Davies.*

2 *Portenta* enim] Leg. *autem*. Has voces paſſim confuſas eſſe, jam monuimus. *Idem.*

3 *Nec* ego] *Reg.* & *Med.* habent, *nec* ERGO. Non malè. *Idem.*

4 *Non iratus alicui, quem iraſci poſſe negatis*, Deus] Sic edidit *Lambinus*; ſic legendum eſſe vidit vir Cl. *Joan. Clericus*; & ita diſertè repræſentat MS. *Regius*. Vulgò *Deum*, quod ſolœcam reddit orationem. *Idem.*

5 *Non mirum: nè civitates quidem*] Totus hic locus ita legitur in antiquo: *nimirum nè civitates quidem. Non eas? nè nationes quidem* &c. *Urſinus.*

Ibid. *Non mirum: nè civitates quidem*] Hunc locum ſic interpungendum puto. *Non curat ſingulos homines. Non mirum. Ne civitates quidem. Non eas. Ne nationes* &c. Eſt enim

& gentis. Quòd ſi has etiam contemnet, quid mirum eſt, omne ab ea genus humanum eſſe contemptum? [1] Sed quo modo îdem dicitis, non omnia Deos perſequi, îdem voltis, a Dîs inmortalibus hominibus diſpartiri ac dividi [2] ſomnia? Idcirco haec tecum, quia veſtra eſt de ſomniorum veritate ſententia. Atque îdem etiam vota ſuſcipi dicitis oportere. Nempe ſinguli vovent: audit igitur mens divina etiam de ſingulis. Videtis ergo; eam non eſſe tam occupatam, quàm putabatis? Fac eſſe diſtentam, caelum verſantem, terram tuentem, maria moderantem: cur tam multos Deos nihil agere & ceſſare patitur? cur non rebus humanis aliquos otioſos Deos praeficit? qui à te, Balbe, innumerabiles explicati ſunt. Haec ferè dicere habui de natura Deorum, non ut eam tollerem, ſed ut intelligeretis, quàm eſſet obſcura, & quàm difficiles explicatus haberet. [3] Quae cùm dixiſſet, Cotta finem. Lucilius autem, Vehementiùs, inquit, Cotta, tu quidem

quædam Dialogi ſpecies. *Davies.*

1 *Sed quomodo îidem dicitis* &c.] Mendosè hic operæ facerant ólim, *qui idem vultis* &c. pro *qui iidem vultis* &c. Hoc primum. Deinde legendum ita videtur, ut in nonnullis vulgatis, *perſequi, iidem vultis*, deleto *qui*. Nè hoc quidem modo malè legeretur: *ſed quomodo iidem dicitis non omnia Deos perſequi, qui vultis à Diis immortalibus* &c. deleto *iidem*. Sed priorem lectionem magis probo, cùm præſertim eam in duobus codicibus MSStis repeterim. *Lamb.*

2 Somnia? *Idcirco hac tecum*] Vox *ſomnia* abeſt ab antiquo Codice, nec dubito quin ſit omnino inducenda. *Urſin.*

Ibid. Si *Urſino* pareremus, tota funditus periret loci venuſtas. Eamque vocem, quam retinendam contendo, ſervant omnes noſtri; præterquam quod *Med.* repræſentet *omnia.* Sed & ille perperam. *Davies.*

3 *Quæ cum dixiſſet, Cotta finem*] *Reg. Med. Lincoln.* & editt. veteres habent, *finem fecit.* Sed ultima vox in quatuor *Pall.* non comparet, & à Librariis, orationis explendæ cauſſa, videtur adjecta. *Idem.*

4 *In* eam *Stoicorum rationem*] Mirum, ſi in vocula tam nota Librarii ſcriptores impegerint: nam *Pal.* tert. *Med. Reg. Lincoln. Aſcenſ.* & *Bonon.* 1494. *in meram. Pal.* pr. & P. *in*

aeram

quidem invectus es [4] in eam Stoicorum rationem, quae de providentia Deorum ab illis ſanctiſſime & providentiſſimè conſtituta eſt. Sed quoniam adveſperaſcit, dabis nobis diem aliquem, ut contra iſta dicamus: eſt enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro Deorum templis atque delubris, proque urbis muris, [5] quos vos, pontifices, ſanctos eſſe dicitis, diligentiuſque urbem religione, quàm ipſis moenibus cingitis: [6] quae deſeri à me, dum quidem ſpirare potero, nefas judico. Tum Cotta, Ego verò & opto redargui me, Balbe; & ea, quae diſputavi, diſſerere malui quàm judicare; & facilè me à te vinci poſſe certo ſcio. Quippe, inquit Velleius, [7] qui etiam ſomnia putet ad nos mitti ab Jove: quae ipſa tamen tam levia non ſunt, quàm eſt Stoicorum de natura Deorum oratio. Haec cùm eſſent dicta, ita diſceſſimus, ut Velleio Cottae diſputatio verior, [8] mihi Balbi ad veritatis ſimilitudinem videretur eſſe propenſior.

aeram iſtam. Pall. quart. & quint. *in aram iſtam Stoicorum rationem*: unde Gulielmius *rationem* pro Gloſſa habet legitque *in aram iſtam Stoicorum*. Ei tamen non adſentior. Quid enim facilius quam ſi reponas *in* AUREAM ISTAM *Stoicorum rationem*? Aureum dici, quicquid excellens ſit & laude dignum, norunt omnes. Vide *Hieroclem* in Aur. Carm. pag. 12. *Idem.*

5 *Quos* (muros) *vos pontifices, ſanctos eſſe dicitis*] Vide ſis Interpretes ad *Caii* Inſt. lib. II. Tit. I. pagg. 71, 72. ed. Schulting. *Idem.*

6 Quæ *deſeri à me*] Retineri poteſt hæc lectio, ſi *Tullius* ad ea omnia, quæ præceſſerunt, reſpexiſſe cenſeatur. At malim *quam deſeri*, ut pronomen ad religionem referatur. *Idem.*

7 *Qui etiam ſomnia putet ad nos mitti ab Jove*] Reſpexit ad *Homeri* verſum,

---Καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Urſinus.

8 *Mihi Balbi ad veritatis ſimilitudinem*] Apud noſtrum de Divin. lib. I. cap. 5. ait Quintus frater: *Satis enim defenſa religio eſt in ſecundo libro à Lucilio: cujus diſputatio tibi ipſi, ut in extremo tertio ſcribis, ad veritatem eſt viſa propenſior.* Huc etiam reſpicit *Auguſtinus* Civ. Dei lib. V. cap. 9. *Davies.*

FRAG-

FRAGMENTA.

E LACTANTII Div. Inſt. lib. II. cap. 3.

INTELLIGEBAT *Cicero, falſa eſſe, quae homines adorarent; nam cùm multa dixiſſet, quae ad everſionem religionum valerent; ait tamen,* [1] non eſſe illa volgo diſputanda, nè ſuſceptas publice religiones diſputatio talis extinguat.

Ex ejuſdem lib. II. cap. 8.

[2] *Cicero de Natura Deorum diſputans, ſic ait:* Primum

JOANNIS DAVISII Notæ.

1 *Non eſſe illa* &c.] Quamvis *Lactantius* librum non memoret, ex quo hæc ſint hauſta; tertio tamen libro de N. D. adſcribere nullus equidem dubitavi; nam, ut ait ille lib. 1. Div. Inſt. cap. 17. *totus liber tertius de Natura Deorum omnes funditus religiones evertit ac delet.* Idem de Irâ Dei cap. XI. *Tullius tertio de Natura Deorum libro diſſolvit publicas religiones.* Vide ſis & *Auguſtinum* C. D. lib. V. cap. 9.

2 *Cicero de natura Deorum diſputans*] Notat *Chr. Cellarius, materiam diſputationis ſignificari, non titulum libro præſcriptum, quia verba hæc in tribus de Natura Deorum libris, quos habemus, non reperiuntur. Aut ergo,* inquit, *ex libro ſunt deperdito, aut ampliores fuêre, de Natura qui ſunt Deorum.* Miror, unde factum, ut in hoc expediendo laborârit vir ille doctus; ampliorem enim fuiſſe librum III. de N. D. apertè monſtrant ingentes lacunæ in eo obviæ; & hanc ῥῆσιν ex iſto libro deſumtam eſſe patet, quod §. 55. Cottæ illam contrà Lucilium diſſerenti tribuat. Locus eſt adducendus, ut res in clarâ luce ponatur. *Explicet*, ait ille, *ſe Cotta, ſi poteſt ex hâc voragine-- oſtendat, quomodo quicquam ponderoſum & grave aut eſſe potuerit ſine auctore; aut immutari valuerit, ac deſierit eſſe, quod ſemper fuit; ut inciperet eſſe, quod nunquam fuit.*

3 *Tullius*

Primum igitur non eſt probabile, eam materiam rerum, unde orta ſunt omnia, eſſe divina providentia effectam; ſed habere & habuiſſe vim & naturam ſuam. Ut igitur faber, cùm quid aedificaturus eſt, non ipſe facit materiam, ſed eâ utitur quae ſit parata; fictorque item cerâ: ſic iſti providentiae divinae materiam praeſtò eſſe oportuit, non quam ipſe faceret, ſed quam haberet paratam. Quòd ſi non eſt à Deo materia facta, nè terra quidem & aqua & aër & ignis à Deo factus eſt.

Ex *Arnobii* lib. III. pag. 103.

Adduci——ut credamus non poſſumus, immortalem illam praeſtantiſſimamque naturam diviſam eſſe per ſexus, & eſſe partem unam mares, partem alteram feminas. Quem quidem locum plenè jamdudum homines pectoris vivi tam Romanis literis explicavêre, quam Graecis: & ante omnes [1]Tullius, *Romani diſertiſſimus generis, nullam veritus impietatis invidiam, ingenuè, conſtanter, & liberè, quid ſuper tali opinatione ſentiret, pietate cum majore monſtravit. A quo ſi res ſumere judicii veritate conſcriptas, non verborum luculentias pergeretis,* [2]*perora-*

JOANNIS DAVISII Notæ.

1 *Tullius -- nullum veritus impietatis invidiam*] Certo certius videtur, *Arnobio* in mentem fuiſſe tertium de N. D. librum. Quod ſi ſit, hic multò candidior fuit, quam Euangelus, qui cenſuit, ipſum Tullium, *quoties aut de* NATURA DEORUM, *aut de fato, aut de divinatione diſputat, gloriam, quam oratione conflavit, incondita rerum relatione* minuere. At, ut rectè *Symmachus*, Cicero *convitiis impenetrabilis est*. Vide *Macrobium* Saturn. lib. I. cap. 24. Omninò certè falſus eſt acerbus iſte cenſor.

 2 *Pero-*

[1] *perorata eſſet & haec cauſa, nec ſecundas, ut dicitur, actiones nobis ab infantibus poſtularet. Sed quid aucupia verborum, ſplendoremque ſermonis peti ab hoc dicam?* [2] *cùm ſciam eſſe non paucos, qui averſentur & fugiant libros de hoc ejus, nec in aurem velint admittere lectionem, opinionum ſuarum praeſumta vincentem.*

E *Nonio Marcello* voce *Dulcitas.*

Cicero de Deorum natura lib. III. Quin etiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxumè voluptarius, quique [3] dulcedine praeter ceteros ſenſus commovetur.

Servius ad Æn. III, 284.

Tullius in libris de Natura Deorum [4] tria millia annorum dixit magnum annum tenere.

Idem ad verſ. 600.

Cicero *ſpiritabile* dixit in libris de Deorum natura.

JOANNIS DAVISII Notæ.

1 *Perorata eſſet & hac cauſa*] Leg. *perorata eſſet hac cauſa*; deleta conjunctione, quam verbi præcedentis finis repetitus procreavit.

2 *Cum ſciam eſſe non paucos, qui averſentur*] Ergo fieri poteſt, ut ſuperſtitioſis his Ethnicis debeatur, quod mutilus ſit tertius de N. D. liber. Fortaſſe tamen meticuloſi quidam Chriſtiani hac culpa non fuerunt immunes. Non alii certè, quam hi, multos MStos à libri II. cap. 6. ad cap. 33. mancos reddidêre.

3 *Quique* dulcedine] Legendum *dulcitudine*, prout habet MS. C.C.C.C. in eo enim eſt *Nonius*, ut *dulcitatem* & *dulcitudinem* pro *dulcedine* poni confirmet. Et ita locus hic legitur lib. III. de Orat. cap. 25. Ut Librariis ſit adſcribendum, quod *libro III. de Natura Deorum* tribuatur. Simili modo peccarunt in *concalfacere. Cicero de Natura Deorum lib. III.* Et ait idem, cum brachium concalfecerit, tum ſe ſolere pugnare. At hæc exſtant lib. II. de Orat. cap. 68.

4 *Tria millia annorum*] Hoc iis repugnat, quæ ſtatuit noſter lib. II. N. D. cap. 20. & *Servium* memoriæ falſum puto.

ADDEN-

ADDENDA.

LIB I. cap. 15. ad finem notæ 3. adpones: Fortaſſe tamen defendi poſſit lectio recepta; cùm *omnem univerſamque naturam* dixerit *Auguſtinus* C. D. lib. VII. cap. 23.

Lib. I. cap. XLIV. pag. 108. col. 2 lin. antepen. poſt leg. *μηδὲν ἡμῶν* adde: vel potius εἰς *μηδὲν ἡμῖν*, ut *εἰς μηδὲν ἡμῖν χρησιμεύειν* dixit *Porphyrius* de Abſtin. lib. I. §. 54.

Lib. II. cap. II. pag. 113. ad finem notæ 4. adjice: Ut ad noſtrum redeam, licet eo quo dixi modo paſſim loquantur auctores, vulgatam tamen lectionem non puto repudiandam: nam ſimili modo *Antiochi & Perſei bellum* memorat *Auguſtinus* C. D. lib. III. cap. XI. ac *Pyrrhi bellum* noſter infra cap. 66.

ERRATA.

Relecto hoc opere, tria tantum in *textu* menda Typographica repperi. Videlicet

PAG. 31. lin. ult. pro *longum* eſſe *dicere* legas oportet *longum* eſt *dicere*. Pag. 59. lin. 11. pro *ant ſuſcepta* reponas *aut ſuſcepta*. Denique pag. 312. lin. 6. pro *perterbentur religiones* reſcribendum *perturbentur religiones*. Si qua forſan alia meos fugerint oculos, ea nullius eſſe momenti crediderim. Hoc de paucis iis, quæ in Notis animadverti, verum eſſe ſcio. Igitur ea candori permitto Lectoris.

SYLLA-

SYLLABUS locorum, ubi vel ordo vocum mutatur, vel in aliis minutiis, quas notæ textui ſubjectæ non memorant, vulgata lectio deſeritur.

LIB. I.

Cap. I. EAque *viſi* dijudicarur] Reg. Med. Lincoln. Vulgo *dijudicetur.*

Cap. II. *Rerum humanarum*] Reg. Med. Victor. Vulgó *humanarum rerum.* *Purè* atque *caſte*] Reg. Med. Victor. Vulgo *ac.* Nec *volunt*] Lincoln. Reg. Med. Victor. Vulgò *neque.* *Societas* generis humani] Ex Lincoln. Reg. Med. Victor. Vulgo *humani generis.* *Profecto fieri poteſt*] Lincoln. & Victor. Vulgo *fieri profecto poteſt.*

Cap. IX. *Circumſcriptio temporum*] Victor. Lincoln. Med. Vulgo *temporum circumſcriptio.* Ante *videlicet*] Victor. Vulgo *antea.* *Fere ut dicitis*] Victor. & Lincoln. Vulgo *ut fere dicitis.* *Propter paucos igitur*] Elienſ. Reg. Med. Vulgo *ergo.*

Cap. X. Neget ullam *eſſe pulchriorem*] Victor. Reg. Med. Vulgo *ullam neget.* *Qua vero* vita tribuitur] Reg. Med. Lincoln. Victor. Vulgo *tribuitur vita.* *Quoniam* mundi pars *eſt*] Elienſ. Victor. Med. Vulgo *pars mundi eſt.* *Mundi partes ſunt*] Elienſ. Victor. Med. Vulgo *partes mundi ſunt.* *Specie* deceat eſſe] Elienſ. Victor. Med. Vulgo *ſpecie eſſe deceat.*

Cap. XI. *Voluit eſſe*] Elienſ. Victor. Lincoln. Med. Reg. Vulgo *eſſe voluit.*

Cap. XV. *Quem* ante *dixi, æthera*] Victor. Elienſ. Reg. Med. Lincoln. Vulgo *antea.*

Cap. XVI. *Prælia, pugnas*] Elienſ. Victor. Reg Med. Vulgo *pugnas, prælia.*

Cap. XX. *Forma* & *Figura*] Elienſ. Victor. Med. Vulgo *atque.*

Cap. XXIII. *Commune* hoc eſt *argumentum*] Victor. Elienſ. Reg. Med. Vulgo *eſt hoc.*

Cap. XXIV. *Sed* tanquam *ſanguinem*] Elienſ. Reg. Victor. Med. Vulgo *quaſi.*

Cap. XXVI. *Quid* enim *in phyſicis*] Elienſ. & Lincoln. Vulgo *quid* eſt *in phyſicis* Te ſcire *iſta melius*] Elienſ. Victor. Lincoln. Med. Vulgo *ſcire te.*

Cap. XXVII. *Homini homine* pulchrius nihil *videatur*] Elienſ. Victor. Reg. Med. Vulgo *nihil pulchrius.*

Cap. XXVIII. *Ita* ſe res *habet*] Elienſ. Victor. Med. Reg. Vulgo *res ſe habet.*

Cap. XXIX. Una eſt *omnium facies*] Elienſ. Victor. Med. Reg. Vulgo *eſt una.*

Cap. XXX. *His vocabulis* eſſe Deos *facimus*] Elienſ. Reg. Victor. Vulgo *Deos eſſe.*

Cap. XXXII. *Nihil enim* ratione in rerum natura *factum eſſe*] Victor. Elienſ. Reg. Med. Lincoln. Vulgo *in rerum natura ratione.* *Decidiſſe de cælo* putamus in terras] Elienſ. Reg. Med. Victor. Lincoln. Vulgo *in terras putamus.* *Ut eſſemus ſimiles Deorum*] Elienſ. Reg. Med. Victor. Vulgo *ut Deorum ſimiles eſſemus.*

Cap. XXXIII. *De Deorum natura*] Victor. Elienſ. Reg. Med. Vulgo *de natura deorum.* *Si nihil comprehendendum* eſt] Elienſ. Victor. Bonon. Lincoln. Med. Vulgo *eſt* prætermittitur. *Ariſtotelem vexârit contumelioſiſſime*]

melioſiſſime] Reg. Med. Lincoln. Elienſ. Victor. Vulgo *contumelioſiſſimè Ariſtotelem vexaverit*.

Cap. XXXIV. *Si* impetraveritis] Elienſ. & Med. Vulgo *impetraritis*. *Eandem* hominum eſſe *& Deorum*] Elienſ. Victor. Med. Lincoln. Vulgo *eſſe hominum*.

Cap. XXXV. *Te* forma una *conturbet*] Victor. Elienſ. Med. Lincoln. Vulgo *una forma*.

Cap. XL. *Adhibetur ſenſibus*] Lincoln. Med. Reg. Elienſ. Victor. Vulgo *ſenſibus adhibetur*.

Cap. XLI. *Atomorum incurſione*] Elienſ. Victor. Reg. Med. Vulgo *incurſione Atomorum*.

Cap. XLII. *Confirmâſſe* videtur religionem] Elienſ. Victor. Med. Lincoln. Vulgo *religionem videtur*.

LIB. II.

Cap. IX. Nec *creſcere*] Elienſ. Victor. Med. Vulgo *neque*. *Nocte & die*] Victor. Elienſ. Med. Lincoln. Vulgo *die & nocte*. *Fieri temporibus hibernis*] Reg. Victor. Elienſ. Med. Vulgo *hibernis fieri temporibus*.

Cap. X. Eſſe incluſum *calorem*] Lincoln. Elienſ. Victor, Reg. Med. Vulgo *incluſum eſſe calorem*.

Cap. XI. *Et libero & puro*] Med. Elienſ, Reg. Victor. Vulgo *& puro & libero*.

Cap. XII. *Pars eſt corporis noſtri*] Reg. Med. Victor. Elienſ. Vulgò *pars corporis noſtri eſt*. Hoc homini *amplius*] Elienſ. Victor. Med. Reg. Vulgo *homini hoc amplius*.

Cap. XV: *Ad uſum atque victum*] Elienſ. Victor. Med. Reg. Vulgo *atque* ad *victum*.

Cap. XVII. *Nihil* excellentius fieri *poteſt*] Lincoln. Med. Reg. Victor. Elienſ. Vulgo *fieri excellentius*.

Quod etiam ipſe *probat*] Victor. Elienſ. Med. Reg. Vulgo *ipſe etiam*.

Cap. XX. *Infra autem hanc*] Med. Elienſ. Reg. Victor. Vulgo *infra hanc autem*.

Cap. XXI. *Nec verò* hæ ſtellæ] Med. & Reg. Victor. autem *ea ſtella*. Vulgo *ſtella ea*.

Cap. XXII. Naturam ita *definit*] Victor. Elienſ. Med. Reg. Vulgo *ita naturam definit*. *In operibus* artium noſtrarum] Med. & Reg. Vulgo *noſtrarum artium*.

Cap. XXIII. *Dictum* etiam eſt *de ſideribus*] Elienſ. Victor. Med. Vulgo *eſt etiam*.

Cap. XXIV. Rite Dî *ſunt habiti*] Med. & Victor. Vulgo *Dii rite*.

Cap. XXV. *Qui* terram tenero *circumjectu*] Reg. Elienſ. Victor. Med. Lincoln. Vulgo *tenero terram*.

Cap. XXVIII. *Quod nomen* patuit poſtea latius] Elienſ. Victor. Med. Vulgo *poſtea latius patuit*.

Cap. XXX. Prima pars *eſt*] Lincoln. Med. Elienſ. Victor. Vulgo *pars prima eſt*. *Tertius* eſt locus] Med. Victor. Elienſ. Vulgo *tertius locus eſt*. *Negandum eſt* eſſe Deos] Elienſ. Reg. Victor. Med. Lincoln. Vulgo *Deos eſſe*. *Nihil* eſt autem *præſtantius Deo*] Victor. Elienſ. Med. Lincoln. Reg. Vulgo *autem eſt*.

Mundum neceſſe eſt regi] Lincoln. Med. Reg. Victor. Elienſ. Vulgo *neceſſe eſt mundum regi*.

Cap. XXXI. *Humano in genere*] Med. Reg. Elienſ. Victor. Vulgo *in genere humano*.

Cap. XXXIII. *Quattuor* genera ſint *corporum*] Elienſ. Victor. Med. Lincoln. Vulgo *ſint genera*.

Cap. XXXIV. *Quod effici* optimum potuit] Lincoln. Med. Reg. Elienſ. Victor. Vulgo *potuit optimum*.

Cap. XXXVIII. *Tamque* inter ſe omnia *connexa*] Victor. Elienſ. Reg. Vulgo *omnia inter ſe*. Cum admirabili *celeritate*] Med. Lincoln. Elienſ. Victor.

Victor. Reg. Vulgo *admirabili cum celeritate.*

Cap. XXXIX. *In media* ſede mundi] Elienſ. Victor. Lincoln. Med. Reg. Vulgo *mundi ſede.* Exin *mari*] Elienſ. Reg. Victor. Vulgo *exinde.*

Cap. XL. *Varias ipſa* lucis mutationes *habet*] Elienſ. Reg. Lincoln. Med. Victor. Vulgo *mutationes lucis.*

Cap. XLII. *Septem* triones autem] Reg. Elienſ. Victor. Med. Lincoln. Vulgo *ſeptem autem triones.*

Cap. XLIV. Procyon Graio *quinomine*] Elienſ. Med. Lincoln. Victor. Vulgo *Graio Procyon.*

Cap. XLV. Quaſi quodam *vinculo*] Elienſ. Reg. Victor. Lincoln. Vulgo *quodam quaſi vinculo.*

Cap. XLIX. *Quam* efficiunt grues] Lincoln. Med. Reg. Elienſ. Victor. Vulgo *quam grues efficiunt.*

Cap. LIII. *Tam varia* & tam *jucunda*] Reg. Med. Elienſ. Victor. Vulgo *tamque jucunda.*

Cap. LV. Ipſo ab *ſpiritu*] Elienſ. Victor. Med. Vulgo *ab eo ſpiritu.*

Corpore toto *pertinentem*] Lincoln. Med. Elienſ. Victor. Vulgo *toto corpore.*

Cap. LVI. *Ab oculis* naribuſque] Elienſ. Victor. Bonon. Reg. Med. Vulgo *& naribus.*

Cap. LXII. *Hominum* eſſe facta *cauſſa*] Med. Lincoln. Aſcenſ. Vulgo *facta eſſe.*

Cap. LXIII. Ni *forte tanta ubertas*] Elienſ. Victor. Lincoln. Med. Vulgo *niſi.*

Cap. LXV. *Arripiet fortaſſe*] Elienſ. Reg. Med. Victor. Vulgo *fortaſſe arripiet.*

Cap. XLVII. Potius huc *conferas*] Elienſ. Lincoln. Med. Reg. Victor. Vulgo *huc potius.*

LIB. III.

Cap. II. *Dicentem de religione*] Med. Reg. Lincoln. Elienſ. Victor. Vulgo *de religione dicentem.*

Cap. III. *Rudem me* & integrum diſcipulum] Lincoln. Med. Elienſ. Victor. Reg. Vulgo *rudem me diſcipulum & integrum.*

Cap. IV. *Mihi enim unum* ſat *erat*] Victor. Elienſ. Med. Vulgo *ſatis.*

Cap. VII. *In te* eſt, Balbe] Elienſ. Victor. Med. Lincoln. Reg. Vulgo, *Balbe, eſt.*

Cap. IX. *Quod ratione utitur*, id *melius eſt*] Victor. Elienſ. Reg. Med. Vulgo vocem prætermittunt antepenultimam.

Cap. XIV. In *ſuum quæque locum*] Victor. Lincoln. Med. Reg. Vulgo *ſuum quæque in locum.*

Cap. XVI. *Homerus* apud inferos conveniri *facit ab Ulixe*] Victor. Reg. Med. Vulgo *conveniri apud inferos.*

Cap. XVII. *More majorum*] Lincoln. Med. Reg. Victor. Vulgo *majorum more.* *Colunt ad Occidentem*] Reg. Med. Lincoln. Victor. Vulgo *ad occidentem colunt.*

Cap. XIX. *Amphiaraus* erit Deus] Victor. & Med. Vulgo *Deus erit.*

Cap. XXIV. *Aliter* ſe rem *habere*] Med. Reg. Victor. Vulgo *rem ſe habere.*

Cap. XXVII. *Iis* eſt largita *rationem*] Med. Victor. Reg. Vulgo *largita eſt.*

Cap. XXVIII. *Herculi* nocere Deianira *voluit*] Victor. Reg. autem *Herculi obeſſe Deianira voluit.* Vulgo *Herculi Deianira nocere voluit.*

Cap. XXX. *Hanc igitur* tantam à *Dis inmortalibus arbitramur*] Med. Elienſ. Aſcenſ. & Victor. Vulgo *hanc igitur à Diis immortalibus* tantam *arbitramur.* *Ratio nocendi*] Med. Elienſ. Aſcenſ. Victor. Vulgo *nocendi ratio.*

Cap. XXXVIII. *Civitas ulla*] Med. Elienſ. Victor. Vulgo *ulla civitas.*

Portenta enim ab utriſque & flagitia *dicuntur*] Lincoln. Med. Victor. Vulgo *portenta enim & flagitia ab utriſque dicuntur.*

Cap. XL. *Dabis nobis diem*] Med. Aſcenſ. Victor. Vulgo *dabis diem nobis.*

INDEX
RERUM & VERBORUM,
Quæ in JOANNIS DAVISII Notis explicantur.

AButi in bonam partem ſumitur II, 60
Academicorum ſcientia nihil ſcire I, 7
Accidiſſet trabes III, 30
Acuere virtutem III, 19
Ægritudo Ciceronis ex Tulliæ ſuæ morte concepta I, 4
Ægyptii omnes eaſdem beſtias non colunt I, 29
Ægyptiis cur cultæ beluæ I, 36
Aër ſecundum Stoicos natura frigidiſſimus II, 10
Æſtuum maritimorum cauſſa II, 7
Æther pro aëre I, 37
Ætheris & æthræ differentia II, 45
Affici vi divina I, 14
Agnitio animi, idem ac cognitio I, 1. quare nobis acquiratur, cognitâ Deorum natura. Ibid.
Agripeta, colonus I, 26
Alcyonius (Pet.) immerito plagii damnatus III, 2
Alludere litoribus II, 39
Alvus pro ventriculo II, 54
Anactes Dioſcuri dicti, ut & *Anaces*, quam ob cauſam III, 21
Anaxagoras MOTUM mentis infinitæ vi confici ſtatuit I, 11
Anaximander innumerabilibus mundis divinitatem tribuit I, 10
Animus & *mens* ſynonyma, non item *anima*. III, 11
Antecanis II, 44
Anquirere II, 38
Antiſthenis Phyſicus I, 13
Ἄποπτος idem ac βέβαιος I, 1
Aquilenta pro aquilonia II, 19
Ariopagus pro Ariopagitis II, 29
Ariſtoteles in libris de Philoſophia Platonem ſequitur I, 13
Ἀσυμπαλαιεῖς non Ἀσυμπαλεῖς III, 18
Aſteria ex Jove Herculem peperit III, 16. Hecates mater III, 18
Atrei agnus aureus III, 27
Atheæ gentes nonnullæ I, 23
Aurora pro Sole I, 28

B.

Bacchus, Jovis & Proſerpinæ filius, Zagreus dictus III, 23

C.

Calidum, inconſultum I, 45
Candida vox *fuſca* opponitur II, 58
Capere tabernaculum II, 4
Caput arci comparatur II, 56
Catuli obitus qualis III, 32
Caulis pro braſſicâ II, 47
Cauſa ſæpe ſubintelligitur I, 22
Cedo, dic mihi I, 24
Cercops Pythagoreus I, 38
Certa verba II, 8
Cervæ ſe Seſeli purgant II, 50
Ciceronis ἁμαρτήματα μνημονικά II, 3. III. 7, 34, 36
Cincinnatæ ſtellæ pro Cometis II, 5
Circumfundere, circumdare II, 6

Circus

Circus pro circulo II, 18
Clades Reip. II, 3
Cleanthis liber de Voluptate I, 14
Coa Venus, Apellis opus I, 27
Codrus, Deus habitus III, 19
Cogi, concludi, colligi III, 13
Colere homines Dii recte dicuntur I, 41
Commenticium in *conventicium* mutari non debet I, 11
Conjuratio Jugurthina III, 30
Conſtituti ſunt in varietate, non eſt Ciceroniana loquendi ratio I, 1
Convexus, curvus II, 43
Corcodilus pro Crocodilo II, 52
Corona pro circumſtante populo II, 1
Coria Minerva III, 23
Crinitæ ſtellæ pro Cometis II, 5

D.

Dea Dia III, 22
Defectum corpus II, 44
Deficiat dies III, 32
Democriti ſententia de Deo I, 12
Deorſus & *Deorſum* I, 25. II, 33
Deteſtari invidiam, amoliri vel avertere I, 44
Diana Lucifera, omnivaga II, 27
Dictamni vis II, 60
Digiti, idem quod *Dactyli*, Idæi III, 16
Dionyſius Jovis Olympii fanum in Sicilia expilat III, 34
Dionyſii mors qualis III, 35
Dioſcuri plures III, 21
Dividere cibum in corpus II, 54
Doctus cetera I, 22
Ducere ſpiritu II, 39

E.

Εἴδωλον inferos petit III, 16
Eleuſina in nominandi caſu I, 42
Epicuri ſcripta de regula & judicio quare dicantur cælo delapſa I, 16
Epicurus quomodo videndi ſenſum fieri putet. I, 18
Epicurus non negavit hamata eſſe corpuſcula. I, 24
Epicurei rationem nuſquam ineſſe niſi in hominis figura contendunt I, 10. Deos ἀνθρωπομόρφους eſſe ſtatuerunt I, 30
Epicureos magiſtri ſui non puduit I, 40
Erechtheus Neptunus III, 19
Erodii num cum Pelicanis confuſi II, 49
Eumenidum fanum III, 18
Euripi motus III, 10
Extrema lineamenta I, 44
Exuri ex animo III, 5

F.

Febris fanum III, 25
Ficta ſimulatio I, 2
Fidei ædes II, 23
Florere ex Academiâ I, 26
Fontis numen III, 20
Fortunæ malæ ara III, 25
Furiæ Deæ III, 18
Fuſca vox candidæ opponitur II, 58

G.

Genus pro genu II, 44
Gurguſtium I, 9

H.

Haruſpices Etruſci II, 4
Helleniſmi Latinis ſcriptoribus uſitati I, 26, 44. II, 45
Hecate Aſteriæ filia III, 18
Hercules plures III, 16
Heſiodus ſerpentis lapſum cum flumine primus comparavit II, 42
Homerus non ipſum Herculem, ſed ejus ſimulactum conveniri facit apud inferos III, 11

I.

Janus a janua II, 27
Ibium utilitas I, 36
Ignis ſecundum Stoicos eſt omnis vis III, 14
Illexe pro illexiſſe III, 27
Imitari mundum II, 14
Immoderatum, immenſum II, 25
Imponere in cervicibus I, 20

Inhiare

Inhiare in ſigilla, cum admiratione ſtatuas intueri I, 30
Inſcientia cur cauſa & principium philoſophiæ I, 1
Inſita cognitio I, 14
Intendere & *remittere* opponuntur II, 12
Intermundia Deorum Epicureorum ſedes I, 8
Invehens, invectus I, 27
Invocatæ, non vocatæ I, 38
Juno Lucina à mulieribus partui vicinis implorata II, 27
Junctus juvencus II, 63

K.

Κεῖνος quaſi Χεῖνος II, 25

L.

Labes pro ruina II, 5
Lanuvini, non *Lanuini* I, 29
Liber & Libera, II, 24
Lingua plectro comparatur II, 59
Lucifera, Dianæ Epitheton II, 27
Luciferum & Heſperum diverſos faciunt nonnulli ſcriptores II, 20
Lunam terra majorem putârunt Stoici aliique nonnulli II, 40
Luſtratio Solis I, 31

M.

Manus, elephantorum proboſcis II, 47
Medea habita Dea III, 19
Mentis ædes II, 23
Minerva Coria unde dicta III, 23
Minoris & pluris II, 12
Mirari mundum II, 14
Μόνος paſſim ſubintelligitur II, 64
Muſarum variis auctoribus diverſus numerus III, 21
Mutuum pro alternis, invicem II, 53

N.

Nam, tranſitionis particula I, 12
Natura pro pudendis III, 22
Neceſſitas & *fortuna*, rationi opponuntur II, 16
Neptuni filius pro ſævo I, 23
Nominum levi mutatione in ludibrium & ignominiam detorquendorum mos I, 34
Nota ſimilitudo II, 40
Nuda pro ſola II, 32
Numeri ab auctoribus crebro mutantur, adeo ut à plurali ad ſingularem tranſeant I, 19. & à ſingulari ad pluralem I, 38

O.

Omnivaga, Dianæ Epitheton II, 27
Omnis natura rerum I, 14
Oratio recte *cohortari* dicitur III, 2
Orationis Lælii de Collegiis argumentum III, 2
Orbona Romanis culta III, 25
Orcus pro Plutone III, 17

P.

Palatum pro cælo II, 18
Parmenidis ſententia de Deo I, 11
Pater pro magiſtro III, 9
Pecudes cur aureum vellus gerere dictæ III, 27
Penates *penetrales Dii* vocati II, 27
Pennæ & pinnæ ſecundum Grammaticos differunt II, 52
Perſpecta mundi divinitate II, 15
Plato philoſophorum Deus II, 12
Piſcis à Syris cultus III, 15
Poculenta, non potulenta II, 56
Poſitivi cum ſuperlativis ſæpe junguntur I, 21
Præcepta cognitio I, 14
Πρόληψις Epicuro quid I, 16
Πρόνοια θεοῦ an primum à Platone dicta II, 31
Pulvis Mathematicorum II, 18
Pulmo, animal ſtupidum I, 26
Putreſcere & puteſcere II, 64
Pyralides in igne naſcuntur I, 37
Pythagoras cur IPSE dictus I, 5
Pythagoræ ſententia de Deo I, 11
Pythagorei cur ab animalibus abſtinerent II, 16

Q. Qua-

Q.

Quadrigarum inventrix III, 23
Quamvis licet III, 36
Quiritus, Romulus II, 24
Quot annos II, 52

R.

Ratio Stoicorum I, 14
Ratio eſt motus mentis I, 37
Rectus, erectus II, 56
Referre in Deorum numero Latine dicitur I, 12
Reflexus tereti cervice II, 42
Repellere I, 3

S.

Sabazius dictus Bacchus III, 23
Saturni Etymologia II, 25
Secta II, 22
Senator poſt nomen hominis hoc dignitate ſplendidi additus I, 6
Senescit hiems II, 19
Sequeſtrare, ſeparare III, 8
Signa pro ſtellis I, 9
Στερέμνια I, 18
Solarium pro clepſydra II, 34
Solem orientem ſalutandi mos I, 28
Sol quaſi ſolus II, 27
Stomachus pro gula II, 54
Subditi ignes II, 16
Sublime ferri II, 39
Sublimis fertur II, 45
Summa conſtat II, 4
Supera, ſupra II, 42
Superiores, vetuſtiores I, 10
Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον II, 44

T.

Tantum crebro ſubintelligitur II, 46
Tertullianus Thaleti & Crœſo id adſcribit, quod Tullius de Simonide tradit & Hierone I, 22
Θυμιᾶν idem ac ἄζειν I, 25
Thales cur aquam rerum eſſe principium docuerit I, 10
Thyone, Semele. III, 23
Titanis Minervæ mater III, 23
Tmolus Attei proavus III, 21
Tortus & totus conſuſi II, 42
Tranare, permeare II, 9

V.

Valere, contemtus & renunciationis formula I, 44
Venator naturæ I, 30
Venatio bello ſimilis II, 64
Veſtire floribus II, 39, 53.
Verbum pluribus nominibus adponitur, quod ſoli ultimo proprie convenit I, 17
Virgilius Ciceronem imitatur II, 45
Viſus pro ſpecie I, 5
Volim, velim II, 32
Volupiæ fanum & ara II, 33
Vomere ad cælum II, 34
Uſque à Thale Mileſio I, 33
Uſque ad eum finem, dum II, 51
Utrum ea fortuita *ne* ſint II, 34

INDEX

INDEX AUCTORUM

Qui in JOANNIS DAVISII Notis emendantur.

Aelianus V. H. I, 2. emend. ad — II, 48
xIII, 38. emend. ad — II, 50
Ampelius cap. IX. emend. ad — III, 21, 22, 23
Anacreon variis in locis emend. ad — II, 47
Antigonus Caryſtius c. 52. emend. ad — II, 49
Apollodorus Bibl. I, 9. emend. ad — III, 19
Aratus vſ. 71. emend. ad — II, 42
------ vſ. 130. defenſus — II, 63
Arnobius lib. IV. p. 170. emend. ad — III, 23
Auctor de computo emend. ad — II, 20
Auctor de cauſis Corr. Eloq. c. XVI. emend. ad — II, 20
Auctor vitæ Homericæ p. 304. emend. ad — II, 44
Baſilius Hom. XXIV. p. 575. emend. ad — I, 42
Cicero Acad. Quæſt. I, 12. emend. ad — I, 1
IV, 31 emend. ad — I, 5
pro Leg. Man. c. 8. defenſ. ad — I, 21
Fam. IV, 5. emend. ad — I, 24
de Legg. II, 9. emend. ad — II, 4
de Univ. cap. 6. emend. ad — II, 18
Claudianus de Rap. Proſ. I, 251. defenſ. ad — I, 37
Clemens Alex. Protr. pag. 19. emend. ad — I, 13
Pædag. II, 1. explic. ad — II, 18
Strom. I. p. 149. emend. ad — II, 64
V. p. 256. emend. ad — I, 12
Cyrillus in Julian. lib. X. p. 330. emend. ad — I, 30
Dion Chryſoſtomus Orat. IV. p. 64. emend. ad — III, 5
Diogenes Laertius X, 33. emend. ad — I, 16
Etymologicon M. emendatum. — III, 23
Euſebius Præp. Ev. XIII. p. 678. emend. ad — I, 12
VI, 11. defenſ. ad — II, 64
Euſtathius ad Iliad. Ω. p. 1500. notat. ad — I, 17
Euſtathius Antioch. in Hexaem. p. 33. emend. ad — II, 34
p. 28. emend. ad — II, 49
Firmicus (Jul.) de Error. Proſ. Rel. p. 35. emend. ad — II, 26
p. 33. emend. ad — III, 23
Flaccus (Val.) I, 283. emend. ad — I, 28
Gaudentius Serm. VIII. p. 86. emend. ad — I, 38
Germanicus in Arat. vſ. 106. emend. ad — II, 46
Homerus Hymn. XXVIII. emend. ad — II, 27
Iamblichus vit. Pyth. §. 84. defenſ. ad — I, 28
§. 25. emend. ad — III, 36

Iſidorus Orig. XI, 1. emend. ad — II, 55
Julianus Orat. VI. p. 182. emend. ad — II, 32
Juſtinus M. Apol. II. cap. 13. defenſ. — I, 1
Lactantius Div. Inſtit. I, 5. emend. ad — I, 11
I, 15. emend. ad — III, 19
II, 4. emend. ad — II, 1. III, 34
II, 8. emend. ad — I, 33
II, 12. emend. ad — I, 31
VII, 3. bis emend. ad — II, 5
De Ira Dei cap. XI. emend. ad — I, 42
Lucianus Icarom. Tom. II. p. 187. emend. ad — I, 16
Luctatius in Statii V. p. 239. emend. ad — III, 30
XII. p. 539. emend. ad — III, 18
Macrobius Saturn. I, 5. emend. ad — II, 5
Minucius Felix cap. 19. emend. ad — I, 13, 14
Nemeſius cap. 42. emend. ad — I, 44
Nonius cap. 4. emend. ad — II, 19
Plinius H. N. VII, 47. emend. ad — III, 27
Plutarchus Placit. Philoſ. 1, 3. notat. ad — I, 24
II, 7. emend. ad — I, 11
Plutarchus Tom. II. p. 1103. emend. ad — I, 44
Polyænus Stratag. VI, 7. emend. ad — III, 35
VII, Procem. emend. ad — I, 21
Pollio (Trebellius) p. 179. emend. ad — I, 30
Propertius l. II. El. XIX, 57. emend. ad — II, 2
Quintilianus VIII, 5. emend. ad — II, 15
Sedulius I, 212. emend. ad — II, 2
Seneca Herc. Fur. vſ. 693. emend. ad — III, 17
Servius in Æn. IV, 577. notat. ad — III, 22
Severus (Corn.) Ætn. vſ. 103. emend. ad — II, 42
vſ. 231. emend. ad — II, 18
Severus (Sulp.) Hiſt. Sacr. II, 21. defenſ. ad — I, 17
Sextus Empir. adv. Mathem. p. 311. emend. ad — I, 42, 43
p. 312. emend. ad — II, 37
p. 323. emend. ad — II, 7
Silius Italicus VI, 250. defenſ. ad — I, 22
VII, 154. emend. ad — II, 44
Stobæus Eclog. Phyſ. pag. 50. emend. — I, 11
pag. 51. emend. ad — II, 15
Strabo lib. XIII. p. 878. emend. ad — III, 15
Suetonius Octav. cap. 70 emend. — I, 1
Suidas in Ἐπίκουρος emend. ad — I, 26
Tatianus cap. 13. emend. ad — III, 21
Themiſtius Or. XXI. pag. 245. emend. ad — II, 62
XXIII. p. 287. emend. ad — I, 40
Theocriti Scholiaſt. in Idyll. XVII, 69. emend. ad — III, 21
Tzetzes ad Lycophronis vſ. 355. emend. ad — III, 25
Valerius Maximus I, 1. emend. ad — I, 25
Xenophon Memor. I, 4. emend. ad — II, 6

JOANNIS

JOANNIS WALKERI EMENDATIONES AD LIBRUM PRIMUM DE NATURA DEORUM.

Cap. V. IPSE *dixit.* ipſe autem erat Pythagoras. *tantum opinio præjudicata poterat*] Editio Veneta 1492. ſic legit; *Ipſe dixit: αὐτὸς ἔφα. Ipſe autem erat Pythagoras.* Totum, mea ſententia, merum gloſſema. Lego igitur, *Ipſe dixit. Tantum opinio præjudicata poterat.* Vid. Not. ad cap. 30. Sequitur, *Ex quo exiſtit* ET *illud multa eſſe probabilia.* Edit. Venet. *Ex quo exiſtit* & *illud* oſtenditur *multa.* Legendum vero cum MS. Reg. *Ex quo exiſtit illud* &c.

Cap. VII. ATQUI *mihi quoque videor*] Scribendum, ATQUE *mihi* &c. Cum enim ſupra Cotta dixerit, *Peropportune venis*; neceſſe eſt ſequatur, atque *mihi quoque videor opportune veniſſe.*

Cap. VIII. *Ædificatoremque mundi Platonis* DE *Timæo deum*] Nunquam equidem intellexi quinam eſſet ille Platonis de Timæo Deus; In quo ſi lector etiam hæreat, legat mecum, --- *Platonis* IN *Timæo Deus.* Ita Tuſc. Diſput. Lib. 1. pag. 4421. Edit. Lamb. *Ille, qui* IN *Timæo mundum ædificavit Platonis Deus.* Sic ſæpius Noſter his ipſis De Natura Deorum & aliis libris; Quinctilianus, Lactantius ſic ſemper loquuntur. Simile mendum adhuc hæret in initio Libri tertii de Legibus, Ubi ſic Atticus, *ſane quidem ſicut* DE *religionum lege feciſti*; at legendum, -- IN *religionum lege*; poſt enim p. 4985. *ut* in *religionum lege feciſti.* Lactantius Divin. Inſtit. Lib. 1. cap. 8. *Cujus* (unius Dei) *vim majeſtatemque tantam eſſe dicit* IN *Timæo Plato, ut eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quiſquam poſſit*; in quo eum Platonis locum expreſſit, quem Cicero in Timæo ſuo p. 5054. ſic vertit; *atque illum quidem, quaſi parentem hujus univerſitatis invenire, difficile; &, cum jam inveneris, indicare in Vulgus, nefas.* Male Lambinus *prædicare:* legendum ſcilicet, dicere *in vulgus.* ipſa Platonis verba ſunt εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Vid. etiam Minuc. Fel. cap. 19. & Tertull. Apol. cap. 45.

Cap. IX. *Quid autem erat, quod concupiſceret Deus mundum ſignis & luminibus, tanquam ædilis, ornare?* SI *ut Deus ipſe melius habitaret: antea videlicet*] Languet profecto, neque unquam ſatisfecit mihi oratio illa SI *ut Deus ipſe melius habitaret.* MS. quidem Reg. ſic diſtinguit, *ſi ut Deus ipſe melius habitaret?* Unde lego,--*ornare? ut Deus ipſe melius habitaret? antea videlicet* &c. Sic De Divin. Lib. 2. cap. 59. *&,* SI *ſine medico*

medicinam dabit Minerva; Muſa ſcribendi, legendi, ceterarum artium ſcientiam non dabunt? omnino legendum, *&, ſine medico medicinam dabit Minerva, Muſa* &c. Adde locum Quinctil. deſcriptum in notis ad L. 1. cap. 30. Lactantio contra reſtituendum eſt SI, a Librariis, ni fallor, male omiſſum; apud quem de opificio Dei cap. 6. ex MSS. Cant. & conjectura ſic lego; *hac, inquam,* SI *prius* providet, *ut quacunque* ſint *perfecto jam operi neceſſaria, cum ipſis fundamentis pariter ordiatur.*

Ibid. *Deinde quod ita multa ſunt incommoda in vita,* UT EA *ſapientes commodorum compenſatione leniant, ſtulti nec vitare venientia* POSSINT, *nec ferre præſentia*] Probat omnes ſtultos eſſe miſeros, primo quod ſtulti ſunt; deinde quod permulta ſunt incommoda in vita, quæ ſtulti nec vitare poſſunt, nec ferre. Hæc plane hujus loci ſententia eſt, quam tamen non facile ex his verbis elicies. Edit. Venet. & MS. Oxonii dant POSSUNT. Reſcribe igitur mecum, niſi ſi quid melius occurrat, levi immutatione; --- *in vita,* QUÆ UT *ſapientes --- venientia* POSSUNT &c. Corrupit, credo, hunc locum eorum nimia diligentia, qui non intelligebant *ita multa, ita magna* & ſimilia, apud Noſtrum alioſque Scriptores abſolutè poni.

Cap. XII. *Tum ſcientiam intelligentiamque* NOSTRAM, *nonne in maximo errore verſatur?*] Noſtramne vero ſcientiam intelligentiamque in Deorum numerum retuſit Democritus? Ridicule profecto eum Minucius (quod tamen in nonnullis aliis fecit) inter eos philoſophos recenſuiſſet, qui in unum patrem Divum atque hominum, & in unitatem providentiæ, etſi variis ſermonibus, rebus tamen ipſis, conſpirarent, ſi intelligentiam noſtram Deum cenſuiſſet; quæ quàm incerta, quàm nulla fuit ei, qui veritatem in profundo demerſam exiſtimavit! audiamus ipſum Minucium cap. 19. *Quid Democritus? quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque Naturam, quæ imagines fundat, &* INTELLIGENTIAM *Deum loquitur?* Hinc apud Noſtrum reſcribo -- *intelligentiamque, nonne in* &c. *noſtram* ſcilicet, male natum ex *nonne*, Librarii nobis obtruſere.

Ibid. *Quod vero ſine corpore ullo Deum vult eſſe, ut Græci dicunt, ἀσώματον*] Ita editiones quotquot vidi. Legendum vero, --- *vult eſſe,* ET, *ut* &c. Quinct. Lib. 4. cap. 1. *Diſſimulata enim,* ET, *ut Græci dicunt, ἀντίφρασις actio.* Lib. 5. cap. 14. *Nam quid lege miſerius illa velut præformatas infantibus literas perſequentium,* ET, *ut Græci dicere ſolent, quem mater amictum dedit, ſolicite cuſtodientium?* In ſequentibus vero Lib. 1. cap. 50. De Oratore, delendum eſt ET, *Eademque ratione dicantur,* ET *quos φυσικοὺς Græci nominant, iidem poeta, quoniam Empedocles Phyſicus egregium Poema fecerit.* Lego *dicantur, quos -- iidem --* &c.

Cap. XIII. *Et tamen modo* mundum, *tum mentem divinam eſſe putat*] Recte hic ſubodoratus eſt mendum Lambinus, quod tamen non æque feliciter ſuſtulit; Libere enim, ut ſolet ille, ſcribit (quomodo etiam antea Manucius) *& tum mundum, tum mentem Deum eſſe putat.* Acute vidit verbum DEUM deeſſe, quod, ſi placet, ſic mecum repone, *modo* mundum Deum, *tum mentem divinam eſſe putat,* ſcilicet Deum. Lactantius De opificio Dei cap. 16. *Et miratur aliquis ſi* DIVINA MENS DEI *per Univerſas mundi partes intenta diſcurrit* &c. atque ita MSS. Cantab. Minuc. Fel. cap. 19. *Heraclides Ponticus quoque* DEO DIVINAM MENTEM, *quamvis varie, adſcribit, alias mundo, alias* menti divinæ *tribuens principatum.* Quæ verba & Manucium Lambinumque non recte *mentem divinam* mutaſſe, & recte verbum

Deum

Deum reſtitutum eſſe, ita, ut ne dubitari quidem poſſit, probant.

Ibid. *Nec vero Theophraſti* INCONSTANTIA FERENDA *eſt*] Hunc locum ſuſpectum facit egregius codex Elienſis, qui hoc modo exhibet ------ *inconſtantior ſententia eſt*; quàm proximè, ut mihi quidem videtur, ad verum. Legendum enim certiſſime, *Nec vero Theophraſti* CONSTANTIOR SENTENTIA *eſt*. Particulæ *Nec vero* id flagitant & probant.

Ibid. *Modo enim menti* DIVINUM *tribuit principatum*] Ita editiones; nequeo tamen facile aut intelligere, aut concoquere *divinum illum principatum*. Nonne *humanum* etiam *principatum* menti tribueret Theophraſtus? Quid autem illud ipſum eſt quod dicit *divinum principatum*? Non unquam ita noſter, non alii locuti ſunt; infra cap. 15. *tum ejus ipſius* principatum, *qui in mente & ratione verſetur:* Lib. 2. cap. 11. Principatum *autem id dico, quod Græci* ἡγεμονικὸν *vocant: quo nihil in quoque genere nec poteſt, nec debet eſſe præſtantius.* Et plura ibidem. Vid. Diog. Laert. p. 522. Edit. Caſaub. Tuſc. Diſput. Lib. 1. p. 4405. Lactant. Lib. 1. cap. 5. Quapropter omnium, ut opinor, aſſenſu legamus, *menti* DIVINÆ *tribuit principatum.* Minucius ſupra citatus ipſa Ciceronis verba, ex hoc loco expreſſa, nobis repræſentat, cum ſcribit, *menti* DIVINÆ *tribuens principatum.* Qui locus rem omnem conficit. Supra hoc ipſo capite, *Ariſtoteles -- menti tribuit omnem divinitatem.* Jam vero *mens divina* a Lucretio, Livio, Arnobio, Lactantio, Noſtro denique frequenter memorata. Liceat hic corruptum eo verbo Arnobii locum obiter reſtituere. Ille igitur in initio fere libri Sexti ſic, ut jam dant Editiones; *Et quid amplius poſſumus vel honoris eis attribuere, vel dignitatis, quàm quòd eos in ea ponimus parte, qua rerum caput & dominum, ſummumque* *ipſum Regem, cui debent* DIVINA *nobiſcum quod eſſe ſe ſentiunt, & vitali in ſubſtantia contineri?* Lego *cui debent* DII UNA *nobiſcum* &c.

CAP. XVIII. Cùm *infinita ſimillimarum imaginum ſpecies -- cùm maximis voluptatibus*] Hæret hic ſententia, neque ullum habet exitum. Lego, CÙMQUE *infinita --* TÙM *maximis* &c. quomodo infra cap. 37. *neque deficiat unquam ex infinitis corporibus ſimilium acceſſio: ex eoque fieri, ut in hac intenta mens noſtra, beatam illam naturam & ſempiternam putet.*

CAP. XX. *Quod quia quemadmodum natura efficere ſine aliqua mente poſſit, non videtis: ut Tragici poetæ, cum explicare argumenti exitum non* POTESTIS, *confugitis ad Deum*] Ita omnes, quas vidi, Editiones, neque Editores vel verbulo uno ſignificant quicquam duri ſubeſſe. Quia, inquit, non videtis quemadmodum natura ſine aliqua mente mundum, vel etiam innumerabiles mundos, poſſit efficere -- Quid deinde? illico confugitis ad Deum. Nullus igitur iis in hac re argumenti exitus explicandus. Quinetiam ii mali ſunt & inepti Tragici poetæ, qui nihil penſi habent, cum nullus ſit dignus Deo vindice nodus, temere ad Deum confugere; tum enim demum, cum aliter explicari argumenti exitus non poteſt, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς recte adhiberi poteſt. Sed hoc non eſt a Tullio; nimirum ille ſic dedit, -- *non videtis, ut tragici poetæ cum explicare argumenti exitum non* POSSUNT &c. Vera, ut opinor, & certa eſt emendatio; fidem faciant Platonis verba, ab Urſino ad hunc locum obſervata, unde Noſter videtur hæc ſumpſiſſe, εἰ μὴ ἄρα δὴ, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες. Lib. 4. cap. 10. *Sed omnium talium rerum ratio reddenda eſt. Quod vos cum facere non poteſtis, tanquam in a-*

ram, confugitis ad Deum. Vid. pag. 5272. & p. 5294. & p. 3928. Ed. Lamb. & Plutarchum vol. 1. p. 108. 109. Ed. H. Steph. ubi lege & diſtingue οἱ δὲ τοὐναντίον δρῶσι. τοὺς μὲν -- ἀφαιροῦνται· τοὺς δὲ &c. Simili mendo fœdantur adhuc Lactantii codices De Ira Dei cap. 7. quod ſatis eſt indicaſſe.

CAP XXIV. *Sed veri tamen ſimiliora, quam* veſtra: iſta enim flagitia *Democriti, ſive etiam ante Leucippi, eſſe corpuſcula quædam levia*] Salebroſus hic locus eſt, & in quo aliquando hæſi. Cur enim hæc flagitia, ſive Democriti, ſive Leucippi, Epicureo objiciuntur, ſi non ſunt etiam Epicuri, quod hinc nullo modo diſcimus? Reſtituendus eſt ſcilicet & ſanandus corruptus locus, priuſquam aggrediaris explicare. Reſcribo igitur -- *quam* veſtra iſta, flagitia *Democriti, ſive etiam ante Leucippi, eſſe corpuſcula, quædam levia,* &c. Lactant. Lib. 1. cap. 21. *Sed unde iſti errores & hæc tanta* flagitia *manaverint.* Noſter hoc ipſo capite, *ante enim judicaſti, Epicureum te eſſe oportere, quam* iſta *cognoviſti. Ita neceſſe fuit aut* hæc flagitia *animo concipere.* Similis omnino eſt locus in Lib. 2. De Finibus cap. 29. etiam in hoc ſimilis quòd ſit corruptiſſimus, *Potius ergo illa dicantur, turpe eſſe viro debilitari, dolore frangi, ſuccumbere.* Nam *iſta veſtra ſi gravis, brevis* &c. Lego & diſtinguo, -- *viro debilitari dolore, frangi, ſuccumbere,* quam *iſta veſtra* &c. Corrupta ſunt etiam quæ ibidem ſequuntur, ſed non vacat jam expendere. Lactant. De Ira Dei cap. 10. *nonne prodigio ſimile eſt, aut natum eſſe hominem qui* hæc *diceret; aut extitiſſe, qui* crederet? (Lege cum MSS. 2. Cant. *crederent?*) *ut Democritum, qui auditor ejus* (Leucippi) *fuit,* vel (Lege *&*) *Epicurum, in quem vanitas omnis de Leucippi fonte profluxit*: Id. Lib. 3. cap. 17. *hanc Epicuri perſuaſionem,* ſive *illa Democriti, ſive Dicæarchi fuit.* Id. Lib. 7. cap. 3. *Quod quia docere non poterat Epicurus,* ſive *Democritus.* Sequitur cap. 25. *ait atomum cum pondere & gravitate &c.* Sed MS. Reg. *ait* enim *atomum,* recte omnino & vere.

CAP. XXVI. *In Deo quid ſit quaſi corpus,* AUT *quaſi ſanguis intelligere non poſſum.* Lego ET *quaſi ſanguis.* Sic hoc capite, *nunc iſtud quaſi corpus,* ET *quaſi ſanguinem.* Et, *itaque corpus quid ſit, ſanguis quid ſit, intelligo: quaſi corpus,* ET *quaſi ſanguis, quid ſit* &c. Poſt hoc capite ſic diſtingue, *Neocles agripeta venerat*: *ſed, cùm* &c.

CAP. XXVII. *Deinde,* UT, *quoniam rebus omnibus excellat*] Quidam amicus meus legit, *deinde* QUÒD, *quoniam* &c. non deeſt hoc loco copia rationum --primùm, quòd, -- deinde, quòd, -- tertiam rationem affertis, quòd -- & profecto, niſi me fallit animus, τὸ UT locum τοῦ QUOD apud noſtrum ſæpius occupavit. Pauca exempla proferam. Ad Atticum Lib. 14. Epiſt. 18. *epiſtolas ſcripſi: earum exempla tibi miſi, non* UT *deliberarem reddendæne eſſent -- ſed* quòd *non dubito* &c. Lego, *non* QUÒD *deliberarem* &c. Acad. Quæſt. Lib. 1. cap. 12. *verum eſſe autem arbitror,* UT *Antiocho, noſtro familiari, placebat* &c. Lego, QUOD *Antiocho* &c. De Finibus Lib. 2. cap. 13. *quod is non tam* UT *probaret, protulit.* Lego QUÒD *probaret.* Jam MS. Reg. & Edit. Venet. legunt, *quod nulla alia figura* &c. non diſplicet; poſt lego, *terra, mari* VE *beluam.*

CAP. XXX. *Non pudet igitur Phyſicum,* id eſt, ſpeculatorem, venatoremque naturæ *ab animis conſuetudine imbutis, petere teſtimonium veritatis?*] Non leviter nec ſemel hic peccatum eſt; Nam ut concedam cætera recte ſeſe habere, interpungendum certe fuit hoc modo, -- *venatoremque naturæ, ab animis* &c. Sed longe alia res eſt, & nollem profecto tam putidum gloſſema noſtrum tam diu fœdaſſe. MS. Reg. *Ventilatorem* habet, non *ve-*

natorem;

naturam; ejuſdem commatis utrumque. Quid enim eſt *ſpeculator & Venator Naturæ?* aut quî neceſſe fuit notum verbum tam minute explicare, ubi non ea res agitur? Qui hæc aut Ciceroniana aut Latina putat, haud mecum ſentit. Ego totum hoc, ut a mala manu profectum, recido, & ſic Lego. *Non pudet igitur Phyſicum, ab animis* &c. De Divin. Lib. 2. p. 4865. Nonne pudet Phyſicos *hæc dicere?* & p. 4867. *Quis hoc* Phyſicus *dixit unquam?* In principio Lib. 3. de Finibus. *Itaque & Dialectici & Phyſici verbis utuntur iis, quæ ipſi Græciæ* NOTA *ſunt.* Lege verò mecum - - *Græciæ* NOVA *ſunt.* Quinct. Lib. 2. cap. 14. *Nam certe* SI *& Phyſicos, & Muſicos, & Geometras dicam: nec vim afferam his nominibus indecora in latinum ſermonem mutatione.* Legebam, *nam certe & Phyſicos* &c. quomodo olim Raph. Regius. Multæ hujuſmodi gloſſæ a viris doctis in Cicerone ſunt deletæ; ut hoc libro cap. 8. a Manucio, Lib. 2. cap. 29. ab Urſino, a Lambino, aliiſque, multis in locis; reſtant tamen multæ adhuc delendæ. En tibi paucas. de Divin. Lib. 1. p. 4896. *Demoſthenes quidem, qui annos abhinc prope* 300 *fuit, jam tum* φιλιππίζειν *Pythiam dicebat,* id eſt, quaſi cum Philippo facere. *Hoc autem eo ſpectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret.* Deleo hoc totum, *id eſt, quaſi cum Philippo facere.* De Finibus Lib. 3. cap. 5. *jam membrorum,* id eſt, partium corporis *alia videntur propter eorum uſum a Natura eſſe donata.* Deleo *id eſt partium corporis.* In Lucullo pag. 4195. *Cum hoc igitur Dialectici pugnent,* id eſt Antiochus & Stoici: *totam enim evertit Dialecticam.* Deleo, *id eſt, Antiochus & Stoici.* Ita male etiamnum eſt Ciceroni, quod merito indigneris. antea cap. 19. Lego, ſin una *omnium facies* &c.

Ibid. *Age & his vocabulis Deos eſſe facimus, quibus a nobis nominantur*] Sic, quotquot vidi, Editiones. MS. Reg. *eſſe faciamus.* Lego, ---- *Deos eſſe* faciemus. jam ſupra, *iſto enim modo dicere* licebit *Jovem ſemper barbatum,* &c, *claudum igitur* habebimus *Deum.*

CAP. XXXI. *Mentem aliquam ſempiternam in Deorum* NATURA *ponere*] Nihil variant codices, neque tamen unquam mihi ſatis ſe probabat illud *in Deorum natura ponere.* Memini Arnobium primo libro ſcripſiſſe, quod non ſit prorſus ab hac re alienum. Ita ille, *Nam ſi omnes concedimus unum eſſe principem ſolum, quem nulla res alia vetuſtate temporis antecedat, poſt illum neceſſe eſt cuncta & nata eſſe & prodita,* & in ſui nominis proſiluiſſe naturam. Sed ſubiit continuo animum, quoties hunc Ciceronis locum lego, reſcribendum eſſe, *in Deorum numero ponere* vel *reponere;* quomodo noſter aliique centies, ne dicam ſemper, ſunt locuti. ſupra lego, *aliquid* eſſe *beatum & immortale, an, ſi quod ſit* &c.

Ibid. Quæ *ſunt tanta animi anguſtia, ut, ſi Seriphi natus* ESSES, *nec unquam egreſſus ex inſula, in qua lepuſculos vulpeculaſque ſæpe vidiſſes, non crederes leones & pantheras eſſe, cum tibi, quales eſſent, diceretur? ſi vero de Elephanto quis diceret, etiam rideri te putares*] Totum locum deſcripſi ut de eo facilius judicet Lector; mihi quidem ſemper inconcinnus & ſalebroſus viſus eſt; quinetiam fruſtra tentavi cum antecedentibus aut ſubſequentibus plane connectere. Refingendus omnino locus eſt; & forte hoc modo refingendus, *non credant:* quæ *ſunt tantæ animi anguſtiæ,* ut ſi *Seriphi natus, nec* --- *diceretur;* --*rideri te putares.*

CAP. XXXII. ET *Tu quidem, Vellei, non veſtro more*] Lego, AT *Tu quidem, Vellei,* &c. hoc eſt, At vero Tu, Vellei, acute & dialectice diſputas, non ut hic (Epicurus) quocum jam locutus ſum. Vide cap. 31. *Jam*

[illegible] cum ista Epicuri [illegible], &, cum quid [illegible], Epicure, Tulli?

Ibid. *Quid opus erat te gradatim istuc pervenire?* Quid autem est istuc gradatim? Ita MS. Reg. Edit. vet. Venet. *Quid autem est istuc: gradatim [illegible] suo jure.* Quæ non [illegible]. [illegible] mihi hæc verba [illegible] [illegible] [illegible]. At [illegible], nec [illegible] [illegible] esse [illegible] Quem [illegible] hoc [illegible] [illegible] enim ita esset, [illegible] opus erat te gradatim istuc pervenire. [illegible] Ita bene jam procedit sententia, ut [illegible] a [illegible] quærere, quid opus erat [illegible], *quid autem est istuc gradatim*, tam insicetum nobis occurrere [illegible] *quid autem est istuc gradatim*, ac alienum a Tullio, e medio prorsus tollam. Quis non videt e Magistri [illegible]?

Ibid. *Nec vero intelligo cur maluerit Epicurus Deos hominum similes dicere, quam homines Deorum. Quæres quid interſit. Si enim hoc illi ſimile eſt, eſſe illud huic* video. Sed *hoc dico* Aut valde fallor, aut aliter legendus eſt hic locus; &, ſublata prava diſtinctione, reſtituendus ſententiæ novus nitor. ſic igitur interpungamus. *Quæres, quid interſit: ſi enim hoc illi ſimile ſit, eſſe illud huic.* Video: ſed *hoc dico* &c. Similiter cap. 40. ubi editi ſic habent. *Quorum tandem bonorum? voluptatum. Credo: Nempe ad corpus pertinentium*, MS. Reg. & Edit. Venet. ſic diſtinguunt; *Voluptatum credo, nempe* &c.

Ibid. *Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna. nihil enim in rerum natura ratione factum eſſe vultis. ſed tamen quis iſte tantus caſus? unde tam felix* &c.] Ita exhibent Editiones Lambin. Gronov. in hoc pejor Gronoviana, quod pendente ſenſu & ſententiâ Sectionem orditur à *ſed*. Locus cætera rectus, ſic tamen diſtinguendus eſt --*tanta fortuna* (*nihil--vultis*) *ſed tamen* -- *caſus*, *unde* &c.

CAP. XXXIII. *Nauſiphanem Magnum finxit, a quo NIHIL didicerat, cum male acceptus?* Ita MS. Reg. Edit. Venet. Ald. Lamb. Gronov. plane [illegible], & contra rem ipſam. Quid enim cum [illegible], Epicurum, qui [illegible] [illegible] [illegible], male accepiſſe [illegible] [illegible] [illegible] quem [illegible] [illegible] potuiſſet, a quo plane nihil didiciſſet. [illegible] omnino [illegible] eſt Epicurum a Nauſiphane nihil didiciſſe; teſtis [illegible] ipſe Cotta cap. 26. *In Nauſiphane Democriteo [illegible]:* (Epicurus) *quem cum a ſe non neget auditum*, *vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui ſi hæc Democritea non audiſſet, quid audierat* (ſcite, *quid de eo ſenſerit?*, Quid eſt (Leg. cum Edit. Venet: *Quid enim*) *in Phyſicis Epicuri non a Democrito?* cum igitur hæc omnino ſint contraria, & impoſſibile ſit, quos immerentes Epicurus laceraverit, annumeretur Nauſiphanes, quem, ſi ab eo *nihil* didicit, merito vexaret; Quiſquamne adhuc exiſtimabit ita Tullium dediſſe? Periclitanda igitur alea eſt, ut hanc etiam maculam eluamus. Lego, *a quo* ILLA *didicerat*. Nihil & Nil in Veteribus libris nunc hoc, nunc illud, promiſcue leguntur. Atque ut in ſupra citato loco *hæc Democritea*, reſpondent *Nauſiphane Democriteo*; ita hic, *illa didicerat* referuntur ad *Democritum ipſum*. Vid. Sextum Empiricum adverſ. Mathem. p. 1. 2. appoſitiſſime ad hæc confirmanda. De Finibus Lib. 1. *qui aut ſaperet aliquid, aut iſta didiciſſet*, de Epicuri ratione dictum eſt; & paulo poſt, *Quid enim me prohiberet Epicureum eſſe, ſi probarem quæ ille diceret? cùm præſertim* illa perdiſcere *ludus eſſet*. De legibus Lib. 3. cap. 6. *ab* HAC *familia magis iſta manarunt, Platone principe*. Lego, *ab* ALIA *familia* &c. dein cap. 34. Lego, *cum cæteris rebus inferioris* SUMUS. *forma pares ſumus?* res ipſa videtur id poſtulare.

CAP. XXXV. *Quæ negemus eſſe, quia nunquam*

nunquam vidimus:] Si velis addere vim orationi, ſic mecum interpunge, *Qua negemus eſſe, quia nunquam vidimus?*

CAP. XXXVI. *Qui, etiamſi aberrant* A *conjectura, video tamen quid ſequantur*] *Aberrare a conjectura* aut ſane nihil eſt, aut ſaltem in hoc loco nihil. Reſcribo, *Qui, etiamſi aberrant conjectura.* Ita res & ratio poſtulat, itaque noſter alibi locutus eſt; ad Atticum. *quanquam Vereor, ne nihil* CONJECTURA ABERREM. Lib. 2. De Nat. Deor. cap. 4. *in his ſi qui erraverunt, non Deorum natura, ſed hominum* conjectura peccavit.

CAP. XXXVII. *Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere, ut, ſi ſe commoverit, vereamur ne beatus eſſe non poſſit.*] Tantumne ſui oblitus eſt Cotta, ut jam, quod ante redarguerat, defendat! Epicurumne de Diis ita ſentientem derideat, illius ſententiæ adſcribens ſuam? Minime Ille quidem; lege igitur cum interrogatione — *vereamur ne beatus eſſe non poſſit?*

Ibid. SIC *enim dicebas, ſpeciem Dei percipi cogitatione, non ſenſu*] Lego SED *enim dicebas,* &c. cap. 34. SED *clamare non definitis, retinendum hoc eſſe.*

CAP. XXXVIII. *Hoc idem fieri in Deo, cujus crebra* FACIE *pellantur animi*] Erat cum legendum putabam, *cujus crebra* SPECIE, quomodo Noſter, Lucretius, aliique loquuntur frequentiſſime; ſed iiſdem illis autoribus, Arnobio præterea & Apuleio, edoctus video verbum *faciem* nonnunquam uſurpatum pro *ſimulacro, ſpecie, effigie, imagine* (quæ omnia idem valent) cujus impulſu & videmus & cogitamus. Quare nihil mutandum.

Ibid. *Quid, quòd ejuſdem hominis in meum* aliæ, aliæ *in tuum?*] Lego, *in meum* alia, alia *in tuum? At Orpheus, id eſt, imago ejus, ut vos vultis, in animum meum ſæpe incurrit.*

CAP. XXXIX. At *quàm licenter? Fluentium frequenter tranſitio fit viſionum, ut e multis una videatur.*] MS. Reg. & edit. Venet. ad *quam licenter fluentium -- videatur.* Lego & interpungo *at quam licenter fluentium - videatur?*

Ibid. *Innumerabilitas*, INQUIS, *ſuppeditat atomorum. Num eadem ergo iſta* FACIENT, *ut ſint omnia ſempiterna?*] Primò MS. Reg. & Edit. Venet. INQUIT. recte. Vid. Cl. Bentleium ad Horat. Serm. Lib. 1. Ecl. 4. v. 79. Similiter de Finibus Lib. 2. cap. 22. *An me*, INQUIS, *tam amentem putas?* at ibi etiam Edit. Venet. an. 1471, habet INQUIT. etiam cap. 24. meliores Palatini habent INQUIT, ubi vulgat. INQUIS. Sed majus quid reſtat; fruſtra enim, ni fallor, in ſuperioribus quæſiveris, quo *eadem iſta*, ut ſeſe nunc habent omnia, referantur. Videamus modo locum. *Quomodo probas*, inquit Cotta, *imagines continenter ferri? innumerabilitas, inquit, ſuppeditat atomorum. Num eadem ergo iſta* — (*innumerabilitas*, certe) quid? FACIENT? jam videmus, ubi hæreat oratio; Lego igitur ſine dubio FACIET, *ut ſint omnia ſempiterna?* Pòſt, MS. Reg. & Edit. Venet. *naſcantur in aqua.* recte.

Ibid. *Sed* ea conſervent, *quæ ſunt*] Geminus plane locus ſupra cap. 19. huic lucem & opem feret. Ibi Velleius, *ſi, quæ interimant, innumerabilia ſint, etiam* ea quæ conſervent, *infinita eſſe debere.* Hinc olim ita reſcribebam, *ſint ſane: ſed* ea, quæ conſervent, *quæ ſunt?* jam video idem videri Urſino, excepto quod ille ſine interrogatione legit, quæ tamen neceſſaria eſt. Recenſet hic Cotta Velleii argumentationem, quam ut illi concedat, negat tamen ſequi quod ille vult. Sint ſane, ut contendis, quæ conſervent: ea tamen, quæ ſunt? Deos eſſe (ſcil, ea, quæ conſervent) nec probas, nec ſentio. Præterea in Vulgata lectione à quo pendet, cui refertur vox *conſervent?* non invenio. Recte igitur, ſi quid video, reſtituimus locum, alias mancum, & nullo, aut alieno ſenſu.

CAP. XL. *Quem cibum igitur, aut*

quas

enim cum ipſo Epicuro loquar, &c, *num quid tale, Epicure, Vidiſti?*

Ibid. *Quid opus erat te gradatim iſtuc pervenire?* Quid autem eſt iſtuc gradatim] Ita MS. Reg. Edit. vero Venet. *Quod autem eſt iſtuc: gradatim ſumpſiſſes tuo jure.* Quæ non intelligo. Suſpecta mihi hæc verba, quæ ſententia ipſa argumentatioque reſpuunt. Adjungis, inquit, nec rationem eſſe, niſi in hominis figura. Quem tibi hoc daturum putas? Si enim ita eſſet, quid opus erat te gradatim iſtuc pervenire? ſumpſiſſes tuo jure. Ita bene jam procedit ſententia, ut libeat a Librariis quærere, quid opus erat illud, *quid autem eſt iſtuc gradatim*, tam inficetum nobis obtrudere? Hoc igitur totum, *quid autem eſt iſtuc gradatim*, ut alienum a Tullio, e medio prorſus tollo. Quis non videt e Margine irrepſiſſe?

Ibid. *Nec vero intelligo cur maluerit Epicurus Deos hominum ſimiles dicere, quam homines Deorum. Quares, quid interſit. Si enim hoc illi ſimile eſt, eſſe illud huic* video. Sed *hoc dico*] Aut valde fallor, aut aliter legendus eſt hic locus; &, ſublata prava diſtinctione, reſtituendus ſententiæ novus nitor. ſic igitur interpungamus, *Quares, quid interſit: ſi enim hoc illi ſimile ſit, eſſe illud huic.* Video: ſed *hoc dico* &c. Similiter cap. 40. ubi editi ſic habent. *Quorum tandem bonorum? voluptatum. Credo: Nempe ad corpus pertinentium*, MS. Reg. & Edit. Venet. ſic diſtinguunt; *Voluptatum credo, nempe* &c.

Ibid. *Illud quaro, qua fuerit tanta fortuna. nihil enim in rerum natura ratione factum eſſe vultis. ſed tamen quis iſte tantus caſus? unde tam felix* &c.] Ita exhibent Editiones Lambin. Gronov. in hoc pejor Gronoviana, quòd pendente ſenſu & ſententiâ Sectionem orditur à *ſed.* Locus cætera rectus, ſic tamen diſtinguendus eſt --*tanta fortuna* (*nihil--vultis*) *ſed tamen* -- *caſus, unde* &c.

CAP. XXXIII. *Nauſiphanem Magiſtrum ſuum, a quo* NIHIL *didicerat, tam male acceperit*] Ita MS. Reg. Edit. Venet. Ald. Lamb. Gronov. plane mendoſè, & contra rem ipſam. Quid enim tam mirum, Epicurum, qui nemini pepercerit, male accepiſſe illum magiſtellum, apud quem operam inutiliter poſuiſſet, a quo plane *nihil* didicerat. Atqui omnino falſum eſt Epicurum a Nauſiphane *nihil* didiciſſe; teſtis ſit ipſe Cotta cap. 26. *In Nauſiphane Democriteo tenetur:* (Epicurus) *quem cum a ſe* non neget *auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui ſi* hæc Democritea *non audiſſet, quid* audierat (forte, *quid de eo fieret?*) *Quid* eſt (Leg. cum Edit. Venet: *Quid enim*) *in Phyſicis Epicuri non a Democrito?* cum igitur hæc omnino ſint contraria, & ineptiſſime iis, quos immerentes Epicurus laceraverit, annumeretur Nauſiphanes, quem, ſi ab eo *nihil* didicit, merito vexaret; Quiſquamne adhuc exiſtimabit ita Tullium dediſſe? Periclitanda igitur alea eſt, ut hanc etiam maculam eluamus. Lego, *a quo* ILLA *didicerat. Nihil* & *Nil* in Veteribus libris nunc hoc, nunc illud, promiſcue leguntur. Atque ut in ſupra citato loco *hac Democritea*, reſpondent *Nauſiphane Democriteo*; ita hic, *illa didicerat* referuntur ad *Democritum ipſum.* Vid. Sextum Empiricum adverſ. Mathem. p. 1. 2. appoſitiſſime ad hæc confirmenda. De Finibus Lib. 1. *qui aut ſaperet aliquid, aut* iſta didiciſſet, de Epicuri ratione dictum eſt; & paulo poſt, *Quid enim me prohiberet Epicureum eſſe, ſi probarem qua ille diceret? cùm praſertim* illa perdiſcere *ludus eſſet.* De legibus Lib. 3. cap. 6. *ab* HAC *familia magis* iſta *manarunt, Platone principe.* Lego, *ab* ALIA *familia* &c. dein cap. 34. Lego, *cum cateris rebus inferiores* SUMUS, *forma pares ſumus?* res ipſa videtur id poſtulare.

CAP. XXXV. *Qua negemus eſſe, quia* *nunquam*

nunquam vidimus:] Si velis addere vim orationi, ſic mecum interpunge, *Qua negemus eſſe, quia nunquam vidimus?*

CAP. XXXVI. *Qui, etiamſi aberrant* A *conjectura, video tamen quid ſequantur*] *Aberrare a conjectura* aut ſane nihil eſt, aut ſaltem in hoc loco nihil. Reſcribo, *Qui, etiamſi aberrant conjectura.* Ita res & ratio poſtulat, itaque noſter alibi locutus eſt; ad Atticum. *quanquam Vereor, ne nihil* CONJECTURA ABERREM. Lib. 2. De Nat. Deor. cap. 4. *in his ſi qui erraverunt, non Deorum natura, ſed hominum* conjectura peccavit.

CAP. XXXVII. *Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere, ut, ſi ſe commoverit, vereamur ne beatus eſſe non poſſit.*] Tantumne ſui oblitus eſt Cotta, ut jam, quod ante redarguerat, defendat! Epicurumne de Diis ita ſentientem derideat, illius ſententiæ adſcribens ſuam? Minime Ille quidem; lege igitur cum interrogatione — *vereamur ne beatus eſſe non poſſit?*

Ibid. SIC *enim dicebas, ſpeciem Dei percipi cogitatione, non ſenſu*] Lego SED *enim dicebas*, &c. cap. 34. SED *clamare non definitis, retinendum hoc eſſe.*

CAP. XXXVIII. *Hoc idem fieri in Deo, cujus crebra* FACIE *pellantur animi*] Erat cum legendum putabam, *cujus crebra* SPECIE, quomodo Noſter, Lucretius, aliique loquuntur frequentiſſime; ſed iiſdem illis autoribus, Arnobio præterea & Apuleio, edoctus video verbum *faciem* nonnunquam uſurpatum pro *ſimulacro, ſpecie, effigie, imagine* (quæ omnia idem valent) cujus impulſu & videmus & cogitamus. Quare nihil mutandum.

Ibid. *Quid, quod ejuſdem hominis in meum* aliæ, aliæ *in tuum?*] Lego, *in meum* alia, alia *in tuum? At Orpheus, id eſt, imago ejus, ut vos vultis, in animum meum ſæpe incurrit.*

CAP. XXXIX. At *quàm licenter? Fluentium frequenter tranſitio fit viſionum, ut e multis una videatur.*] MS. Reg. & edit. Venet. ad *quam licenter fluentium -- videatur.* Lego & interpungo *at quam licenter fluentium - videatur?*

Ibid. *Innumerabilitas*, INQUIS, *ſuppeditat atomorum. Num eadem ergo iſta* FACIENT, *ut ſint omnia ſempiterna?*] Primò MS. Reg. & Edit. Venet. INQUIT. recte. Vid. Cl. Bentleium ad Horat. Serm. Lib. 1. Ecl. 4. v. 79. Similiter de Finibus Lib. 2. cap. 22. *An me*, INQUIS, *tam amentem putas?* at ibi etiam Edit. Venet. an. 1471, habet INQUIT. etiam cap. 24. meliores Palatini habent INQUIT, ubi vulgat. INQUIS. Sed majus quid reſtat; fruſtra enim, ni fallor, in ſuperioribus quæſiveris, quo *eadem iſta*, ut ſeſe nunc habent omnia, referantur. Videamus modo locum. *Quomodo probas*, inquit Cotta, *imagines continenter ferri? innumerabilitas, inquit, ſuppeditat atomorum. Num eadem ergo iſta* -- (*innumerabilitas*, certe) quid? FACIENT? jam videmus, ubi hæreat oratio; Lego igitur ſine dubio FACIET, *ut ſint omnia ſempiterna?* Pòſt, MS. Reg. & Edit. Venet. *naſcantur in aqua.* recte.

Ibid. *Sed ea conſervent, quæ ſunt*] Geminus plane locus ſupra cap. 19. huic lucem & opem feret. Ibi Velleius, *ſi, quæ interimant, innumerabilia ſint, etiam* ea quæ conſervent, *infinita eſſe debere.* Hinc olim ita reſcribebam, *ſint ſane: ſed* ea, quæ conſervent, *quæ ſunt?* jam video idem videri Urſino, excepto quod ille ſine interrogatione legit, quæ tamen neceſſaria eſt. Recenſet hic Cotta Velleii argumentationem, quam ut illi concedat, negat tamen ſequi quod ille vult. Sint ſane, ut contendis, quæ conſervent: ea tamen, quæ ſunt? Deos eſſe (ſcil, ea, quæ conſervent) nec probas, nec ſentio. Præterea in Vulgata lectione à quo pendet, cui refertur vox *conſervent?* non invenio. Recte igitur, ſi quid video, reſtituimus locum, alias mancum, & nullo, aut alieno ſenſu.

CAP. XL. *Quem cibum igitur, aut*

quas potiones, aut quas vocum aut florum varietates, aut quos tactus, quos odores adhibebis ad Deos] Edit. Venet. & Lambin. & *florum.* malè. Nimirum hic olim ita turbatum erat, ut etiamnum eſt de Finib. Lib. 2. cap. 3. --*prater illud, quod cibo aut potione,* ET *aurium delectatione,* ET *obſcena voluptate capiatur.* Ubi legendum AUT *aurium delectatione,* AUT *obſcena voluptate.* Legerem præterea hoc ipſo loco, AUT *quos odores* &c. MS. Reg. & Edit. Venet. UT *Poeta quidem* &c. Lego, ET *poeta quidem* &c.

Ibid. *Quem cibum igitur, aut quas potiones, aut quas vocum aut* FLORUM *varietates, aut quos tactus, quos* odores *adhibebis ad Deos*] Quorſum vero illud FLORUM? Nempe ad odoratum referendum eſt. Is autem ſenſus plane in ſequentibus nominatur ---*quos* odores *adhibebis*--- ut in eadem ſententia bis idem dicat. Quapropter facile exiſtimem hunc locum ſic legendum eſſe. --*quas vocum aut* COLORUM *varietates* &c. Noſter frequenter hos omnes ſenſus ſimul enumerat. Vide L. 2. c. 56. Pro M. Cœlio p. 2303. Ed. Lamb. Ad Herennium Lib. 2. pag. 21.

Ibid. *At dolore vacant. XLI. Satin' eſt id ad* aliam *abundantem bonis vitam beatiſſimam*] Sic peſſime Edit. Gronoviana, utpote quæ conjungenda interpoſito capite, disjungit. Quid obſtat, quin potius diſtinguamus, XLI. *At dolore vacant, Satin' eſt id ad* illam &c. Verbum *aliam* Typographi erratum puto.

Cap. XLIII. *Cum enim optimam & praſtantiſſimam naturam Dei* dicat *eſſe,* negat idem *eſſe in Deo gratiam. tollit id, quod maxime proprium eſt optima, praſtantiſſimaqua natura*] Sic Editiones. Ego vero, ſententia, ut mihi quidem videtur, poſtulante, ſic reſcribo, & diſtinguo, -- *Dei* dicit *eſſe,* negat tamen *eſſe in Deo gratiam, tollit id,* &c.

Cap. XLIV. *Cenſent* autem, *ſapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos*] MS. Reg. *cenſent autem,* ſubjectis tamen punctis quibus Scriptor delendum indicat *autem,* & ſupra ſcripto *enim.* Edit. Venet. *cenſet* ETIAM. Lego, *cenſent* ENIM *ſapientes* &c. Dein Lego, *futuros beneficos,* AUT *benignos fuiſſe,* non, ET *benignos.*

JOANNIS WALKERI
EMENDATIONES
AD LIBRUM SECUNDUM.

CAP. III. PRÆDICTIONES *vero & praſenſiones* rerum futurarum *quid aliud declarant, niſi hominibus ea,* QUÆ SINT, *oſtendi*] Ita ad hoc uſque tempus legimus; neque tamen dubito, quin Noſter hic, ut ſemper alias, locutus ſit; quare reſcribo, *niſi hominibus ea,* QUÆ FUTURA SINT, vel SUNT. Sic cap. 61. *qua, quanta, quando* futuræ ſint. Lib. 3. cap. 6. *ſequuntur,* quæ futura ſunt, &, quod futurum eſt, &. quid futurum ſit. De Divin. Lib. 1. p. 4834. *ſi ſunt Dii, neque declarant hominibus* quæ futura ſunt, &, quid futurum ſit, &, quæ ſunt futura, pag. 4850. *qui enim teneat cauſas* rerum futurarum *idem neceſſe eſt omnia teneat* QUÆ FUTURA SINT; & alias ſæpiſſime. MS. quoque Regius apponit hoc loco in ora vocem FUTURA, ut appareat textui inſerendam eſſe. Paulo poſt legendum cenſeo, *religione* ET *cultu Deorum,* non, *religione,* ID EST, *cultu Deorum.* Ita cap. 2. *Deorum cultus, religionum*QUE *ſanctitates.* Lact. Divin. Inſtitut. Lib. 2. cap. 3. *Denique alio loco religio-*

nes ET *cultus Deorum, inane eſſe officium confitetur.* Sic ex duobus MSS. Idem Lib. 7. cap. 27. *& ad unius Dei cultum religionem*QUE *converterent.*

Cap. IV. *Itaque inter omnes omnium gentium* SENTENTIA *conſtat. omnibus enim innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos. V. Quales ſint, varium eſt, eſſe nemo negat.*] Jamdiu eſt quod viri docti monuerunt corruptum eſſe hunc locum; cui reſtituendo liceat mihi inter alios meam quoque conjecturam conferre. Sic igitur lego & interpungo -- *omnium gentium* IN SUMMA (vel SUMMA) *conſtat* (*omnibus enim innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum*) *eſſe Deos: quales ſint, varium eſt: eſſe, nemo negat. V. Cleanthes* &c. IN SUMMA, hoc eſt, uno verbo, ne longus ſim, ne diutius teneam. ad Qu. Frat. IN SUMMA, *quatuor ſententiis ſenatores & equites damnarunt.* Lucret. Lib. 3. v. 84.

Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiäi
Rumpere, & IN SUMMA *pietatem evertere fundo.*

Quinct. Lib. 9. cap. 2. p. 447. IN SUMMA, *ſic maxime judex credit figuris.* Id. Lib. 11. cap. 3. pag. 569. *Natura vocis ſpectatur quantitate, & qualitate. Quantitas ſimplicior eſt:* IN SUMMA *enim grandis aut exigua eſt.* Id. Lib. 12. cap. 8. p. 622. IN SUMMA *optimus eſt in diſcendo patronus incredulus.* ſimiliter AD SUMMAM, IN SUMMUM, SUMMA, non raro adhibent optimi autores. In Lib. 2. cap. 31. De Finibus Gruterus SUMMA pro SENTENTIA repoſuit: ſed alio prorſus ſenſu, ſi quid video, quàm qui huic loco conveniat. Vid. de Fin. Lib. 5. cap. 5. p. 4369. Edit. Lamb.

Cap. V. *In quibus* NIHIL *unquam immenſa & infinita Vetuſtas* MENTITA SIT] Non neceſſe eſt, credo, ut multis verbis probemus vulgatam lectionem Librariorum eſſe, non Tullii. Relege tantum; non probabis; Quin fortaſſe etiam, Lector, ſic mecum reſcribes, --- *infinita vetuſtas* MUTAVIT (vel MUTAVERIT) vel IMMUTAVIT. cap. 20. *Saturni ſtella -- nihil* IMMUTAT *ſempiternis ſæculorum ætatibus, quin eadem iiſdem temporibus efficiat.* Cap. 37. *Eorumque omnium ortus & occaſus atque in omni æternitate ratos* IMMUTABILES*que curſus: profecto & eſſe Deos, & hac tanta opera Deorum eſſe arbitrarentur.* Cap. 41. *Ut Oculis aſſidue videmus ſine ulla* MUTATIONE *aut Varietate,*

Cetera labuntur celeri cœleſtia motu.

Acad. Lib. 4. cap. 38. *Neque ortum eſſe unquam mundum, quod nulla fuerit novo conſilio inito tam præclari operis inceptio, & ita eum eſſe undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus,* MUTATIONEM*que moliri, nulla ſenectus diuturnitate temporum* EXISTERE, *ut hic ornatus unquam dilapſus occidat.* appoſitiſſime ad hunc locum; forte ibi legendum, EFFICERE. Paulo ante hoc capite, pro AUT *repentinis*, lego ET *repentinis*; &, *tum facibus cœleſtibus*, deleto VISIS.

Cap. VIII. *Omnia enim hac meliora ſunt, quam ea, quæ ſunt his* CARENTIA] Lego, *quæ ſunt his* CONTRARIA. *omnia enim hæc*, ſci. ſapientem eſſe, beatum, æternum, *meliora ſunt, quam ea, quæ ſunt his* CONTRARIA, non CARENTIA. Opponuntur enim, ſapientem eſſe, beatum, æternum; &, inſipientem, miſerum, mortalem eſſe; in qua re ut CONTRARIA aptiſſime, ita CARENTIA nullo modo dici poteſt. Nam, quin *his* CARENTIA bene latine dicas, non dubito, cum ita Lactantius Lib. 2. cap. 3. *Qui ergo colunt ſimulacra, corpora ſunt hominibus* CARENTIA. At enim infra cap. 17. de hac eadem re diſſerens, ait, *Nec dubium, quin, quod animans ſit, habeatque ſenſum, & rationem, & mentem, id ſit melius, quam id, quod his* CAREAT. Quaſi non quivis facile

perſpiciat

perſpiciat inſtitui ibi comparationem inter res ipſas: ſci. id, quod animans ſit &c. id, quod his careat; hic vero, inter ea tantum quæ rebus ipſis tribuuntur, ſci. ſapientem eſſe, & inſipientem &c. Noſter de Offic. *Divitiæ, nobilitates, magiſtratus, imperia, & quæ ſunt his* CONTRARIA. Quinctil. Lib. 5. Cap. 10. *ducitur enim frequenter in argumentum ſpecies libidinis, robur petulantiæ: his* CONTRARIA *in diverſum.* Idem Lib. 9. cap. 4. *Ita ut lenia ſpatium, ſublimia & ornata claritatem quoque vocum poſcant, potius quam his* CONTRARIA. Idem lib. 10. cap. 1. *Nam & de juſtis, honeſtis, utilibus, quæque ſunt his* CONTRARIA &c. & ita aliis in locis ſæpe Ille Noſterque. Lactantii Epitome a Cl. Pfaffio edita cap. 29. *Nullum* à Deo *contrarium eſt ſine contrario altero.* ubi Legendum, *nullum* ADEO *contrarium &c.* quomodo unicum illum MSStum Codicem, quem Cl. Pfaffius verſavit, vix dubites exhibuiſſe.

Cap. XII. *Ut enim nulla pars corporis noſtri eſt, quæ non ſit* MINOR] Urſini vetus codex præclare hunc locum ſic reſtituit, *quæ non ſit* MINORIS. Lucilius, *plure foras vendunt, quod pro* MINORE *emptum.* MS. Reg. & Edit. Venet. hunc ordinem verborum exhibent, *quæ non* MINOR SIT; ut planiſſime jam videas unde, quoque modo natum ſit mendum.

Cap. XV. *Et quidem reliqua aſtra,* QUÆ *oriantur in ardore cœleſti, qui Æther vel cœlum nominatur. Cum* IGITUR *aliorum animantium ortus in terra ſit*] Lego ex conjectura & MS. Reg. -- QUIA *oriantur in ardore cœleſti* -- *cum* ENIM *aliorum* -- ENIM ex MS. Reg. alterum probant ſequentia; id præſertim, *Quare* CUM *in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt,* &c. Infra cap. 16. Lego, QUIA *& ætheream mundi partem,* non QUÆ *&* &c. nam neceſſe eſt ut ratio ibi reddatur. Inſuper eod. c. Lege, *quæ enim poteſt major eſſe* VIS?

Cap. XVIII. *Interea, Vellei, noli quæſo præ te ferre* NOS *plane expertes eſſe* doctrinæ. XVIII. *Conum tibi ais,* ET *Cylindrum,* ET *pyramidem pulcriorem, quam ſphæram videri*] Primò legendum, VOS *plane expertes eſſe* doctrinæ; Ita MS. Reg. & Edit. Venet. & Victor. Stephani. *Noli*, inquit, *præ te ferre,* (hoc eſt, *confiteri, profiteri,* ut alibi, *præ ſe ferre, & confiteri facinus*) vos *plane expertes eſſe doctrinæ.* Modo, *ſed ſi hæc non videtis, quia nunquam eruditum illum pulverem attigiſtis.* &, *Itaque nihil poteſt eſſe* indoctius, *quam quod a vobis affirmari ſolet.* Cap. 29. *Nam vobis, Vellei, minus notum eſt, quemadmodum quidque dicatur. Veſtra enim ſolum legitis, veſtra amatis: ceteros cauſa incognita condemnatis.* &, *Hominem* (Epicurum) *ſine arte, ſine literis,* &c. Noſti vim vocis DOCTRINÆ. Videamus jam Velleii verba Lib. I. cap. 20. *At mihi* VEL *cylindri,* VEL *quadrati,* VEL *coni,* VEL *pyramidis* (forma) *videtur eſſe formoſior.* Totum igitur locum ſic legamus, XVIII. *Interea, Velleii, noli, quæſo, præ te ferre,* VOS *plane expertes eſſe doctrinæ. Conum tibi ais,* VEL *cylindrum,* VEL *pyramidem pulcriorem, quam Sphæram videri.* Cap. 19. lego, EX UTROQUE *& mundi volubilitas* &c. ſci. ex utroque genere ſiderum.

Cap. XX. *Huic autem* PROXIMUM *inferiorem orbem tenet πυρόεις quæ ſtella Martis appellatur*] Lego PROXIME *inferiorem orbem tenet* ſtella Martis, quæ πυρόεις appellatur. *Nam ea, quæ Saturni ſtella dicitur, φαίνων que a Græcis nominatur.* &, *Jovis ſtella fertur quæ φαέθων dicitur.* & *infra hanc autem ſtella Mercurii eſt*: ea στίλβων appellatur *à Græcis.* &, *ſtella Veneris, quæ φωσφόρος* Græce dicitur. Recte reſtitutum eſſe ordinem verborum, & hæc exempla, ni fallor, & ratio ipſa probat. Vide Cl. Daviſium ad Lib. 3. cap. 21. Infra cap. 31. Lego, *hanc tantam* IN *tam variis curſibus* &c. quomodo legendum etiam apud Lactantium Lib. 2. cap. 5. EX tribus

MSS.

MSS. codicibus, quos ipſe conſului.

Cap. XXIII. *Multa autem alia natura Deorum* EX MAGNIS BENEFICIIS EORUM *non ſine cauſa, & a Græcia ſapientibus, & a majoribus noſtris conſtituta nominataque ſunt. Quidquid enim*] EX MAGNIS BENEFICIIS EORUM. Quorum vero? quærenti non occurrebat; & jam ne quærendum quidem arbitror, utpote qui perſuaſus ſum illa verba e margine in textum imperite invecta fuiſſe. Nam poſtea rationem reddit cur aliæ naturæ Deorum non ſine cauſa conſtitutæ ſint; ut *quidquid* ENIM &c. ITAQUE *tum illud* &c. *Utilitatum* IGITUR *magnitudine conſtituti ſunt ii Dii, qui utilitates quaſque gignebant.* Legamus igitur & diſtinguamus ſic, *Multa autem alia natura Deorum non ſine cauſa -- nominataque ſunt: quicquid enim* &c. Lactant. Lib. 1. cap. 8. *Quomodo ergo, inquiet aliquis, Dii crediti ſunt? nimirum,* QUIA (Lego, QUI) *reges maximi, ac potentiſſimi fuerunt, ob merita virtutum ſuarum, aut munerum aut artium repertarum, cum chari fuiſſent iis, quibus imperitaverant, in memoriam ſunt conſecrati.* Lege dein, *Tum* ETIAM *res ipſa* -- quia præceſſerat, *Itaque* TUM ILLUD &c.

Cap. XXIV. *Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem noſtri Majores auguſte ſanctequе* LIBERUM *cum Cerere & Libera conſecraverunt*] Quorſum illud LIBERUM? furcillis ejiciamus, & legamus --*ſanctequе cum Cerere* -- Res ipſa clamat. Infra in ſequenti capite Lego, *Saturnus autem eſt appellatus, quod* SATURARETUR *annis*, quomodo MS. Reg. & Editt. Venet. Victor non, *quod* SATURETUR.

Cap. XXVIII. *Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent, tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi, ex relegendo,* ut *elegantes ex eligendo*, tanquam *a diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes*] Hic opportune nobis ſuccurrit Lactantius, & Ciceroni ſuo gratiam rependet. Is igitur Lib. 4. c. 28. in Vulgat. Edit. ita Noſtri verba profert; *ii* DICTI SUNT *religioſi ex relegendo, tanquam ex eligendo elegantes*, & *ex* deligendo *diligentes, intelligendo intelligentes*; qui locus ex duobus MSS. Cantab. ſic reſcribendus eſt, *ii ſunt dicti religioſi ex relegendo, tanquam ex eligendo elegantes, ex diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes.* Jam habemus etiam, aut fallor, ipſam Tullii manum; Nunquam mihi quiſquam perſuaſerit Ciceronem ita incondite & ſcabre ſcripſiſſe, ut in vulgatis Editionibus uſque adhuc legimus. Vide modo illa, UT *elegantes ex eligendo*, TANQUAM &c. & mecum, credo, ſenties.

Cap. XXIX. *Nec vero hoc in te* UNO *convenit, moribus domeſticis, ac noſtrorum hominum urbanitate limato*] Edit. Venet. UNO. Lambin, UNUM. Sed non ea mihi quæſtio eſt, utrum horum retinendum ſit, qui utrumque alienum exiſtimo. Subabſurdum eſt quiddam in ſententia, quod tamen minus attentum Lectorem fallat. Legebam, *nec vero hoc in te* OMNINO *convenit* --- OMNINO ſic exhibent MSS. οιο; quod non tantum diſtat ab UNO quin facile in eo potuerint labi Exſcriptores. Lego jam ante, ITAQUE *ſalem iſtum, quo caret veſtra natio, in irridendis nobis nolitote conſumere.*

Cap. XXX. *Quarum* PARS PRIMA *eſt*] Leve eſt quod dicturus ſum (dicam tamen) placere mihi magis, *quarum* PRIMA PARS *eſt*, quomodo MS. Reg. Edit. Venet. Victor. Sed gravius eſt mendum, quod alibi in noſtro inſedit, & quo, hoc loco admonitus, jamjam eum liberabo. Acad. Quæſt. Lib. 1. cap. 6: ſic Editiones, quas vidi, omnes. *Hæc quidem fuit apud eos Morum inſtitutio, & ejus* ARTIS, *quam primam poſui, forma atque deſcriptio.* Legendum certiſſime,

tiſſime, *& ejus* PARTIS &c. Idem Verbum Quinctiliano reſtituendum eſt Lib. 10. cap. 1. ubi Edit. habent ARTES.

Ibid. *Quo conſtituto, ſequitur ab animantibus principiis* EAM *eſſe* GENERATAM] Nimirum Naturam ſentientem ab animantibus principiis eſſe generatam. At nihil tale *ſequitur* ex hac ſecunda parte, quæ inſtituitur ut doceat mundum providentia Deorum & initio conſtitutum eſſe, & ſemper adminiſtrari. Quid igitur? Ita ſcilicet emendandum arbitror -- EUM *eſſe* GENERATUM, id eſt, mundum. Infra cap. 31. Lego, *ſi modo* SUNT, *ut profecto ſunt.* Ita MS. Reg. Lactant. Div. Inſtit. Lib. 1. cap. 3. *Deus vero, ſi perfectus* EST (*nam perfectus* EST) Idem Lib. 1. c. 8. *Quod ſi* EST *verum, ſicut* EST. Cicero de Finib. Lib. 4. cap. 24. Sic omnino legendus eſt, in Editionibus omnibus mendoſus. SI *nihil eſt, quod tam miſeros faciat, quam impietas & ſcelus*, UT *jam omnes inſipientes ſint miſeri, quod profecto ſunt: non eſt tamen aque miſer qui patria conſulit, & is, qui illam extinctam cupit.* Quin noſter etiam alibi, Lactantiuſque ſæpius hac eleganti formula utuntur.

Cap. XXXII. *Ut Epicurus, qui ita* DIVIDIT] Lego, *ut Epicurus, qui ita* DICIT, *omnium, qua ſint, naturam*; ſequitur, *ſed nos cum* DICIMUS,--*non ita* DICIMUS. Quin etiam Sext. Empir. adv. Mathem. p. 363. hanc lectionem confirmat.

Ibid. *Sed nos cum dicimus natura conſtare adminiſtrarique mundum, non ita dicimus, ut glebam, aut fragmentum lapidis, aut aliquid ejuſmodi*, NULLA *cohærendi natura, ſed ut arborem, ut animal, in quibus nulla temeritas, ſed ordo apparet & artis quadam ſimilitudo*] Doctiſſimus Lambinus ingenue fatetur ſe non intelligere, quid ſibi velit hoc, NULLA *cohærendi natura*; aggreſſus eſt tamen explicare: ſed ita fluctuat, & inchoata imperfectaque ſenſa mentis tam obſcure promit, ut, perlecta ejus nota, nihilo magis intelligam. Deſcripſi totum locum, ut Lector una mecum facilius legat & judicet. Vide igitur an ſic nos recte obſcurum hunc locum explicemus; cum dicimus mundum conſtare & adminiſtrari natura, non dicimus ita natura conſtare; ut glebam aut fragmentum lapidis, SOLA *cohærendi natura*, id eſt, ut mundi partes tantum ὡς ἔτυχον, temere, & fortuito cohæreant inter ſe; ſed ita natura conſtare, ut arborem, ut animal, in quibus ſummus ordo, perfectaque Ars, & neceſſaria eſt ad vivendum, & ab Ædificatore Mundi Deo adhibetur; haud ſcio igitur an recte reſcribamus --SOLA *cohærendi natura.* Origenes περὶ ἀρχῶν p. 19. Edit. Oxon. τῶν κινουμένων τὰ μέν τινα τὸ κινοῦν ἔξωθεν ἔχει ὥσπερ τὰ ἄψυχα, ΚΑΙ ΥΠΟ ΕΞΕΩΣ ΜΟΝΗΣ ΣΥΝΕΧΟΜΕΝΑ.

Gap. XXXIV. *Videamus utrum* EA FORTUITA*ne ſint, an eo ſtatu*] Lego *utrum* EÆ FORTUITÆ*ne ſint* -- vel EÆ FORTUITO*ne ſint, an eo ſtatu* &c. EÆ ſci. partes mundi. Deinde Lego, AT *cum ſolarium* &c. Serie Orationis flagitante: *Qui igitur convenit, ſignum -- cum adſpexeris --cumque videris --* ET *cum ſolarium* &c.

Cap. XXXVI. *Atqui hi tanti ignes, tamque multi non modo nihil nocent terris, rebuſque terreſtribus, ſed ita proſunt, ut ſi* MOTA *loco ſint conflagrare terras neceſſe ſit a tantis ardoribus, moderatione & temperatione ſublata*] Primum, quid MOTA, aiit quæ? nempe *tanti & tam multi ignes*; annon igitur reponendum, *ſi* MOTI *loco ſint.* Vid. tamen Cl. Daviſium ad Lib. 2. cap. 44. Deinde, ſententia prava interpunctione laborat; quare totum locum ſic legamus & diſtinguamus, *ut ſi* MOTI *loco ſint conflagrare terras neceſſe ſit, a tantis ardoribus moderatione & temperatione ſublata.* Paulo ſupra ſcribo, *ſiquidem*

nos

mus non quaſi Græce loquentem audiamus, UT *docet idem* &c. pro, *audiamus. Docet* &c.

Cap. XXXVIII. *Cum autem* IMPETUM *cæli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus*] Feſtinanti mihi manum injicit illud IMPETUM *cæli* quod nobis exhibent MSS. quantum novimus, editioneſque omnes. Quî enim IMPETUS *cæli* celeriter moveri vertique poteſt? Ferret quis dicentem IMPETUM *terræ* celeriter moveri? IMPETUM *equi* celeriter currere? Legebam igitur, *cum autem* AMBITUM *cæli* &c. Sic cap. 19. *Stellarum rotundi* AMBITUS. Minuc. Felix cap. 6. *Romanorum poteſtas totius orbis* AMBITUS occupavit. Marcianus Capella Lib. 2. *ab ipſo æthere ſphæraque ſuperioris* AMBITU, *uſque ſolarem circulum*. Noſter de Vniverſo. p. 5061. *Sic animus a medio profectus, extremitatem cæli a ſuprema regione rotundo* AMBITU *circumjecit*. Idemque eodem Libro ſæpius. Non celabo tamen Lectorem quæ ad receptam lectionem defendendam dici poſſunt. Et profecto vix diſſimilis eſt Locutio Lucretii. Lib. 5. v. 201.

Principio, quantum COELI *tegit* IMPETUS *ingens*.

& Idem Lib. 2. v. 593.

Eximiis vero furit ignibus IMPETUS *Ætna*.

Et Seneca Epiſt. 118. non ille quidem dicit IMPETUM *animi* movere, ſed in definiendo ſummo bono non ſemel dicit, *quæ* IMPETUM *animi movent*. Atque etiam eadem phraſis Arnobio reſtituenda eſt, ſimulque mendoſiſſimus locus ſanandus. Is igitur, poſt multa pulcherrima, lectuque digniſſima, ſic, Lib. 1. *Alios caſibus fortuitis, & concurſionibus temerariis ſummam rerum conſtruere, atque* DIVERSITATIS IMPETU *fabricari: cum quibus hoc tempore nullum nobis omnino ſuper tali erit* OBSTINATIONE *certamen*. reſcribo — *atque* UNIVERSITATIS IMPETUM (niſi quis AMBITUM maluerit) *fabricari: cum quibus hoc tempore nullum nobis ſuper tali erit* OPINATIONE *certamen*. De quibus conjecturis non dubitabit, credo, cui Arnobius eſt familiaris. Sed, ad Noſtrum ut redeamus, Ego judicio Lectoris rem omnem permitto.

Cap. XLI. *Vtar, inquit, carminibus* ARATI, EIS, *quæ a te admodum adoleſcentulo converſa, ita me delectant, quia latina ſunt, ut multa* EX IIS *memoria teneam*] Non negem ita recte & eleganter latine dici; nam ſic Noſter cap. 45. *aquarum vaporibus aluntur* IIS, QUI -- Cap. 48. admiratio ---- *in beſtiis aquatilibus* IIS, QUÆ --- cap. 55. *ſecretus a reliquo cibo ſuccus* IS, QUO -- atque ita ſæpius. Sed tamen ſeries ipſa orationis, *Vtar carminibus* ARATI, EIS, -- *ut multa ex* IIS -- nullo modo mihi placet. Quare adductus ſum ut credam legendum, *carminibus* ARATEIS *quæ* &c. Sic de Divinat. Lib. 2. *In quo noſtra quædam* ARATEA *memoriter a te pronunciata ſunt*. De Leg. Lib. 2. cap. 3. Sicut in ARATIO *carmine orſi ſumus*. Ubi Edit. Lamb. ARATI *carmine*. Vid. etiam Lactant. Lib. 2. cap. 21. Lib. 5. cap. 5. Sequitur, *paribuſque ſtellis ſimiliter* DISTINCTIS *eundem cæli verticem luſtrat parva Cynoſura*. Lego, *ſimiliter* DISTINCTA &c. ut.

Sed prior illa magis ſtellis DISTINCTA *refulget*.

& cap. 43. *ejus caput ſtellis* CONSPERSUM EST *frequentibus*.

Cap. XLIII. *A pluendo*; TEIN ENIM EST PLUERE] Omnino hic cum Grutero ſentio, qui hæc verba Scribæ gloſſam reſipere judicat. In Not. ad Lib. 1. cap. 30. ſimillimum exemplum gloſſæ habes ex Lib. 2. De Divinat. Expende modo utrumque. Et his verbis quidem detractis, Cicero nihilo minus ſententiam ſuam planiſſime aperit;

Hæ

Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt:
Noſtri imperite ſuculas: quaſi a ſuibus eſſent, non ab IMBRIBUS *nominatæ.*

Ecquid deſideramus? præſertim quod ſenſum otioſe interrumpat.

Cap. XLIV. *Aut vero* ALIA QUÆ *natura, mentis & rationis expers, hæc efficere potuit*] At vero, quæ ſit illa ALIA *natura*, à qua hæc diſtinguitur, nunquam hic invenies. MS. Reg. AT *vero* QUÆ ALIA *natura*. Arnob. Lib. 7. *Ergone, O Jupiter, aut* QUIS ALIUS *Deus es*. Quinctil. Lib. 12. cap. 9. *Sed ſive in reſpondendo fuerit ſubito dicendum, ſive* QUÆ ALIA *ita exegerit ratio*. Varro De Re Ruſtica Lib. 2. cap. 2. *deterrent ab ſaliendo fiſcellis e junco*, ALIAVE QUA RE. Sed hæc nihil ad ſenſum hujus loci. Edit. Nonnullæ ALIA QUA. Lego, *aut vero* ALIQUA *natura, mentis & rationis expers* &c. cap. 45. *quod facit* EA NATURA *quæ per omnem mundum, omnia* mente & ratione *conficiens*. De Leg. Lib. 2. cap. 1. editiones ante Gruterum ALIQUID, ſed pall. quart. ALIUD QUID. Arnob. Lib. 3. *quæ aut nihil ad nos attinent, nec ex* ALIQUA *portione quicquam habent commune nobiſcum*. ALIQUA NATURA qualis illa Stratonis Lib. 1. cap. 13; qualis illa, quæ definitur Lib. 2. cap. 32. *vis quædam ſine ratione, ciens motus in corporibus neceſſarios*. Vid. Not. ad Lib. 3. cap. 38.

Cap. XLV. *Nec verò hæc ſolum admirabilia, ſed nihil* MAJUS, *quam quod ita ſtabilis eſt mundus*] Senſus quidem apertus, verba tamen a Tulliana Elegantia aliena ſunt; quam mihi videor poſſe reſtituere, Legendo *ſed nihil* MAGIS ſci. admirabile. De Senectute pag. 5294. *multa in noſtro collegio præclara: ſed hoc de quo agimus*, INPRIMIS. & infra cap. 48. *eſt etiam* ADMIRATIO NONNULLA *in beſtiis aquatilibus*. In hoc verbo frequenter Variant & MSS. & Editi. Apud Noſtrum de Oratore Lib. 3. cap. 25. nunc legimus MAJUS, olim fuit MAGIS. Apud Lactant. Lib. 2. cap. 8. Lib. 5. cap. 17. Lib. 6. cap. 4. De Opificio Dei cap. 3. nunc hoc, nunc illud, ſemper Variantibus MSS. Sequitur, *neque redundat* UNQUAM; Forte, *neque redundat* USQUAM; ut, *conglobatur* UNDIQUE *æqualiter*.

Cap. XLVIII. *In quo admirandum eſt, congreſſune aliquo inter ſe, an jam inde ab ortu* NATURÆ IPSÆ *congregata ſint*] Lego *jam inde ab ortu* NATURA IPSA *congregata ſint*. Edit. Venet. *an jam inde ab ortu* NATURÆ *congregata ſint*, omiſſo IPSÆ; quæ vox in Vulgata Lectione otioſa eſt & inepta. Dein. cap. 49. Lego, IN *quod ipſa invaderet*.

Cap. LIII. SIN QUÆRET *quiſpiam, cujuſnam cauſa tantarum rerum molitio facta ſit*] Edit. Victor. *quærat*; & omnino Legendum cum MS. Reg. HIC QUÆRAT *quiſpiam* &c. Eam enim lectionem quæ ſequuntur flagitant.

Cap. LV. *Per quas lapſus cibus, in hoc ipſo loco in eam venam, quæ cava appellatur, confunditur, perque eam ad cor* CONFECTUS *jam*, COACTUS*que perlabitur*] Lego, *ad Cor* confectus *jam*, COCTUS*que perlabitur*, ut cap. 54. *ut id mutari, &* CONCOQUI *poſſit*. &, *omnia* COCTA, *atque* CONFECTA *in reliquum corpus dividantur*. Lucret. Lib. 4. v. 634.

Nec refert quicquam, quo victu corpus alatur,
Dummodo, quod capias, CONCOCTUM *didere poſſis*
Artubus, & Stomachi humectum ſervare tenorem.

Lactant. de Opificio Dei cap. 11. *receptaculum cibis fecit, quibus* CONCOCTIS *& liquefactis vitales ſuccos membris omnibus diſpertiret*. Idem eodem capite, *Cibi -- cum jam calore* PERCOCTI *fuerint*; & cap. 14. *Ipſius autem jecoris officium volunt eſſe, ut cibos in alvo* COQUAT (nam ſic MSS.) *amplexu & calefactu ſuo*. Adi Suet: Claudium

Claudium cap. 38. ubi ex emendatione Torrentii & codice Salmaſii COCTA jam legimus pro COACTA.

Cap. LVI. *Jam guſtatus*, QUI *ſentire eorum, quibus veſcimur, genera* DEBERET] Lego, *jam guſtatus*, QUIA -- DEBET. Reddit enim rationem cur ita collocatus ſit guſtatus; quod in cæteris quoque facit. *Oculi* --- *altiſſimum locum obtinent*, EX QUO *plurima conſpicientes* &c. *Aures* CUM *ſonum percipere* DEBEANT -- *recte in altis corporum partibus collocatæ ſunt. Nares* EO QUOD -- *recte* — ET, QUOD --- *non ſine cauſa vicinitatem Oris ſecutæ ſunt. Tactus autem toto corpore æquabiliter fuſus eſt*, UT *omnes ictus* -- *ſentire poſſimus.* Quod igitur in aliis omnibus, quidni hic quoque faciat? Vid. Not. ad cap. 15. Dein cap. 57. Lego, *quas perlucidas fecit, ut per eas cerni poſſet: firmas autem*, &c. deleto verbo PRIMUM male a linea ſuperiore huc advecto.

Cap. LVII. *Genæ deinde ab inferiore parte tutantur ſubjectæ*, LEVITERque *eminentes*] Lego, LENITERque *eminentes.* Lactant. de opificio Dei cap. 10. *Inferius quoque genarum non indecens tumor in ſimilitudinem collium* LENITER *exurgens.* ſic editi, & MS. unus Cant.; alter LEVITER. Vid. Cellar. in locum. Idem eodem capite, *Papillæ quoque* LEVITER *eminentes.* Sed legendum, LENITER *eminentes*, quomodo Cellarius in Goth. cod. ipſe in tribus MSS. inveni. Id. cap. 13. *teretibus ſuris* CLEMENTER *extantibus.* Hæc verba frequenter a Librariis confunduntur. Sic Lib. 3. cap. 29. MS. Reg. LENITATES *comicæ*, ubi recte Editiones LEVITATES. Quinctil. Lib. 11. cap. 3. *Eſt & ille* (geſtus) *verecunda orationi aptiſſimus, quo quatuor primis* LEVITER *in ſummum coeuntibus digitis.* Lego LENITER *in ſummum* &c. quomodo ſemel atque iterum in eodem capite legendum.

Cap. LVII. *Omniſ*QUE *ſenſus hominum* MULTO *antecellit ſenſibus beſtiarum.* LVIII. *Primùm enim oculi in iis artibus, quarum judicium eſt oculorum, in pictis, fictis, cælatiſque formis, in corporum etiam motione atque geſtu* MULTA *cernunt ſubtilius*] Deſcribam locum quomodo emendandum cenſeo, tum de ſingulis dicam; LVIII. *Omnis* QUOQUE *ſenſus hominum* MULTO *antecellit ſenſibus beſtiarum. Primum enim Oculi* -- MULTO *cernunt ſubtilius.* Recte jam incipit caput, nec conjungenda disjungit. Pro QUE repono QUOQUE, particulam tranſitioni aptiorem; oſtendamque ſtatim & QUE pro QUOQUE, & contra, in aliis locis ſcribendum. Dein non tantum MULTA, ſed omnia etiam in his artibus hominum oculi cernunt ſubtilius; Ipſe ait, *omnes ſenſus hominum* MULTO *antecellere ſenſibus beſtiarum.* Recte igitur MULTO pro MULTA. Capitibus 56, & 57. de opportuniſſimo ſitu & uſu ſenſuum diſſeruit; in hoc, de præſtantia eorum præ ſenſibus beſtiarum diſputat. Noſter de Fin. Lib. 3. cap. 2. *Quanquam ex omnibus Philoſophis Stoici plurima novaverunt.* ZENO QUOQUE *eorum princeps non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum*; Lego, *novaverunt*: ZENOQUE, *eorum* &c. Suet. Nero cap. 12. *quoſdam fortunæ atque exiſtimationis integræ ex iiſdem ordinibus, confectores* QUE *ferarum, &* AD *varia arenæ miniſteria*; Quæ verba ex Vetuſtiſſimo MS. Regio ſic ſunt legenda; *quoſdam fortunæ atque exiſtimationis integræ; ex iiſdem ordinibus confectores* QUOQUE *ferarum, & varia arenæ miniſteria.* Sic video Jac. Gronov. ex Salmaſii codice repoſuiſſe, qui mirifice cum hoc Regio, quem ipſi excuſſi, conſentit. Ejuſd. Veſp. cap. 4. *uno* QUOQUE *& altero prælio tam conſtanter adito.* Ex eodem MS. Lego, *uno* QUE *& altero* &c. ſed abſtineo a pluribus.

Ibid. LÆVE, *aſperum: grave, acutum*] Variant hîc Editiones. Venet. vetus, LENE, *aſperum.* quo verbo in hac re frequenter utuntur auctores. Noſter de Oratore Lib. 3. cap. 57. *plura* (vocis) *genera*, LENE, *aſperum*, & Lib. 2. cap. 43. *ſed hac adjuvant in Oratore*, LENITAS *vocis.* Quinctil. Lib. 11. cap. 3. *Nam eſt* (Vox) *& candida & fuſca, & plena & exilis, &* LENIS *& aſpera.* Contrà Edit. Victor. Lamb. Gronov. aliæ, LÆVE, *aſperum:* quod non ſtatim rejiciendum eſt; Lucret. Lib. 4, v. 545.

> ASPERITAS *autem vocis ab aſperitate*
> *Principiorum, & item* LÆVOR LÆVORE *creatur.*

quare cum utrumque rectum ſit, MSS. autoritas in quoque loco valeat. Poſt diſtinguo, *Quanta vero illa ſunt* (*Quæ Vos Academici infirmatis & tollitis*) *quod &* &c. Et Lego, *ut* ET *ea, quæ ignoramus, diſcere, & ea, quæ ſcimus, alios docere poſſimus.* Ita MS. Reg. & Edit. Victor.

Cap. LX. *Ex quo intelligitur, ad inventa animo, percepta ſenſibus, adhibitis* OPIFICUM *manibus, omnia nos conſecutos*] Lego, *adhibitis* OPIFICIBUS *manibus*, quas ſupra MINISTRAS vocavit; infra, NOSTRIS *denique* MANIBUS *in rerum natura quaſi alteram naturam efficere conamur.* Lucret. Lib. 4. v. 827.

> *Brachia tum porrò validis ex apta lacertis*
> *Eſſe*, MANUS*que datas utraque a parte* MINISTRAS.

Quinctil. Lib. 2. cap. 15. vocat Rhetoricen perſuadendi OPIFICEM. & Lib. 9. cap. 4. ARTIFEX *motus.* Arnobius Lib. 2. *Quod ſi* MINISTRAS MANUS *illis* (ſci. animantibus) *etiam donare parens natura voluiſſet.* & paulo poſt, *quamvis ſint nobis* OPIFICES MANUS, *atque omni genere perfectionis* ARTIFICES. Idem Lib. 4. MANUS MINISTRAS *operum.* Noſter Epiſt. Fam. Lib: 7. Ep. 25. *Urge igitur: nec tranſverſum unguem* (*quod aiunt*) *a ſtilo: is enim eſt dicendi* OPIFEX.

JOANNIS WALKERI

EMENDATIONES

AD LIBRUM TERTIUM.

Cap. II. HABES, *Balbe, quid Cotta, quid Pontifex ſentiat. fac nunc* ERGO *intelligam*, TU *quid ſentias*] MS. Reg. *fac* ergo *nunc.* Sed Lactantius Divin. Inſtitut. Lib. 2. cap. 6. qui ſæpius ad hunc locum citatus eſt, mea ſententia, melius hæc legit, *Fac nunc* EGO *intelligam:* itaque tres MSS. Cantab. *fac nunc* EGO *intelligam*, TU *quid ſentias.*

Cap. III. *Tum Cotta, primum quidque videamus, inquit? Et ſi id eſt primum, quod inter omnes, niſi admodum impios, convenit, mihi quidem ex animo* EXURI *non poteſt, eſſe Deos.*] Primo legendum, duabus vocibus conjunctis, ETSI *id eſt primum — id tamen ipſum* --- Leve eſt, fateor, ſed in quo tamen novi qui hæſerint; ſic etiam legunt MS. Reg. & Editio Victor. Dein Lambinus varias conjecturas profert, quas ipſe aliique ſubſtituunt pro voce EXURI; ut *exire, excuti, exſeri.* MS. quoque Reg *exui.* Proferam aliam quæ mihi præ illis placet, forte & Lectori placebit, --- *mihi quidem ex animo* ERUI *non poteſt.* Noſter Ep. ad Atti:. *Fanum fieri*

volo, neque hoc mihi ERUI *poteſt.* De aliorum conjecturis nihil dicam; neque enim neceſſe eſt. Nequeo tamen mihi perſuadere verbum EXURI Ciceronis eſſe, aut ullo modo ſtare poſſe. Nam ut recte Latine dicamus *inurere dolorem, notam, ignominiam, maculam,* & ſimilia; non ſequitur, nec puto, recte dici poſſe *exurere dolorem, ignominiam* &c. Aliud prorſus eſt *exuro*; Quanquam Virgilius Æn. VI. v. 740.

—— *Aliæ* (animæ) *panduntur inanes*
Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur *ſcelus, aut* EXURITUR *igni.*

Sed in hoc loco nulla eſt Metaphora; vera res agitur, ut exiſtimavit Poeta, ſcelusque animarum aut aqua eluitur, aut igni exuritur.

Cap. VI. *Sed qui iſta intellecta ſunt a philoſophis debeo diſcere, præſertim cum iſti plurimis de rebus* DIVINIS *mentiantur*] MS. Reg. *præſertim cum iſti plurimis de rebus mentiantur,* omiſſo verbo *divinis.* Sed in illo Codice non raro male omittuntur verba ad ſenſum Scriptoris explicandum neceſſaria. Editio Victorii hunc locum ſic exhibet, ut veram emendationem, tanquam digito, monſtret, *præſertim cum plurimis de rebus* ISTI DIVINIS *mentiuntur.* Et ſæpius in his ipſis libris obſervavi eam Editionem ordinem verborum magis Ciceronianum præferre. Sed ad rem. Lepida profecto ratio eſt, cur a philoſophis velit diſcere; nimirum quia plurimis de rebus mentiuntur. Nimium diu eſt quod Tullium ita ſcribere potuiſſe credidimus. Quidni ille ſic? *præſertim cum plurimis de rebus* ISTI DIVINI *mentiantur.* De Fato p. 4915. Edit. Lamb. *Chryſippus æſtuans falli ſperat Chaldæos, ceteroſque* DIVINOS. de Divin. lib. 2. p. 4857. *ad ſapientes hæc non ad* DIVINOS *referri ſolent.* Ibidem, *aut neſcio qui ille* DIVINUS, &, *nec hac, qui* DIVINI *habentur, profitentur ſe eſſe dicturos,* & ſæpe alias iiſdem in libris. Livius lib. 1. cap. 36. *Agedum, inquit,* DIVINE *tu, inaugura* &c. Sequentia ſic diſtingue, *Quid ſimile, medicina, cujus ego rationem video, & divinatio, quæ unde oriatur, non intelligo?* Hic quoque recte MS. Reg. & Victorius.

Cap. VII. *Quarum una eſt de commodorum, quæ capimus, copia; altera de* TEMPORUM *ordine, cælique conſtantia.*] Videor mihi intelligere quid ſit *temporum ordo*, at non item qui veniat in partem quartæ Cleanthis cauſæ. Nam modo ſupra ſic ea effertur, *Quartus* (modus) *ex* ASTRORUM *ordine, cælique conſtantia.* & Lib. 2. cap. 5. *quartam cauſam eſſe eamque vel maximam, æquabilitatem motus* in converſione *cæli: ſolis, lunæ,* SIDERUMQUE *omnium diſtinctionem,* varietatem, *pulchritudinem,* ORDINEM. Nullus igitur hic locus eſt *temporum ordini*; niſi forte TEMPUS pro ſole, luna, ſideribuſque, quorum motu metimur *tempus*, recte poni poſſit. Cicero ipſe de Univerſo, *Itaque neſciunt, hos* SIDERUM ERRORES *id ipſum eſſe quod rite dicitur* TEMPUS. Sin Lectori hoc non ſatisfaciat, leget fortaſſe mecum, *altera de* ASTRORUM *ordine, cælique conſtantia*, iiſdem ipſis verbis, quibus eandem rem jam ſupra dixerat.

Ibid. *Et* CUM *totius mundi convenientiam conſenſumque afferebas*] Lego, *&* QUAM *totius mundi convenientiam conſenſumque afferebas.* Scilicet Lib. 2. cap. 7. *Quid vero? tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio, quem non cogit ea, quæ dicuntur a me, comprobare.* Quam hic mundi convenientiam dicit ſe differre, de eadem cap. 11. aggreditur dicere, *Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia conſenſuque naturæ* &c. Vide modo Orationis ſeriem & emendationem neceſſariam judicabis; *eodem-*

quæ illa *etiam differemus* — quæque *in domo pulchra* — *&* QUAM *totius mundi* — *Zenoniſque* — *concluſiones, in eam partem ſermonis, quam modi dixi, differemus.*

Cap. IX. *Iſtum enim locum totum illa vetus Zenonis* brevis, *&, ut tibi videbatur, acuta concluſio* DILATAVIT] Itane vero? *brevis concluſio* DILATAT? aut, *Zenonis brevis concluſio iſtum locum dilatavit?* At Balbus contrarium plane Zenoni tribuit Lib. 2. cap. 7. eo ipſo loco, quem reſpicit Cotta; ubi hanc ipſam *brevem & acutam concluſionem* commemorans, ait; *Hæc enim quæ* DILATANTUR *a nobis, Zeno ſic* PREMEBAT. &c, *ut Zeno ſolebat*, brevius, *anguſtiuſque concluduntur. Dilatavit* igitur plane mendoſum eſt, & re ipſa abſurdum. Conjiciebam, brevis, *& ut tibi videbatur, acuta concluſio* COARTAVIT. De Oratore lib. 1. Cap. 35. *Perfice ut Craſſus hæc quæ* COARTAVIT, *& peranguſte referſit in oratione ſua*, DILATET *nobis atque explicet.* Parad. p. 5338. Edit. Lamb. *Cato autem perfectus Stoicus* — *ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis, neque* DILATAT *argumentum.* Vide etiam Acad. Quæſ. lib. 4. cap. 12. 13. De Fin. lib. 2. cap. 6. *Zenonis eſt, inquam, hoc Stoici*, ut jam (vel, *etiam*) ante Ariſtotelis: *omnem vim loquendi in duas tributam eſſe partes; rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe, quòd* latius *loquerentur rhetores, dialectici autem* compreſſius; ſic ille locus legendus eſt, quem ideo totum libentius deſcripſi, ut dehinc emendatius legatur. Jam lego, *quod ratione utitur*, ID *melius eſt* &c. ita MS. Reg. & Vic. & libri omnes lib. 2. cap. 8. Poſt lego, *nec* ILLAM *vim eſſe naturæ*, non ULLAM. Vide cap. 19.

Cap. X. *Vide, quæſo, ſi* OMNIS *motus, omniaque, quæ certis temporibus ordinem ſuum conſervant, divina* DUCIMUS] Edit. Venet. Victor. Lambin. Gronov. *omnis*; legendum vero, *ſi* OMNES *motus, omniaque.* At dici poteſt *omnis* quoque eſſe quarti caſus; & quidem recte; quanquam nemo in his Editionibus id intelliget, in quibus quartus caſus ſemper per *es* ſcriptus eſt. Sic Acad. Quæſ. Lib. 4. cap. 7. *memoria quidem certe, quæ non modo philoſophiam, ſed* OMNIS *vitæ* (Lego, OMNEM *vitæ*) *uſum*, OMNESQUE *artes una maxime continet.* Deinde Lego, *Divina* DICIMUS cum MS. Reg. Edit. Venet. Victor.; ut jamjam, *divinas eſſe* DICENDUM SIT. Sequitur, ET *Chryſippus tibi acute dicere videbatur*, lege, AT *Chryſippus* &c.

Cap. XIII. *Præterea, ſi quid eſt, quod nec voluptatem ſentiat, nec dolorem, id animal eſſe non poteſt: ſin autem quod animal eſt, id illa neceſſe eſt ſentiat: & quod ea ſentiat, non poteſt eſſe æternum*, ET OMNE ANIMAL SENTIT: *nullum igitur animal eſt æternum:*] Cum viderem nonnulla verba in hoc loco importune inculcata, quæ argumentationem nonnihil obſcurarent, ſuſpicabar Librarios nimium ſibi indulſiſſe, nimiumque nobis liberales fuiſſe. Hoc modo optimè argumentatur Cotta; Siquid eſt, quod nec voluptatem ſentiat, nec dolorem, id animal eſſe non poteſt: Sin neceſſe eſt ut omne animal illa ſentiat: & quod ea ſentiat, non poteſt eſſe æternum; ſequitur plane, nullum animal eſſe æternum. Jam vides illa, *& omne animal ſentit*, locum non ſuum occupare; è quo proinde, ſi rationem non Librarios audiemus, movenda ſunt.

Cap. XIV. *Aut Concreta* (natura animantis) *ex pluribus naturis, quarum ſuum quæque locum habeat, quo* NATURÆ *vi* EFFERATUR.] Scribendum primò aut *afferatur* cum MS. Reg. aut *feratur* ex conjectura Lambini; Præterea mihi legendum videtur, *quo* NATURÆ SUÆ *vi.* Series orationis eſt, *Etenim aut ſimplex eſt*

natura animantis---aut concreta ex pluribus naturis, quarum ſuum quaque locum habeat, quo NATURÆ SUÆ *vi feratur.* Jam ſic lege, *neceſſe eſt enim, in ſuum quaque locum natura rapiatur;* qui ordo verborum eſt a MS. Reg. Edit. Venet. Victor. magiſque e Ciceronis ſtylo.

Ibid. Qui *Quoniam, quid diceret, intelligi noluit,* OMITTAMUS] Edit. Victor. QUEM *quoniam quid diceret intelligi noluit, omittamus.* Sed inconditum quiddam præ ſe fert oratio illa, QUEM *ipſum non omnes* ---- QUEM *quoniam* ---- Cum igitur & MSSti & Editiones habeant, QUI, forte ſic recte legamus, QUI, *quoniam quid diceret intelligi noluit,* OMITTATUR.

Ibid. *Ita vultis, opinor, nihil eſſe* ANIMAL *extrinſecus in natura, atque mundo, præter ignem. qui magis quàm præter animam, unde animantium quoque conſtet animus, ex quo anima dicitur?*] Difficilis eſt hic locus, & ex Stoicorum philoſophia penitus petitus. Pro *Animal* MS. Reg. *animali,* Lambinus *animale,* amicus meus *animus,* ego Aliud; Judicet Lector. Lego igitur, *Ita vultis, opinor, Nihil eſſe* ANIMUM *extrinſecus in natura, atque mundo,* præter ignem: quam conjecturam quæ ſequuntur ſatis confirmant; *Quomodo autem hoc, quaſi concedatur, ſumitis, nihil eſſe* ANIMUM, niſi ignem? *probabilius enim videtur tale quiddam eſſe* ANIMUM, &, *Quòd ſi ignis ex ſeſe ipſe* ANIMAL (Lego iterum, ANIMUS) *eſt, nulla ſe alia admiſcente natura.* Varronis Fragmentum apud Iſidor. Lib. 8. Ignem mundi animum *dicit: proinde quod in mundo ignis omnia gubernet, ſicut animus in nobis.* Noſter de Zenone Acad. Quæſ. Lib. I. cap. II. *ſtatuebat ignem eſſe ipſam naturam, quæ quidque gigneret, & mentem, atque ſenſus.* Tuſc. Diſput. Lib. I. cap. 9. *Zenoni Stoico* ANIMUS ignis *videtur.* Jam nullus eſt mihi ſcrupulus quin abſurdâ Gloſsâ ſententia laboret; adhibenda, tanquam obruſſa, ratio eſt, ne quidquam Ciceronianum pro gloſſa habeamus. Forte igitur ſic refingamus, *unde animantium quoque animus dicitur,* vel adhuc brevius, *præter animam, unde animus dicitur.* Vid. Cl. Bentleium ad Tuſ. Lib. I. cap. 9.

CAP. XV. *Nec vero vulgi, atque* IMPERITORUM *inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero, quæ dicuntur a Stoicis.* SUNT ENIM ILLA IMPERITORUM. *Piſcem Syri venerantur*] Laudo hic Gruterum, quem quidem ſæpius laudaremus, modo ipſe æquior fuiſſet Lambino. *Sunt enim illa imperitorum.* Neſcio, inquit, annon iſthæc haberi poſſint pro ſpuriis. Ego hujus ſententiæ omnino adſcribo meam, & in oram Codicis, unde ſunt invecta, putida illa & otioſa imperitorum Librariorum verba rejicio. *Nec vero vulgi atque* IMPERITORUM *inſcitiam deſpicere poſſum, cum ea conſidero quæ dicuntur a Stoicis. Piſcem Syri venerantur* ---- *Hæc igitur indocti. Quid vos Philoſophi? Quî meliora?* Ecquid deſideramus amplius? Sequitur cap. 16. *Nam quos ab hominibus perveniſſe dicis ad Deos, tu* REDDES *rationem quemadmodum* IDEM *fieri potuerit.* MS. Reg. & Edit. Venet. *redde.* Lego, *tu* REDDE *rationem quemadmodum* ID *fieri potuerit.*

CAP. XVII. *At earum templa ſunt publice vota, & dedicata.* Quid igitur? *ne ceteri quidem* ergo *Dii, quorum templa ſunt dedicata. Age porro, Jovem & Neptunum,* Deum *numeras.*] Variant hic libri ſcripti. Pall. pr. & ſec. omittunt *quid igitur;* tertius & Reg. Noſter, *quid* & *ergo.* Lego, *Igitur ne ceteri quidem Dii, quorum templa ſunt dedicata.* Tum ex MS. Reg. & Edit. Victor. ſcribendum, DEOS *numeras?* MS. Reg. DEOS non DEUM, uterque vero notam interrogationis apponit.

CAP. XVIII. *Ut enim* IN *jure civili qui eſt matre libera, liber eſt: item*

jure

jure naturæ, qui Dea matre eſt, Deus ſit neceſſe eſt.] Lego, *Ut enim jure civili---item jure natura*---IN ex ultima littera *ūi enim* ortum videtur.

CAP. XIX. *Quid autem dicis? ſi Dii ſunt illi quos colimus & accipimus, cur non eodem genere Serapim, Iſimque numeremus?*] Nihil in hoc loco, præter interpunctionem, mutandum eſt: *Quid autem dicis, ſi---accipimus, cur non---numeremus?* Sequitur, *negabant immortales eſſe* ULLOS (forte rectius ILLOS) *qui aliquando homines fuiſſent.* Vid. ante Not. ad cap. 9.

CAP. XX. *Illa autem, Balbe, quæ tu a cælo, aſtriſque ducebas, quam longe ſerpant, non vides.*] Tu vero facile videbis, Lector, quanto melius hæc legantur, additâ interrogationis notâ, ---*quam longe ſerpant, non vides?* quomodo hic recte MS. Reg. & Editt. Venet. Victoriique. Infra, TUM *ſi eſt Ceres* &c. Edit. Venet. TAMEN *ſi eſt Ceres* &c. ſed recte MS. Reg. & Ed. Vict. JAM *ſi eſt Ceres* &c.

CAP. XXII. *Is fulmine percuſſus, dicitur humatus eſſe Cynoſuris.*] Placet mihi, præ hoc vulgato, ordo verborum quem exhibet MS. Regius. *Is fulmine percuſſus,* ET *humatus eſſe Cynoſuris dicitur.* Infra cap. 23. lego, ET *ex ea & Marte,* non SED.

CAP. XXIV. *Aut enim in nobiſmet inſunt ipſis, ut mens, ut fides, ut* SPES, *ut virtus, ut concordia*] Variant hoc loco tam ſcripta, quam edita exemplaria. Editio Victorii, *ut mens,* UT SPES, *ut fides, ut virtus, ut Concordia.* Edit. Venet. *ut mens, ut fides, ut virtus, ut concordia.* MS. Reg. *ut mens, ut fides, ut concordia.* In his varietatibus quem potius audiamus, quem potius ducem ſequamur quàm ipſum Ciceronem? Is vero cap. 36. *Quamvis licet Menti delubra, & Virtuti, & Fidei conſecremus; tamen hæc in nobis ipſis ſita videmus:* SPEI, *Salutis, Opis, Victoriæ, facultas a Diis expetenda eſt.* Vides uno loco eum aſſerere SPEM in nobiſmet ipſis eſſe ſitam, altero a Diis expetendam eſſe; quæ ſunt plane ἀσύςατα. Sed bene habet quod admonemur a MS. Reg. & Edit. Venet. illud verbum exſcriptorum eſſe, non Ciceronis; Qui ne ſecum ipſe pugnet, Legamus, *ut Mens, ut fides, ut Virtus* &c. deletis controverſis illis verbis UT SPES; niſi forte quis malit in alium locum transferre, & ſequentia ſic legere, *aut optanda nobis ſunt;* UT SPES, *ut bonos, ut ſalus, ut victoria.* Sunt etiam quæ hanc rem illuſtrent in Lib. 2. De Leg. cap. II. quorum nonnulla deſcribam; *Bene vero, quod mens, pietas, virtus, fides,* conſecratur manu: (quid autem ſit *conſecrari manu* fateor me neſcire) *quarum Romæ dedicata publice templa ſunt, ut illa qui habeant (habent autem omnes boni) Deos ipſos in animis ſuis collocatos putent.* Et, *Rerumque expetendarum nomina, ſalutis, honoris, opis, victoriæ: quoniamque expectatione rerum bonarum erigitur animus, recte etiam a Calatino* SPES *conſecrata eſt.*

Ib. *Quarum rerum* utilitate video *etiam conſecrata ſimulacra,* QUARE *autem in his vis Deorum inſit, tum intelligam, cum* cognovero.] Recte hic Victorius & pars magna MSS. codicum, *quarum rerum* UTILITATEM VIDEO, VIDEO *etiam* &c. Librarii ſæpe utrinque peccant, & detrahendo, & addendo verba. Id non ſemel notavi in egregio illo MS. Suetonii; ut lib. 3. cap. 7. *rudiariis quoque quibuſdam revocatis, auctoramento centenum millium.* DEDIT & *Ludos,* &c. Reg. *centenum millium* DEDIT. DEDIT & *ludos* &c. Et Lib. 5. cap. 21. *Ac ſuper quadrigarum certamina, Troja luſum* EXHIBUIT, & *Africanas* &c. Reg. vero, *luſum* EXHIBUIT. EXHIBUIT & *Africanas* &c. Dein lego & diſtinguo, *conſecrata ſimulachra:* QUÆ *autem in his* &c. Illa vero quæ ſequuntur, *tum intelligam, cum cognovero,* prorſus nec probo, nec intelligo.

CAP.

CAP. XXV. *Itaque aliunde mihi quærendum eſt, ut & eſſe Deos, & quales ſint, diſcere poſſim*; quàm quales tu eos eſſe vis.] Edit. Venet. Vic. Lamb. *quàm quales* (Venet. *qualis*) *tu eos eſſe* velis. Pall. quart, *quales tu eos eſſe vis* omiſſo *quàm*. Mihi quidem neutrum ſatis Latinum videtur: Forte aut hæc, *quàm quales tu eos eſſe vis*, additamenta ſunt Librarii, ideoque delendâ; aut ad ſupplendam ſententiam deſunt alia nonnulla.

CAP. XXVIII. *Multi enim*, ETIAM *cum obeſſe vellent, profuerunt*; ET *cum prodeſſe obfuerunt.*] MS. Reg. & Edit. Victor. melius, ET *cum obeſſe* --- ET *cum prodeſſe* --- quomodo legendum cenſeo. Supra Lego, *Videturne ſumma improbitate uſus eſſe non ſine ſumma ratione?* ut ſenſus loci fiat apertior.

CAP. XXIX. *Ille vero in Synephebis* ACADEMICORUM *more, contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione.*] Academicus quidem hæc loquitur, ſed, aut fallor, alius fuit Academicorum mos; Academicis in utramque partem licuit diſputare, quod huic Cottæ Balbus tribuit Lib. 2. cap. 67. Et de eorum more vid. Acad. Quæſt. lib. 4. cap. 3. Atqui contra communem opinionem ratione pugnabant, Stoici erant omnino; de quibus id fere centies Noſter aſſerit; In Parad. *Cato autem perfectus* — *Stoicus, & ea ſentit, quæ non ſane probantur in vulgus*; &, *quæ quia ſunt admirabilia*, CONTRAQUE OPINIONEM OMNIUM, *ab ipſis etiam* παράδοξα *appellantur*. &, *Vereor ne cui veſtrum ex Stoicorum hominum diſputationibus, non ex meo ſenſu deprompta hæc videatur Oratio*. Quapropter ſi addiceret MS. codex, libenter reponerem, STOICORUM *more, contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione.* Quæ enim in media Stoicorum porticu magis ſunt παράδοξα, quàm quæ hic ſequuntur?

CAP. XXX *Iidem* AUTEM *Dii fraudem dederunt, facinus, ceteraque, quorum nihil nec ſuſcipi ſine ratione, nec effici poteſt.*] Longe melius eſt quod legimus in MS. Reg. Editiſque Venet. & Victor. *Iidem* ETIAM *Dii* &c. *Si enim rationem hominibus Dii dederunt: malitiam dederunt.* --- *Iidem* ETIAM *Dii fraudem dederunt*. recte.

CAP. XXXII. *Cur omnium crudeliſſimus tam diu Cinna regnavit? At dedit pœnas.* XXXIII. *Prohiberi melius fuit, impedirique, ne tot ſummos viros interficeret, quam ipſum aliquando pœnas dare. Summo cruciatu ſupplicioque Q. Varius* &c.] Ita incommode & temere hi libri Ciceronis in capita non dividuntur ſæpe ſed franguntur, ut pigeat toties eandem rem iterare, niſi in Lectoris gratiam neceſſe eſſet. Veluti hic fit, ubi interrupto narrationis filo ſenſus loci obſcuratur. Sic igitur diſtingue. *At dedit pœnas: prohiberi melius fuit* ----- *pœnas dare.* XXXIII. *Summo cruciatu* &c. Et ne ſæpius ſit hoc monendum, utque una opera hanc rem conficiam, infra ſic appone cap. 38. XXXVIII. *Non animadvertunt, inquit, omnia Dii: ne reges quidem. Quid eſt ſimile? Reges enim ſi ſcientes prætermittunt, magna culpa eſt: at Deo ne excuſatio quidem eſt inſcientia.* Adi locum, & videbis quam malè antea diſtinguebatur. Sed de his nimis.

CAP. XXXV. *Ut enim nec domus, nec reſpublica ratione quadam, & diſciplina deſignata videatur, ſi in ea nec recte factis præmia extent ulla, nec ſupplicia peccatis; ſic* MUNDI *divina in homines moderatio, profecto nulla eſt, ſi in* EA *diſcrimen nullum eſt bonorum & malorum*] Quærebam aliquandiu quomodo intelligerem illa verba *mundi divina in homines moderatio*: ſed, opinor, alia aggrediendum eſt via, ut hunc locum intelligamus; qui mihi ſic reſcribendus videtur, *Sic* IN MUNDO *divina in homines moderatio, profecto nulla eſt, ſi* IN EO &c. *ut nec domus, nec reſpublica--deſignata videatur, ſi in* EA &c. *Sic* IN MUNDO *divina*

vina---nulla eſt, ſi in EO &c. Infra ſic diſtingue, *Ne in regnis quidem reges omnia minima curant: ſic enim dicitis. Quaſi ego* &c.

CAP. XXXVIII. *Hi duo illos oculos ora maritima effoderunt, non iratus* ALICUI, *quem omnino iraſci poſſe negatis* DEUM.] Primo rectiſſime hic Editores reponunt DEUS pro DEUM; Mihi tamen, quoties hæc lego, venit in mentem inſuper legendum eſſe, *non iratus* ALIQUIS, *quem omnino iraſci poſſe negatis,* DEUS. Sic Acad. Quæſt. Lib. 4. cap. 7. *Si optio natura noſtra detur, & ab ea* DEUS ALIQUIS *requirat.* Et c. 19. *Et Cimmeriis quidem, quibus adſpectum ſolis ſive* DEUS ALIQUIS, *ſive natura ademerat.* Hæc adde iis, quæ dicuntur ad L. 2. c. 44.

CAP. XL. *Quæ ipſa tamen tam levia non ſunt, quam eſt Stoicorum de natura Deorum* ORATIO.] Eſt neſcio quid, quod mihi non ſatisfaciat in illa voce ORATIO; Ciceronem ſic ſcripſiſſe ſuſpicor, *quam eſt Stoicorum* de natura Deorum RATIO. Quæ conjectura ſatis ſe probabit, ſpero, Lectori, modo ex collatis inter ſe aliquibus locis videat, quo ſenſu Noſter illud verbum frequenter uſurpet. Ante igitur, hoc ipſo capite, *Lucilius autem, Vehementius inquit, Cotta, tu quidem* (ſic enim MS. Reg. Edit. Venet. Victor.) *invectus es in eam* Stoicorum RATIONEM, *qua de providentiâ Deorum* &c. De Fin. Lib. 1. cap. 5. *Prima veniat in medium Epicuri* RATIO, *quæ pleriſque notiſſima eſt.* & cap. 19. *qui ſi omnes* (ſci. ſenſus) *veri erunt, ut Epicuri* RATIO *docet.* Lib. 3. Cap. 3. RATIO *enim noſtra conſentit, oratio pugnat.* & cap. 4. *experiamur igitur, inquit:* (ſic) *etſi habet hæc* Stoicorum RATIO &c. quam modo *Stoicorum ſententiam* dixerat. Cap. 5. *Placet his, inquit, quorum* RATIO *mihi probatur.* Lib. 4. Cap. 2. UNIVERSA *enim illorum* RATIONE *cum tota veſtra confligendum puto.* Lege, UNIVERSÆ *enim illorum* RATIONI *cum tota veſtra confligendum puto.* Et cap. 5. *Ergo in hac* RATIONE *tota de maximis fere rebus Stoici illos ſecuti ſunt.* Lib. 5. cap. 28. *Jacet omnis* RATIO *Peripateticorum.* Cap. 32. *Hac igitur eſt noſtra* RATIO, *quæ tibi videtur inconſtans.* Et ſæpe alias aliis in libris. Jam frequenter in his vocibus ſci. RATIO & ORATIO lapſos eſſe Librarios facillimum erit oſtendere, vel in uno, qui jam occurrit, Quinctiliano. De Inſtitut. Orat. lib. 1. cap. 1. *non* RATIONIS *modo, ſed uſus quoque eſt.* Edit. Venet. 1493. ORATIONIS. Cap. 2. *Hi duas præcipue* RATIONES. Edit. Ven. ORATIONES. Cap. 5. *neget quicquam ex Latina* RATIONE *mutandum.* MS. Joan. ORATIONE. Lib. 2. cap. 20. *multos enim video ſine* RATIONE (Edit. Venet. ORATIONE) *ſine litteris,* QUA (Lege cum Raph. Regio QUO) *vel impudentia, vel fames duxit, ruentes.* Lib. 9. cap. 4. *Cedat hæc* RATIO *numeris.* ibi etiam duo MSS. & Edit. Venet. ORATIO. Lib. 3. cap. 8. *Cur autem torrens, &* UTIQUE *æqualiter concitata ſit in ea dicentis* RATIO. Hic vero legendum, *Cur autem torrens, &* UBIQUE *æqualiter concitata ſit in ea dicentis* ORATIO. MS. Joan. & Edit. Venet. ORATIO. UBIQUE reſcripſi ex conjecturâ.

FINIS.

/26 92

/ . Ihrijisn

 = 05